2 *quolibet modo sc. contendendo, operam dando, curando sim.* (*negatum vergit ad notiones q. s. neglegere, parvi facere, cf. maxime p. 803, 34*): **a** *accedunt structurae ad causam, modum, finem sim. spectantes*: *α casus*: Ⓘ *acc. obi. int.*: *neutr. pron. sim.* (*cf. p. 800, 69. 802, 26. 803, 6. 804, 4. 16. 18. 805, 17; saepe per zeugma vel attractionem iuxta verba transitiva, cf. p. 803, 23. 24; pass. praeter l. 63 non nisi forma* hoc -andum est *sim. l. 60. 67. p. 803, 8. 11. 24. 38. al.; quaedam hic allata ad usum transitivum transire vix negaverimus*): PLAVT. Epid. 680 quid me quaeris? quid -as? quid hunc sollicitas? ecce me! (CIC. parad. 17 q. ... ego -vi aut q. egi aut in quo evigilarunt curae et cogitationes meae? QVINT. inst. 8 prooem. 31 q. amplius -emus? *aliter l. 65*). CIC. div. in Caec. 43 tu horum nihil metuis, nihil cogitas, nihil -as (Sull. 51 n. -batis neque suspicabamini). 68 hoc timent homines, hoc -ant, hoc institui ... moleste ferunt (de orat. 2, 8 minus h. fortasse mihi esse putassem -andum. CAEL. Cic. fam. 8, 9, 3. *al.*). Verr. II 2, 128 id, quod iste non -bat, Climachias minime volebat (Caecin. 80. Catil. 3, 16 nihil erat, q. non ipse obiret, occurreret, vigilaret, -ret. Att. 1, 5, 6 nihil esse iam, q. -retur. *al. cf. p. 800, 56*). Mur. 19 multum vigilavit, -vit. Phil. 10, 17 an ... Pansa id non videret aut, si videret, non -ret? (Att. 4, 16, 8 quid id -amus?). Att. 13, 9, 2 -o idem, quod tu (QVINT. inst. 10, 7, 4 *ei* perisse ... praeteritum laborem, cui semper i. -andum est). 13, 32, 1 istuc ut cetera non -rem. *al.* laborem (*cf. p. 805, 19*): PS. PHILO antiq. 19, 5 scitote l. meum, quem -vi vobiscum. 29, 1 nobiscum. Ⓘ *abl.* (*cf. p. 800, 78 et infra 802, 31. 59. 63*): CATVLL. 62, 14 *virgines* habent memorabile quod sit; nec mirum, penitus quae tota mente -ant.

Ⓘ *dat.*: *rei* (*cf. l. 38 et p. 804, 11*; SEN. epist. 22, 17 vitae -amus *corruptum videtur*): SEN. dial. 7, 1, 2 conteretur vita inter errores ..., etiamsi dies noctesque bonae menti -emus. epist. 113, 32 qui virtutem suam publicari vult, non virtuti -at sed gloriae. 114, 9 supellectili -atur, deinde in ipsas domos inpenditur cura. ITIN. Alex. 3 neque ... elegantiam sermonis affecto, cui de commodo usus ipsius -atur. SPART. Hadr. 11, 7 de adultorum amore ac nuptarum adulteriis, quibus Hadrianus -asse dicitur. *pers.* (*cf. l. 3. 34 et p. 804, 8. 10*): SEN. epist. 39, 2 si videris, quam multi tibi -verint. SIL. 8, 116 nigro ... Iovi, cui tertia regna -ant.

β inf.: Ⓘ *solus* (*cf. p. 803, 82. 805, 49*): LVCIL. 349 -a discere. CIC. Verr. II 3, 127 saltem populi Romani commoda respicite, si sociis ... prospicere non -atis. Tusc. 1, 112 prior ... pars orationis

tuae faciebat, ut mori cuperem, posterior, ut modo non nollem modo non -rem (*i. parvi facerem*). Att. 5, 2, 2 quod laudari non -arit. CATVLL. 67, 17 nemo quaerit nec scire -at (HOR. epist. 1, 3, 2 OV. met. 10, 413 PERS. 2, 17 BVC. Eins. 2, 11. *al. cf.* HOR. sat. 2, 8, 19 nosse -o). NEP. Pel. 3, 1 id ... usque eo despexerunt, ut ne quaerere quidem de tanta re -arint (AVG. bapt. 3, 15, 20 p. 212, 5 BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 8 p. 20, 25). HOR. sat. 1, 1, 112 *quo quisque modo* hunc atque hunc superare -et (CLAVD. 22, 44. AVG. civ. 3, 26 p. 138, 2 D. non exemplum devitare Gracchorum, sed s. propositum). 2, 3, 269. epist. 1, 20, 16 invitum servare (OV. am. 2, 7, 11 SIL. 3, 80 AVSON. 417, 13 p. 276 P. CORIPP. Ioh. 4, 436). 2, 2, 196. ars 25 brevis esse -o (CALP. ecl. 4, 64 si Tityrus e. -as. MART. 10, 3, 11 cur ego -em notus e. tam prave ...? 12, 94, 7 Lucilius e. -as). 168 *adultus* conmisisse cavet, quod mox mutare -et (SIL. 17, 357). 192. 435. OV. epist. 17 (18), 95 nando dominae placuisse -o (EPIST. Sapph. 77). ars 1, 35 quod amare velis, reperire -a. met. 3, 565. 13, 285. 809 LVCAN. 7, 665 PLIN. nat. 9, 13. 16, 137. 28, 2. *al.* Ⓑ *acc. c. inf.* (*cf. p. 805, 42*): VARRO rust. 3, 17, 1 non -o (*i. parvi facio*) ... hoc loco discessisse Merulam; reliqua enim fere mihi sunt nota. SEN. epist. 124, 1 quod ne nunc quidem fieri -bo. LVCAN. 1, 264 iustos fortuna -at esse ducis motus et causas invenit armis. MIN. FEL. 11, 5 iniustos ipsos magis nec -o, iam docui. IVST. 28, 3, 10 regem se constitui -at. 36, 1, 7 se tutorem Antiocho substitui ... -verat. COD. Iust. 4, 19, 18, 1 (*a. 294*). HIL. in Matth. 5, 6. SCHOL. Cic. Gron. D p. 287, 7 occidendos esse *coniuratos*. CLAVD. 10, 322 affectant alii quidquid fingique -ant, hoc donat natura tibi.

γ praep. (*accedente acc. neutr. l. 32. al.*): de (*cf. p. 804, 76. 806, 68. 807, 10*): CIC. inv. 2, 78 sororem ... de fratrum morte non -antem (*79* neglegebat). S. Rosc. 128 non ... -at de pecunia, non ullius rationem sui commodi ducit (fam. 13, 14, 2). Verr. II 2, 96 (*seq.* curaturum). 4, 67 de ceteris operibus ... se non -are; hoc sibi eripi miserum esse et indignum. Cluent. 198. dom. 145 si ... cura, cogitatione, vigiliis omnibus nihil nisi de salute meorum civium -assem (Phil. 8, 26. *al. cf.* Phil. 8, 27 quid est, quod de eis -et [Att. 12, 18, 3 ad Q. fr. 3, 1, 14]. rep. 4, 3 disciplinam puerilem ..., de qua Graeci multum frustra -arunt. Att. 13 49, 2 de me ne quid -es). Vatin. 7 non mea, sed rei publicae causa homines de meo reditu -asse. *al.* SALL. (?) rep. 2, 12, 2 -andum visum est de summa consilii. PETRON. 17, 8 de remedio non tam valde -o. *et saepe.* in *c. abl.* (*cf. p. 801, 7. 804, 55*): CIC. Quint. 43 non ... id ago ... neque in eo nunc -o (Att. 10, 11, 2 QVINT. inst. 10, 2, 21. *cf.* decl. 307 p. 207, 7 in hoc [343 p. 353, 17 non tantum ... in h. ... quantum in illo]). de orat. 1, 18 in qua *histrionum arte* cum omnes in oris et vocis et motus moderatione -ent. nat. deor. 3, 62 in enodandis ... nominibus (*c. gerund. ut*: PORPH. Hor. carm. 3, 1, 41 in adquirenda re. LACT. inst. 7, 14, 10 in tantis rebus fabricandis. HIER. epist. 10, 3, 3 in deiciendo sermone. AVG. bapt. 2, 8, 13 p. 189, 6 in quaerendo. *al.*). *al.* SEN. dial. 11 (12), 14, 3. QVINT. inst. 2, 3, 2 qua in re mihi non arbitror diu -andum, ut ostendam. 4, 2, 35 in reliquis (*cf.* 10, 1, 2 in ceteris). TAC. dial. 30, 1 transeo prima discentium elementa, in quibus et ipsis parum -atur nec ... satis operae insumitur. *al.* *c. acc.* (*cf. p. 801, 4. 804, 13*): LIV. 7, 25, 9 in quae -amus sola crevimus: divitias luxuriamque. SEN. dial. 5, 41, 1 nil in famam -emus. 9, 12, 6. 10, 20, 1 epist. 15, 11. 65, 6. 90, 16. 108, 27 toto hoc agamus animo et ... in rem unam -emus, ne *eqs.* LVCAN. 9, 258 QVINT. inst. 8, 2, 18. *saepius.* causa (*adde l. 35*): CIC. S. Rosc. 98 ut honoris sui c. -et. div. in Caec. 23 ut is absolvatur, cuius ego c. -o. Deiot. 39. nat. deor. 2, 133 deos mutarum *bestiarum* ... c. tantum -asse. Lael. 55 fam. 3, 7, 6. 9, 24, 1. 13, 7, 1. propter (*cf. p. 804, 67. 806, 59. 808, 30*): CIC. div. in Caec. 24 non tam p. Verrem -at, quam quod *eqs.* EDICT. imp. Diocl. I 2 pacis bonis, p. quam sudore largo -tum est. ob (*cf. p. 804, 65*): CIC. Font. 45 venit huic subsidio ... Massiliensium cuncta civitas, quae non solum ob eam causam -at, ut huic ... gratiam referre videatur, sed etiam quod *eqs.* pro (*adde l. 69. p. 803, 14*): CIC. dom. 30 Cn. Pompeium studio ... aeque ⟨atque⟩ unumquemque vestrum opibus ... p. salute mea -asse (Lig. 31). Planc. 25 illud, quod ego pro eo -bam. 28 huic adsident, pro hoc -ant, huic si praesto fuerint *eqs.* 75 de orat. 2, 206 fam. 13, 8, 1 CAECIN. Cic. fam. 6, 7, 6 CAEL. Cic. fam. 8, 6, 3. OV. epist. 13, 47 tu, qui pro rapta nimium, Menelae, -as. met. 15, 816. *al.* contra (*aliter p. 803, 67; cf.* adversus *p. 804, 20*): CIC. Att. 11, 9, 2 neque nunc tam pro se quam c. me -are dicitur. COD. Theod. 12, 10, 1 c. vetitum. CASSIOD. hist. 9, 20, 2 -anti Gratiano c. Alamannos intulit bellum (*Socr. 5, 11 κάμνοντι ... εἰς τὸν κατὰ Ἀλαμανῶν πόλεμον*). GREG. M. moral. 8, 48 c. carnis bellum. ad (*cf. p. 801, 14. 804, 20. 805, 60*): SEN. epist. 51, 9 ad hoc praemium -atur. IVL. VAL. 3, 11 ut ad persequenda ea, quae aliis essent, praedae cupiditate -rent (*c. gerund. ut*: HIL. c. Aux. 3 ad tuendam Christi ecclesiam. SCHOL. Cic. Bob. p. 143, 24 ad restituendum dignitati suae Tullium. VVLG. eccles. 8, 17 ad quaerendum. *al.*). LACT. inst. 3, 27, 3 ad incertum. SALON. in eccles. p. 1005^{D} ad hoc -ant, ut *eqs.* ENNOD. epist. 2, 22, 1 p. 65, 6 ad beneficia. circa (*cf. p. 801, 15. 804, 14*): QVINT. inst. 8 prooem. 14 praecipue c. praecepta partis huius -vit *Cicero*. VEL. gramm. VII 66, 15 (*sed v. app. crit.*). TERT. anim. 34, 5 c. Helenae recuperationem. IREN. 4, 23, 2 (4, 37, 2 H.) non multum -vit c. eum *eunuchum* Philippus (*sc. catechizando*). ENNOD. epist. 1, 10, 5 p. 20, 21 c. studia. cum (*cf. p. 801, 69*: AVG. civ. 5, 8 p. 201, 16 D. non multum c. eis de verbi contro-

[v. Kamptz]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

versia -andum atque certandum est (*sim.* 9, 23 p. 398, 8). in psalm. 101 serm. 2, 15 l. 24 -tum est c. eis tantum. CAPREOL. epist. 2, 13 nec mihi diutius -andum c. eis, quos ... eruditos agnovi. erga: COD. Iust. 4, 19, 21, 1 (*a. 294*) res vindicantem ... e. probationem -are non convenit.

δ enunt. secund. (*praecedente acc. neutr. l. 8. 22. al.*): ① *finale*: ut (*cf. l. 25. al.; aliter p. 805, 64*): CIC. Quinct. 69 qui nunc, tu ut vincas, tanto opere -ant. Tull. 1. 4 mihi magis illud -andum videtur ..., ut ... probar⟨e poss⟩im (fam. 13, 26, 4. *cf.* Tusc. 3, 46 quid -o uisi ut ...? fam. 9, 11, 2 id -o, ut *eqs.* [SALL. Iug. 96, 2. QVINT. inst. 4, 5, 17 id -andum est, ut *eqs.*]. 16, 4, 3 nihil -o nisi ut *eqs.*). div. in Caec. 22. 71 Verr. II 1, 65. *al.* ANTON. Cic. Att. 14, 13 A, 2 CATO Cic. fam. 15, 5, 3 MAT. Cic. fam. 11, 28, 1. 11, 28, 2 civibus victis ut parceretur, aeque ac pro mea salute -vi. PLANC. Cic. fam. 10, 5, 1. VARRO rust. 1, 13, 7 quo hi -ant, ut spectent sua aestiva triclinaria ad frigus orientis, ... potius quam, ... in quam partem cella vinaria ... fenestras haberet. CAES. Gall. 7, 31, 1 Vercingetorix animo -bat, ut reliquas civitates adiungeret. BELL. Afr. 60, 4. 73, 2 HOR. sat. 1, 10, 73 OV. Pont. 3, 1, 85. LIV. 42, 14, 3 velle ... et -are. *al.* ne (*saepe vergit ad notionem q. e. sollicitum esse, timere*): CIC. Quinct. 75 fides huius ... ne perfidia Sex. Naevi derogetur, -ant. Verr. II 3, 132. Caecin. 3 de quibus *testibus* ego antea -bam, ne ..., nunc sum animo aequissimo. 10. 103 ut id non minus ... -arit, ne ... quam ne *eqs.* (Sull. 88 id -at, id metuit. fam. 9, 3, 1 id ... -andum est, ne. CAES. Gall. 1, 31, 2 non minus se id contendere et -a re, ne ..., quam uti *eqs. cf.* HOR. sat. 2, 4, 49 hoc, ... ne). Font. 28 vultu ... -atis, ne *eqs.* Cluent. 154 ne nova lege adligarentur, -bant. Manil. 20. Rab. perd. 37 neque tam, ut domo sua fruatur, quam ne patr o sepulchro privetur, -at. *al.* LENT. Cic. fam. 12, 14, 5 quae ego ne frustra subierim nive ... decedere cogar, valde -o. VARRO rust. 3, 17, 8 Ov. epist. 19 (20), 111 Pont. 2, 11, 17. LIV. 30, 31, 3 ut tibi curae est sentire ..., sic mihi -andum est, ne *eqs. al. coni. solus*: BALB. Cic. Att. 9, 7 B, 3 non mediocriter -o, utrique (ut u. *Manutius vix bene*), ut vis, tuam benevolentiam praestare possis. ② *interrog. indir.* (*fere c. negatione, v. p. 801, 47; ceterum cf. p. 805, 46*): CIC. S. Rosc. 97 quoniam cuius consilio occisus sit, invenio, cuius manu sit percussus, non -o. Q. Rosc. 43 soluto et quieto sum animo et, quorsum recidat responsum tuum, non magno opere -o. Verr. II 2, 76 minus id quidem nobis ... -andum est, qualis istius in senatu sententia futura sit (*cf.* GELL. 4, 1, 9 hoc ..., an *eqs.*). 3, 121 quem ad modum ..., non -atis. 4, 57 non -vit, quid *eqs.* Font. 28 quantopere -are soleatis, non modo, quid dicatis ..., sed etiam, quibus verbis utamini. *al.* VARRO *supra l. 16.* QVINT. inst. 2, 17, 8 quando ..., non -amus (exquirere *add. A*). GELL. 6, 20, 2. 13, 21 (20), 8. APVL. apol. 17 ne ... an ..., neque scio neque -o. 20. *al.* ③ *alia*: CIC. Verr. II 3, 104 ut ... non -ret *Verres*, si aratorem in Sicilia nullum omnino esset relicturus (Brut. 184 an tu ... id -as, si ...? Att. 3, 12, 2. 5, 18, 1. 8, 11 B, 3. *cf. p. 805, 23*). de orat. 3, 92 -vi, quod ... non putabam (fam. 7, 25, 1 q. epistulam conscissam doles, noli -are: salva est. *cf. p. 802, 58. 61. 805, 33*). fin. 1, 3 si delectamur, cum scribimus, quis ...? sin -amus, quis ...? (fam. 4, 9, 1 non est ... tuum, uno sensu solum oculorum moveri, c. idem illud auribus percipias, ... minus -are *i. sollicitum esse. cf. p. 805, 26*).

ε partic. coniunctum (*cf. p. 801, 17. 805, 34*): HOR. ars 241 ex noto fictum carmen sequar, ut sibi quivis speret idem, sudet multum frustraque -et ausus idem. SEN. dial. 10, 17, 5 candidati -are desimus (epist. 118, 2). STAT. Theb. 3, 252 (*verba Iovis*) Thebas ... excutiam ..., licet ... Iuno suos colles templumque amplexa -et. ITALA psalm. 68, 4 (Veron. *al.* = VVLG.) -vi clamans (*gr. ἐκοπίασα κράζων*). PS. PHILO antiq. 31, 9 tradam tibi inimicum tuum, quem persequens -asti (non invenisti *P, ed. pr.*). VVLG. Is. 1, 14 -vi sustinens (Ier. 6, 11). Ier. 15, 6 -vi rogans. AMM. 20, 11, 13 tela torquentes -bant in cassum. CONC.^{S} I 2 p. 36, 22 (*cf.* I 3 vers. Tur. p. 16, 17. *al.*) -amus nos volentes corrigere perversos (*gr. I 1, 1 p. 24, 6 κάμνομεν ... ἐθέλοντες*). *al.*

b *absolute* (*specimina selecta*): PLAVT. Mil. 206 (*de servo cogitante*) concrepuit digitis: -at; crebro commutat status. CIC. Verr. II 5, 181 semper nobis vigilandum, semper -andum (de orat. 3, 230 SALL. Catil. 54, 4). Cluent. 198 quam sint solliciti, quam -ent. Mur. 47 quibus ... contra valetudinis commodum (*i. commodo neglecto*) -andum est. de orat. 2, 287 M. Lepidus, cum ceteris se in campo exercentibus ipse in herba recubuisset, 'vellem hoc esset' inquit '-are'. fin. 3, 8 est ... mihi magnae curae ..., ut ita erudiatur ...; -o autem non sine causa. LVCR. 3, 730 cur faciant ipsae *animae* quareve -ent (*sc. insinuari corporibus*). 4, 1099 *sitiens in somniis* laticum simulacra petit frustraque -at (*cf.* 6, 396). 5, 1430 hominum genus in cassum frustraque -at semper et ⟨in⟩ curis consumit inanibus aevom. VAL. MAX. 8, 8 praef. ut tempestiva laboris intermissione ad -andum fiant vegetiores. SEN. benef. 7, 14, 4 qui in hoc multum curae, multum sedulitatis inpendit, plus -vit, quam cui cito referre gratiam contigit. dial. 1, 1, 6 bonos viros ... -are, sudare, per arduum ascendere, malos autem lascivire et voluptatibus fluere. epist. 96, 5 quos putida quies aliis -antibus molliter habet. *et passim.*

B *-ant res*: **1** *corporeae*: HOR. carm. 2, 3, 11 quid obliquo -at lympha fugax trepidare rivo? SEN. nat. 1, 2, 9 caeli tam multa temptantis et undique -antis. 5, 12, 2 *ventus* -at et iter sibi vi ac pugna parat. COLVM. 4, 24, 9 (*de vite*) non omnis pars bracchii pari vice -at.

LVCAN. 3, 62 -ant aequora, ne rupti repetant confinia montes. TERT. adv. Marc. 4, 29 p. 520, 3 non vult de eiusmodi frivolis cogitari, de quibus nec corvi nec lilia -ent (*cf.* ITALA Matth. 6, 28 [cod. a *al.* = VVLG.]). pall. 5, 3 *pallium* nihil de tabularum fide -at, facile sese regit, facile reficit. PORPH. Hor. epod. 11, 10 in suspirando constat latera -are. CLAVD. 17, 319 qui ... -antes in carmina concitet undas (*cf.* VAL. CEM. hom. 6, 5 -antis organi). rapt. Pros. 1, 56 (*Lachesis*:) noctis ... arbiter ..., cui nostra -ant stamina. ENNOD. epist. 7, 22, 4 p. 191, 3 -bit in laudibus tuis lingua. **2** *incorporeae* (*cf. p. 803, 71*): OV. trist. 4, 1, 93 cui nunc haec cura -at? (*c. dat. ut*: SEN. dial. 7, 9, 1 *virtus* nec huic *voluptati* -at, sed labor eius, quamvis aliud petat, hoc quoque adsequetur. ZENO 1, 2, 1 spes ... nisi praecedat, cui -at fides?). SEN. dial. 9, 1, 3 quae in speciem -ant, dignitatem dico et eloquentiae famam. QVINT. inst. 3, 11, 21 suptilitas circa nomina rerum ambitiose -at (6, 4, 1 cum ... nec ... c. memoriam et pronuntiationem -et *altercatio*). GELL. 5, 21, 2 doctrina homo seria ... ac nihil de verbis -ante. LVCIF. non conv. 15 p. 34, 7 tuae interficere -antes amicitiae. AVG. in psalm. 92, 1 l. 40 bonum opus non multum -at, malum opus habet laborem. COD. Theod. 3, 5, 12, 1 (= Iust. 5, 1, 4, 1) ipsius feminae adversus commoda propria ... -are consilium. 14, 3, 8 etiamsi ad absolutionem eius pistorum omnium -et consensus (GREG. M. moral. 15, 26 ad custodiam *frugum* gravius -bat *mens divitis*).

II *praevalente notione patiendi fere i. q. in angustiis esse, fatigari, periclitari, angi, premi sim.*: **A** *in univ.*: **1** *-ant animantes* (*animus, anima, corpus l. 83. 84. p. 805, 36, terra l. 67; ceterum comprehenduntur formae pass. impers.*): **a** *absolute*: PLAVT. Aul. 596 quasi pueri, qui nare discunt, scirpea induitur ratis, qui -ent minus, facilius ut nent *eqs.* Stich. 206 eos ... haud indignos iudico, qui multum miseri sint, -ent. ENN. ann. 406 (*de pugna Caelii*) totum sudor habet corpus multumque -at nec respirandi fit copia (*cf. Hom. II 109 sqq.*). VARRO Men. 213 Tutanus ... nuncupor; hacpropter omnes, qui -ant, invocant. CIC. leg. agr. 2, 5 *mihi in consulatu* non dubitanti fidele consilium, non -anti certum subsidium nobilitatis ostenditur. p. red. in sen. 31 me florentem semper ornastis, -antem ... defendistis. fam. 1, 1, 4 si esset in eis fides, ... non -remus. 12, 30, 2 ut ... gravius aegrotant ii, qui ..., sic vehementius nos -amus, qui ... renovatum bellum gerere conamur. HOR. sat. 1, 2, 38 procedere recte qui moechis non voltis, ut omni parte -ent *eqs.* carm. 3, 8, 25 ne qua populus -et. OV. am. 1, 11, 6 *ancilla* saepe -anti fida reperta mihi (*sc. amore ut*: epist. 20 [21], 173 parce -anti). met. 2, 296 Atlans en ipse -at (*sc. incendio mundi*) vixque suis umeris candentem sustinet axem. CELS. 1, 2, 5 *exercitatio* semper antecedere cibum debet, in eo, qui minus -vit (*sc. officiis*) ..., amplior, in eo, qui fatigatus est ..., remissior. SEN. epist. 65, 7 hominibus -antibus, intereuntibus illa *humanitas* nihil patitur. PETRON. 44, 3 populus minutus -at. VAL. FL. 4, 656 unda -antes *Argonautas* praeceps rotat. *et passim.*

b *accedunt structurae*: *α ad causam, modum spectantes*: ① *praep.*: ex (*cf. p. 805, 43. 806, 29. 57. 807, 3*): CIC. inv. 2, 5 aliquanto levius ex inscientia -rent. S. Rosc. 149 quod si omnes ... facerent, et res publica ex illis et ipsi ex invidia minus -rent (Cluent. 202). fam. 16, 11, 1 quantum ex desiderio -es. CAES. civ. 3, 22, 1 ex aere alieno. SEN. dial. 9, 12, 1 aut in supervacuis aut ex supervacuo (*cf.* SCHOL. Cic. Bob. p. 166, 1 ex superfluo). RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 235, 18 ex itinere (*gr. I 1, 6 p. 155, 21 καμεῖν ἐξ ὁδοιπορίας, Dionys. Exig. Conc.^{S} I 5 p. 298, 17* ex itineris labore lassescere). in *c. abl.* (*cf. p. 801, 7. 802, 38. 806, 6. 7. 66*): CIC. Quinct. 59 in hac eiusmodi causa P. Quinctius -bit et diutius in tanto metu ... periculoque versabitur? Brut. 34 in quo *spiritu* non modo defici, sed etiam -are turpe est. Att. 4, 1, 3 in re ... familiari ... valde -amus (*de eadem re*: 4, 2, 7 quo in genere nunc vehementer -atur). 4, 15, 9. HOR. carm. 1, 17, 19 -antes in uno *Vlixe* Penelopen vitreamque Circen. SEN. epist. 53, 6 in exercitatione aliqua. PETRON. 47, 8 in medio lautitiarum, quod aiut, clivo -are. QVINT. inst. 7, 2, 22 in partibus. 12, 2, 17 nec in cogitando. ab (*cf. p. 806, 16. 61. 807, 5*): CAES. Gall. 7, 10, 1 ne ab re frumentaria duris subvectionibus -ret (civ. 3, 9, 5). ob (*cf. p. 802, 59*): HOR. sat. 1, 4, 26 aut ob avaritiam aut misera ambitione -at. LIV. 21, 52, 6 terrae ob nimiam cultorum fidem in Romanos -anti. propter (*cf. p. 802, 57. 806, 59*): LIV. 3, 31, 1 annona p. aquarum intemperiem -tum est. sub (*c. acc. l. 71; v. et p. 806, 23. 38. 44*): SEN. dial. 9, 2, 5 ad professionem speciosam alligatos et s. ingenti titulo -antis. ITALA Matth. 11, 28 (Ps. Cypr. adv. Iud. 7) qui s. onera -atis (VVLG. qui -atis et onerati estis, *gr. οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι*). GREG. M. moral. 15, 26 s. quodam rerum fasce -bat. inter (*cf. p. 806, 35*): TERT. anim. 34, 5 o Helenam i. poetas et haereticos -antem, tunc adulterio, nunc stupro infamem! AMM. 17, 7, 11 opiniones ..., i. quas Aristoteles ... -at. de (*cf. p. 802, 26. 806, 68. 807, 10*): CASSIOD. var. 10, 31, 2 ut de eius *regis* fama -ret *populus*. ② *casus*: Ⓐ *abl.* (*cf. l. 65. 66. 68. p. 800, 78. 801, 69, praeterea sub 2 et B passim*): CIC. S. Rosc. 154 populum Romanum ... domestica crudelitate -are. fam. 4, 3, 1 doleo ... te ... non tuis bonis delectari potius quam alienis malis -are (SEN. nat. 5, 18, 11 CALP. decl. 7 APVL. met. 7, 19, 1). ad Brut. 1, 10 (9, 18 Sj.), 1 nec externis hostibus magis quam domesticis -amus. *al.* LVCR. 3, 176 corporeis ... telis ictuque -at *animus*. 3, 733 corpus ... vitiis ... -at (HOR. sat. 1, 2, 76 tuo vitio rerumne -es.

[v. Kamptz]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Liv. 34, 4, 2 duobus v., avaritia et luxuria. Sen. dial. 9, 2, 15. 10, 12, 2. *al.*). Varro rust. 1, 6, 3 aestate . . . hieme. 3, 5, 2 ne luto aves -ent (Sen. epist. 57, 2 et l. et pulvere). Hor. carm. 1, 27, 19 quanta -bas Charybdi. Ov. epist. 19 (20), 197 cura. trist. 1, 11, 27 insidiis hominum pelagique (*cf.* Stat. Theb. 5, 381 bello pelagoque). Liv. 4, 30, 7 siccitate . . . plurimum -tum est. 4, 58, 2 discordia intestina (Tac. Agr. 16, 3). 5, 10, 3 simul dilectu simul tributo conferendo -tum est. Sen. nat. 3, 27, 5 fame -atur (Colvm. 1 praef. 20. 9, 14, 15. *al.*). *et passim.* *c. respectu orationis*: Sen. contr. 7, 1, 27 Cestium Latinorum verborum inopia . . . -asse, sensibus abundasse. 9, 2, 26 illi, qui tument, illi, qui abundantia -ant. Qvint. inst. 1, 11, 4 *in litteris enuntiandis* quarundum . . . vel exilitate vel pinguitudine nimia -amus (*cf.* 1, 11, 5 rho litterae, qua Demosthenes quoque -vit). 8, 3, 33 paupertate sermonis. Sidon. epist. 3, 13, 10 pruritu . . . sermonis inhonesti. *in fig. etymol.*: Itala eccles. 1, 3 (Aug. civ. 20, 3 p. 409, 9^{D}) quae abundantia homini in omni labore suo, quo -at sub sole (Vvlg. quod -at, gr. μόχθῳ . . ., ᾧ μοχθεῖ). Ⓑ *acc. obi. int.* (*c. acc. neutr. supra l. 6. p. 804, 28. 30. 51. al., cf. p. 800, 69. 801, 49*): Vvlg. I Macc. 10, 15 narraverunt ei . . . labores, quos -verunt (*Itala rec. L* q. habuerunt, *rec. B* q. passi sunt, *gr.* τοὺς κόπους οὓς ἔσχον. *cf. p. 801, 68*). Prosp. in psalm. 138, 3/4 *deus* ideo sinens me -are vias meas, ut, si perpetuo miser esse nollem, redirem ad vias tuas (*quasi filius ille desertor*). Ⓒ *enunt. secund.*: Cic. Phil. 5, 18 ne familiares, si scuta ipsi ferrent, -rent (Vvlg. prov. 26, 15 abscondit piger manus . . . et -at, si ad os suum eas converterit. *cf. p. 803, 45. 806, 18. 40. 60*). Tusc. 2, 35 aliud . . . est dolere, aliud -are: cum varices secabantur C. Mario, dolebat; cum aestu magno ducebat agmen, -bat (Hor. sat. 1, 3, 96 quīs paria esse fere placuit peccata, -ant, c. ventum ad verum est. Act. Carp. 2, 9, 12 c. . . . ungularetur super modum, -vit. *cf. l. 69. p. 803, 49. 806, 51.*). Phaedr. 1, 30, 1 humiles -ant, ubi potentes dissident (Sen. epist. 109, 4 tunc maxime -ant mali, u. plurimum vitia miscuere *eqs.*). 3, 11, 4 hoc unum est, cur -em validius, integritatis testes quia desunt mihi. Apvl. flor. 4 p. 17 nihil aeque se -are et animo angi et mente dicebat *tibicen* quam quod monumentarii ceraulae tibicines dicerentur (*cf. p. 803, 47*). Ⓓ *partic. coniunctum* (*cf. l. 79. p. 801, 17. 803, 52. al.*): Lvcr. 3, 507 ubi miseris . . . modis distracta -ent *animus et anima*. Nvx 65 sole licet siccaque siti peritura -em. Spart. Carac. 5, 3 morbo inplicitus graviter -vit. Vvlg. Ier. 12, 5 cum peditibus currens -asti. Vitae patr. 5, 4, 17 ambulans . . . cum -asset *abbas* (*3, 7* dum proficisceretur . . ., fatigatus de labore itineris, *gr. Cot. p. 441*^{C} περιπατῶν . . . καὶ κοπιάσας). Pass. Matth. 9 p. 242, 23 incendentes -bant (*postea*: cum magno labore incendimus). Ⓔ *acc. c. inf.* (*cf. p. 802, 17*): Apvl. apol. 3 innoxius quisque . . . multo tanta ex animo -at, ea sibi immerito dici, quae *eqs.* (*antea*: falsas vitu⟨pe⟩rationes gravari).

β *ad finem spectantes* (*vergit ad notionem q. e. vix posse, opposita facilitate l. 51. 55; saepius negatur*): Ⓘ *interrog. indir.* (*cf. p. 803, 33*): Cic. fat. frg. 1 Chrysippus aestuans -ansque, quonam hoc modo explicet. fam. 3, 12, 3 vides sudare me iamdudum -antem, quo modo ea tuear, quae mihi tuenda sunt. Ⓘⓘ *inf.* (*pass. l. 54; cf. p. 801, 82. 806, 26.*): Stat. Theb. 8, 316 (*ad Tellurem*) astrigerum . . . domos Atlanta . . . ferre -antem nullo vehis ipsa labore (Drac. Romul. 2, 97 *Hylas* invalidus haec pondera f. -at). Mart. 3, 53, 4 singula persequi (Boeth. arithm. 1, 1 p. 11, 21). Tert. adv. Marc. 1, 10 p. 303, 24 sic probatur et deus et unus . . . alio adhuc probari -ante. Avg. serm. coll. Morin p. 610, 13 quam imperat dominus . . . creaturae mira facilitate! non enim -at imperare. Compvt. Carth. 1, 6 scire hunc diem . . . non -bis (*cf.* 2, 17). Boeth. cons. 2, 1, 4 W. haud multum tibi haec in memoriam revocare -verim. Ennod. epist. 7, 28 3 p. 194, 17 debitum opus non -vit exigere quae monebat *Cynegia*. Cassiod. var. 7, 39, 2 nemo -at defendere, quod timetur offendi. Ⓘⓘⓘ ad (*cf. p. 801, 14. 802, 72*): Cypr. zel. 17 p. 431, 20 de sacramento crucis et cibum sumis et potum . . . nec ad medellam prosperandae valetudinis -bis. Don. Ter. Andr. 906, 2 ne -et ad persuadendum (*cf.* Eun. 961 ad contradicendum. Phorm. 302, 1 ad respondendum). Ⓘⓥ ut (*cf. p. 803, 7*): Avg. in psalm. 44, 8 l. 2 -atur, ut hoc possit intellegi adhuc a deo patre dici . . .; adcommodatius videtur hoc accipi ex persona prophetae.

2 *-ant res* (*cf. p. 804, 25*): **a** *corporeae*: α *plantae vel partes earum*: Cato agr. 45, 1 taleas oleagineas . . . diligenter . . . tractato, ne liber -et, cum dolabis aut secabis. Hor. carm. 1, 9, 3 ut . . . nec iam sustineant onus *nivis* silvae -antes (*cf.* Nvx 14 poma . . . laesissent matrem *arborem*, ni subdita ramo . . . -anti furca tulisset opem). 2, 9, 7 non semper . . . aquilonibus querqueta Gargani -ant. Sen. benef. 4, 14, 2 ne siccitate aut . . . soli duritia -ent *arbusta* (Colvm. 3, 1, 7). clem. 2, 7, 4 *arboribus* aliena umbra -antibus (Colvm. arb. 16, 2 segetes . . . minus u. -bunt). Colvm. 2, 10, 6 *fabae* frigore -anti (4, 1, 7 semina. 4, 24, 16 gemma pruinis et f., tum deinde aestu -at. arb. 17, 4 f. vel calore. Plin. nat. 17, 233 f. aut gelu. *cf.* Colvm. 4, 24, 3 fervoribus aestivis). 3, 7, 2 tamquam natali et ingenita sterilitate -antibus *vitibus*. 4, 1, 6 si -rent altius demersa semina. *al.* Plin. nat. 16, 119 morus . . . fructu minime -ans. 17, 219 *arbores* -ant et fame et cruditate. *al.* Qvint. inst. 8, 6, 6 necessitate rustici . . . 'sitire segetes' et 'fructus -are' *dicunt*. β *naves*: Cic. nat. deor. 3, 89 ostendit eis in eodem cursu multas alias *naves* -antes. Caes. civ. 2, 6, 5 *naves* adeo graviter . . . conflixerunt, ut vehementissime utraque ex concursu -rent. Ov. Pont. 2, 6, 22 turpe -antem deseruisse ratem. Pavl. dig. 14, 2, 2 pr. si -ante nave iactus factus est. Itala Matth. 14, 24 (cod. c) navis . . . magnis fluctibus -bat (*gr.* βασανιζόμενον, *Vulg.* iactabatur). Sedvl. carm. pasch. 3, 224 torva -antem iactabant aequora puppem. γ *variae*: Cic. Att. 2, 3, 2 si κατ' εἰδώλων ἐμπτώσεις videremus, valde -rent εἴδωλα in angustiis. nat. deor. 2, 150 digitorum . . . contractio facilis facilisque porrectio propter molles commissuras et artus nullo in motu -at. Lvcr. 1, 849 *primordia* aeque *atque res ipsae* . . . -ant et pereunt (2, 970). Varro ling. 5, 26 ad villas rutunda stagna, quod rutundum facillime continet, anguli maxime -ant. Hor. sat. 2, 3, 7 culpantur frustra calami inmeritusque -at iratis natus paries dis atque poetis (Petron. 23, 5 detectum parietem nimbo -are). Ov. met. 1, 258 adfore tempus, quo mare, quo tellus correptaque regia caeli ardeat et mundi moles operosa -et (*cf.* Lvcan. 5, 633 superum convexa tremunt . . . motaque poli conpage -ant. Stat. Theb. 7, 3 *Iuppiter* concussit . . . caput, motu quo celsa -ant sidera). Vitr. 7, 1, 6 materies ab gelicidiis ne -et. Sen. nat. 3, 27, 9 fundamentis -antibus (*cf.* Evstath. Basil. hex. 8, 4, 12 ne fundus . . . -ret, si *eqs.*). 6, 17, 3 motu *terrae*, quo Chalcis -vit (*cf.* 6, 25, 3. 4). 6, 25, 2 paludes, quibus -bat Thessalia. Colvm. 3, 12, 3 *terram* pinguissimam . . . luxuria, macram . . . ieiunio -are (Stat. Theb. 7, 809 concepto flamine). Val. Fl. 2, 495 -antis (*sc. bestiis*) Nemees iter *Herculis* aut Erymanthi. Stat. silv. 1, 1, 57 *sola* nec ferro aut aere, -ant sub genio *imperatoris*. Ach. 1, 522 exsiliunt crines rigidisque -at vitta comis. Frontin. aq. 121 aut vetustate aut vi ⟨tempestatium⟩ partes ductuum -ant. Plin. paneg. 22, 4 *hominibus* referta tecta ac -antia. Apvl. met. 5, 26, 1 -anti vestigio. *al.* *c. inf.*: Stat. Theb. 1, 489 Tydea per latos umeros ambire -ant exuviae *apri*. Clavd. 8, 461 Ionium *mare* tegitur velis ventique -ant tot curvare sinus.

b *incorporeae*: α *variae*: Cic. S. Rosc. 154 ex quibus rebus maxime res publica -at, eis maxime mederi convenit (*v. p. 804, 50 et cf.* div. in Caec. 9 ad eam partem . . . rei publicae sublevandae, quae maxime -ret). Att. 5, 13, 3 numquid iudiciorum status . . . -et. Liv. praef. 4 quae *res* . . . eo creverit, ut iam magnitudine -et sua (Sen. dial. 7, 13, 5 non est bonum, quod m. -at sua). 6, 2, 4 non odio solum apud hostes, sed contemptu etiam inter socios nomen Romanum -are (Sen. dial. 4, 35, 5 iram . . . omnium o. -antem). 6, 27, 3 fide magis quam fortuna debentium -are creditum. 22, 39, 19 veritatem -are nimis saepe . . ., extingui numquam. Sen. benef. 2, 27, 2 paupertatem sub onere nobilitatis -antem. 7, 10, 3 diplomata . . . umbra⟨cula⟩ avaritiae quaedam -antis. epist. 76, 22 si . . ., nulla non virtus -bit. 114, 2 si disciplina civitatis -vit et se in delicias dedit. Qvint. inst. 11, 2, 27 -at *memoria* (-atur *Spalding*) . . . maxime onere. 12, 9, 14 quorundam cura tarditatis, quorundam facilitas temeritatis crimine -vit. Tert. adv. Marc. 2, 13 p. 352, 22 bonum . . . sub adversario -ans. resurr. 63 p. 125, 2 fidem -antem resurrectionis carnalis (Paneg. 2, 33, 1 aput posteros). Conc.^{S} I 3 vers. Tur. p. 46, 31 corrigere -antem tuam . . . opinionem. *al.* *c. inf.*: Greg. M. moral. 5, 19 *mens* de illo *deo* apprehendere aliquid etiam vacans -at. β *ad orationem spectantes* (*accedit* quasi *l. 51*): Petron. 115, 4 -at carmen in fine. Qvint. inst. 8, 3, 23 cum haec exercitatio (*sc. declamationum*) . . . -et incredibili verborum fastidio. 9, 4, 33 *vocalium concursus* cum accidit, hiat et intersistit et quasi -at oratio. 9, 4, 117 figura -anti compositioni variata saepe succurrit.

B *colore plus minus technico* (*v. etiam sub A 2, maxime p. 805, 67. 82*): **1** *de valetudine mala fere i. q. aegrotare* (*cf.* -ans *p. 808, 7; transeunt huc exempla l. 30. p. 804, 36. 805, 36. 38*): **a** *accedunt structurae*: α *indicatur morbus vel causa eius*: Ⓘ *praep.*: Ter. Andr. 268 -at e dolore *sc. partus* (Cels. 5, 25, 14 ex partu. Scrib. Larg. 101 ex occulta causa). Varro rust. 2, 1, 22 morborum causae erunt, quod -ant *boves* propter aestus aut propter frigora nec non etiam propter nimium laborem aut contra nullam exercitationem aut si, cum exercueris, statim . . . cibum . . . dederis. 2, 2, 17 *agnus* a frigore et aestu ne quid -et (Plin. nat. 32, 133. *cf.* Scrib. Larg. 197 ab eo *lacte gelato*. Ps. Apvl. herb. 81 l. 2 a partu [Ps. Mvsa herb. Vett. l. 115; ad partum *vel* in partu *var. ll.*]. Plac. med. 3, 10 rec. α ab araneis *i. araneorum morsu*. Serm. RevBén. 72, 1962 p. 265, 92 a valetudine peccati). Pavl. Fest. p. 200 in partu (Colvm. 7, 3, 16. *cf. l. 64 et* Pallad. hist. mon. II 10 p. 362^{A} in paralysi). Tert. scorp. 5 p. 155, 1 *medicus* per ea subveniens, per quae -atur. Optat. 5, 8 p. 138, 10 de secreto causae feminarum (Soran. p. 74, 8 de strictura *uteri*). Avg. in psalm. 48, 2, 8 l. 31 -are dentes post uvas acerbas (*cf. p. 807, 9*). Ⓘⓘ *abl.*: Cic. fin. 1, 59 nec . . . quisquam stultus non horum morborum aliquo -at (*cf.* morbo: Sen. contr. 2, 4, 11 [*in imag.*]. contr. exc. 4, 5, 2 Sen. epist. 94, 17. Colvm. 7, 5, 1 vitiis aut m. 7, 5, 20. 7, 7, 3 [domo *SA*]. 9, 13, 1 m. vel pestilentia. *al.*). Liv. 1, 31, 5 pestilentia -tum est (Colvm. 7, 2, 2 Qvint. decl. 323 p. 269, 18. 274, 5. 326 p. 282, 20. *al.*). Vitr. 1, 4, 12 aegrotando. Cels. 1 prooem. 56 profluvio. 67 deiectionibus . . . torminibus (Plin. nat. 20, 228 inflatione et t. aut opisthotonico. 24, 78). 5, 28, 16^{C} scabie (Mart. 6, 37, 4 *iocose pro 'prurigine'. al.*). *al.* Colvm. 6, 27, 11 aut partu aut abortu. 7, 10, 8. 12, 53, 3 dolore nervorum. Scrib. Larg. 198 Plin. nat. 23, 23. 24, 24. 25, 174. 31, 127. Mart. 1, 98, 1 podagra. 9, 85, 3 languore. *al.* Ⓘⓘⓘ *acc.* (*dub.* Marcell. med. 15, 23 anginam -antem [angina *Niedermann 305; cf. p. 807, 18*]): Chiron 392 si qui *muli* facilissime cursum -ant (*cf. Veg. mulom. 2, 129, 3* cursu . . . vexata ilia). Oribas. syn. 6, 13, 1 quartano febrem -antibus (*gr.* τοὺς

[v. Kamptz]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

τεταρταῖον νοσοῦντας). *?* Ⓥ *gen.*: Diosc. 4, 79 p. 45, 16 qui huius rei (huiusmodi re *coniecit Bulhart in schedis*) -verint. *β indicatur pars aegra*: Ⓘ *praep.*: Cic. Tusc. 2, 60 cum ex renibus -ret (fam. 7, 26, 1 ex intestinis. 9, 23 ex pedibus. 16, 14, 2 audio te animo angi et medicum dicere ex eo te -are). Don. vita Verg. l. 27 Br. a stomacho et a faucibus ac dolore capitis (Chiron 366 a pulmone. 416 a iocinere [*Hippiatr. gr. I 162, 2 τὸ ἧπαρ ἀλγῶν*]. Ps. Apvl. herb. 75 l. 6 si qua mulier ab inferiori parte -at [-at inferius *pars codd.*]. Plac. med. 3, 6 rec. *α* post partum a quibusdam locis. 3, 12 rec. *β* a renibus. 16, 6 rec. *β* a matrice). Chiron 366 per viscera. Marcell. med. 14, 27 de uva ([de *om. L*]. 14, 30. 14, 42 de u. et faucibus. 14, 51 de u. et arteriis).
Ⓘ *abl.*: Hor. carm. 3, 22, 2 -antis utero puellas (Ov. am. 2, 13, 19). Cels. 1, 8, 1 stomacho. 2, 7, 3 aut capite aut visceribus aut alvo. 2, 8, 16 locis (*sc. pudendis*). 3, 5, 11 corpore tantum, non etiam animo (Hippocr. aer. 19 p. 39, 10 non ... c. -are nec [ab] a. [*gr. p. 72, 32 H. οὐ ... τὸ σῶμα ταλαιπωρέεσθαι οὐδὲ τὴν ψυχήν*]). Scrib. Larg. 93 vesica renibusque. 170 oculis. Plin. nat. 28, 110 vulva (28, 246).
Ⓘ *acc.* (*cf. p. 806, 82*): Marcell. med. 14, 11 uvam -anti.

b *absolute*: *α -ant animantes*: Cic. Att. 5, 8, 1 me ... incommoda valetudo, qua iam emerseram, utpote cum sine febri -assem, ... tenebat. 7, 2, 2 valetudo tua me valde conturbat; significant enim tuae litterae te prorsus -are. Hyg. Colum. 9, 13, 8 succurrendum -antibus *apibus* (Sen. dial. 9, 1, 17 non tempestate vexor, sed nausea: ... succurre ... -anti). Val. Max. 2, 4, 5 filiis ... ad desperationem usque medicorum -antibus. Cels. 2, 10, 7 *si* periturus ... sit qui -at (*i. aeger ut* 3, 7, 1 Scrib. Larg. 16. 197 Marcell. med. 27, 132). Colvm. 6, 5, 5 si ... pecora -ant (*inde* Pallad. vet. med. 5, 7. *cf.* Colvm. 7, 5, 4. 19). 9, 13, 3 remediis et provideri potest, ne tali peste vexentur *apes*, et, cum iam -ant, sanari (*cf. l. 23*). *al.* *β -ant partes corporis* (*corpus ipsum l. 36*): Cic. Tusc. 2, 61 cum audisset eum graviter esse aegrum, quod vehementer eius artus -rent. Cels. 1, 3, 14 succurrendum ... semper parti maxime -anti est (4, 2, 1). 2, 4, 1 pulmonibus -antibus. 5, 26, 28C femine aut crure aut pede -ante (Sen. epist. 95, 20 *seq.* pedibus aegrae sunt *feminae*). 6, 7, 3B auribus -antibus (6, 7, 9B). 7, 7, 14F ne maxillae -ent. Sen. dial. 5, 9, 4 venis -antibus. nat. 6, 14, 2 suspiria atque anhelitus -antis ac fessi *corporis* signa sunt. epist. 78, 5 spiritum, cuius iter ac receptaculum -at. *al.*

2 *de defectu lunae* (*cf.* Serv. auct. georg. 2, 478 'lunae labores', quod vulgo dicunt '-at luna' [*affert* Varronem]): Varro Men. 231 eclipsis quando fit, cur luna -et? et si hoc ridicule credunt, dicant, quid -et (quod -ant *codd.*). Cic. Tusc. 1, 92. Prop. 2, 34, 52 fraternis (*i. Solis*) ... equis (*ad intermenstruum spectare videtur, v. Shackleton Bailey, ClassQu. 43, 1949, 26*). Ov. am. 2, 5, 38 cantatis ... equis (*cf.* Mart. Cap. 9, 928). Sen. nat. 7, 1, 2. Plin. nat. 2, 42 (*antea*: deficiens). Ivv. 6, 443 *mulier docta* una -anti poterit succurrere Lunae. Clavd. carm. min. 29, 2 quo luna -at defectu. *transfertur ad sidera signiferi circuli, quorum vires luna deficiente languescere putantur*: Manil. 4, 849 *ecliptica signa* pariter ... bina -ant, ... quae contraria fulgent, sicut Luna suo tum tantum deficit orbe, cum Phoebum adversis currentem non videt astris.

3 *in re militari de eis, qui mala fortuna pugnant* (*cf. p. 804, 30. 805, 5*): Caes. Gall. 1, 52, 7 tertiam aciem -antibus nostris subsidio misit (7, 86, 1 Bell. Alex. 21, 3. *cf.* Caes. Gall. 5, 44, 9 subvenit [Pavl. Fest. p. 223]. 7, 13, 3 submittit [7, 70, 2. 7, 85, 1 civ. 1, 45, 4. 3, 64, 1 Frontin. strat. 1, 10, 2]. civ. 2, 6, 2 succurrebant [Bell. Alex. 1, 5 succurri atque ... auxilium ferri. Sall. Catil. 60, 4 Iug. 98, 1 Cvrt. 9, 1, 5]. *al.*). 4, 26, 4 quos -antes conspexerat, his subsidia submittebat (*cf.* 7, 67, 4 si qua in parte nostri -are aut gravius premi videbantur [*sim.* Liv. 22, 6, 2]. 39, 31, 4 postquam -are aciem ... vidit). 7, 85, 4 maxime ad superiores munitiones -atur. Bell. Afr. 5 ne ... circumventus a tergo ab equitatu hostium -ret (Liv. 9, 19, 15 numquam ab equite hoste, numquam a pedite, numquam aperta acie, numquam aequis, utique numquam nostris locis -vimus). Liv. 8, 8, 11 cum -atur (*antea*: si ... haud satis prospere esset pugnatum). 25, 19, 3 equitum ... incursu, cum iaculis obrueretur, -bat Romana acies. 33, 7, 8 versa ... fortuna Macedones -antes. 34, 38, 6 ut quisque maxime -ret locus, ... occurrebat. Val. Max. 1, 7, 3 cuius cornu prius -are coepisset. *al.*

4 *de patientia Christiana*: Itala II Tim. 2, 3 (cod. d *al.* = Vvlg.) -a sicut bonus miles Christi (*gr. κακοπάθησον, item infra*). 2, 9 (*ibid.*) in quo *Christo* -o usque ad vincula. 4, 5 (*ibid.*). CIL V 124 hanc sedem vivi sibi posuer(e) uno animo -antes. X 216 fratri ..., qui mecu(m) -a(v)it an(nos) XII (XIII 7813, 3). *in formula q. e.* bene -are: Conc.S I 3 vers. Tur. p. 145, 27 cur non -as cum eo, qui b. vult -are? (*gr. I 1, 2 p. 98, 28 διὰ τί μὴ συγκάμνεις καλῶς πονεῖν ἐθέλοντι;*). Greg. M. moral. 1, 24 in euangelio b. -antibus requies promittitur (*spectat ad Matth. 11, 28*). CIL III 2112/13 in se (*i. una*). 14524 cum ⟨q⟩uem. 14774. V 1685. VIII 20795 (*bis*). IX 944 b. fideliterqu(e). Inscr. christ. Diehl 1251 cu(m) quo. 2288A b. -a in pace (*cf. l. 69*). 4325 mecum.

III *per graecismum fere i. q. molestum iter facere* (*cf. p. 804, 53. 805, 21*): Cassiod. hist. 9, 14, 11 episcopos ... usque ad vos -are alacriter exorantes (*Theodoret. 5, 9, 9 καμεῖν ἄχρις ὑμῶν*).

p. praes. act. ***labōrāns,** -antis *pro subst.*: **a** *praevalet notio patiendi*: Cic. Planc. 84 miseris et -bus negare nil possumus. Scaur. 46 quod ipsi saepe multis -bus atque implorantibus ope sua subvenissent (Sen. clem. 2, 6, 3 adflictis ... et ... -bus. *cf.* Cic. de orat. 1, 169 *ut* -bus succurrat, aegris medeatur, adflictos excitet). Sen. epist. 66, 27 virtutem ... aeque indulgere omnibus et quidem impensius -bus. Qvint. inst. 4, 1, 9 est ... naturalis favor pro -bus (Ps. Qvint. decl. 9, 19 p. 184, 9). Coll. Mos. 10, 2, 5 in aegrum vel alias -em. *al.* *speciatim fere i. q. aeger*: Cels. 1 prooem. 21 alium dandum cibum -bus. 2, 16, 2 neque ulla res magis adiuvat -em quam tempestiva abstinentia. 6, 6, 38. 7, 7, 15D. Scrib. Larg. praef. 5 auxilia -ium. 6 medicina -bus succurrit (*seq.* languentibus). Plin. nat. 11, 205. Firm. err. 16, 5 contra salutem suam a -bus perversa poscuntur (*syn.* aegrotantes). Plin. med. 2, 13, 5. 3, 18, 5 Marcell. med. 28, 37. 51 Soran. p. 67, 19. Ps. Soran. quaest. med. prooem. p. 245, 16 curam ... -is. Ps. Mvsa herb. Vett. l. 19 Ps. Diosc. herb. fem. 62 (61) l. 8 Cael. Avr. acut. 1, 17, 173 chron. 3, 8, 99 gyn. 2, 93. Mvtian. Chrysost. hom. 23, 4 p. 381/2 date manum ... vos, qui sani estis, -bus (*gr. τοῖς κάμνουσιν*). *al.*
b *praevalet notio agendi*: Aetna 223 inmensus labor est, sed fertilis idem: digna -is (pigra -atis *G*) respondent praemia curis. Colvm. 11, 1, 17 *vilicus* variis ... exhortationibus in opere ipso exhilaret -es. Apvl. met. 6, 1, 4 -ium manibus proiecta *instrumenta messoria*. Cassiod. var. 1, 10, 7 mutilari ... non debet, quod -bus datur (*seq.* actus). 4, 13, 1. 5, 36, 2 *opp.* otiosus (6, 10, 3. 4).

CAPVT ALTERVM: *transitive* *fere i. q. labore efficere* ('perficere' *l. 39*) *vel tractare* (*e. g. l. 52; saepius accedit abl. [e. g.* arte *l. 39. 44. 45,* cura *l. 36] vel dat.* [*e. g. l. 32 bis. 45*], in *et* ad *l. 37; c. acc. dupl. l. 62. 69; participium* -tus *tantum hac notione admittit* Prisc. gramm. II 561, 17 *allato* Verg. *l. 39*):

I *c. neutr. pron. sim.* (*cf. p. 800, 69. 801, 49. 805, 17; quaedam illic allata velut formam* hoc -andum est *sim. huc transire apparet*): Cic. fam. 3, 13, 1 illa ipsa, propter quae haec -antur (Qvint. inst. 6 prooem. 1 h. [*sc. libros praecedentes*] ... sedulo -bam). Sen. dial. 11 (12), 10, 2 quidquid extra concupiscitur, vitiis non usibus -atur. epist. 64, 7 mihi ista adquisita, mihi -ta sunt (Pavl. Nol. epist. 3, 10 p. 285, 26 i., quae ... eodem spiritu -ta construximus). Plin. nat. 23, 2 (*loq. Pomona*) neque, ut Tellus, omnia per labores *gigno* ...; at ex me parata omnia nec cura -anda, sed sese porrigentia ultro. Lact. inst. 7, 4, 6 quaecumque fiunt, non utique in supervacuum, sed ad usus aliquos utiles -antur.

II *c. subst.*: **A** *corp.*: Verg. Aen. 1, 639 arte -tae vestes *i. stragulae* (Serv. labore perfectae. *cf.* Avien. orb. terr. 1314 telas statuunt et vestimenta -ant lintea [*gr. 1116 ἱστοὺς ὑφόωσι λινεργέας*]). 8, 181 dona -tae Cereris (*inde* Avson. 352, 5 p. 210 P.). Hor. epod. 5, 60 senem ... nardo perunctum, quale non perfectius meae -arint manus. Prop. 4, 3, 33 castrensia pensa -o *eqs.* Ov. epist. 18 (19), 183 arte -tae... naves. met. 3, 158 antrum ... arte -tum nulla. Val. Fl. 6, 224 cui ... pervigilat materna soror cultusque -at. Stat. Theb. 3, 279 *Vulcanum* mihi desudare ... si iubeam, ornatusque novos ipsique -et arma tibi. silv. 5, 1, 10 mortalis honos (*i. monumentum*), agilis quem dextra -at. Tac. Germ. 45, 3 frumenta ceterosque fructus patientius quam pro solita Germanorum inertia -ant. Apvl. met. 2, 12, 2 modicum istum igniculum et manibus humanis -tum. Tert. adv. Marc. 2, 2 p. 335, 25 *homo* in ergastulum terrae -andae relegatus. Itin. Alex. 17 iusto ... apparatu opus (*i. aggerem*) coepit; triduo facile -atur (Lact. ira 20, 9 opera humanis digitis -ta. *cf. l. 79*). Ivl. Val. 1, 25 urbem ... in omnem ... magnificentiam -vit. 1, 30 templi, quod aetas iunior -vit (*cf. Hist. Alex. M. I p. 34, 13 Kr. τοῦ περιβόλου τοῦ νῦν γενομένου*). 1, 32 ara ... maximo opere (*i. magno apparatu, vix i. q. valde; sed cf. l. 79*) -ta. Evagr. vita Anton. 50 ibique seminavit atque exinde annuum sibi panem -ans gaudebat. Amm. 19, 8, 2 diu -ta moles. Mart. Cap. 3, 224 (*in imag. velut de medicamine*) gustum vespere multo olivoque -tum (*i. lucubratione multa effectum*). Greg. Tvr. glor. mart. 5 p. 490, 23 ut integrum cicendile -are non possis. **B** *incorp.*: Sil. 16, 410 et nobis et equis letum commune -as (*cf.* Cypr. Gall. deut. 174 supplicium sibi). Tert. nat. 1, 3, 1 *reorum* confessionem ... iudicantibus semper -andam. Itin. Alex. 3 si Terentius Varro ... librum illum Ephemeridos sub nomine -vit (*cf.* Avson. 400, 3 p. 231 P. Delirus tuus in re tenui non tenuiter -tus. Boeth. in top. Cic. 1 p. 270, 4 commentarios in M. Tullii topica -are). Ivl. Val. 2, 31 adserentibus internuntiis, quod, si Darius fugiens portas Caspias intravisset, inefficacem illam insecutionem Alexander -ret.

p. p. p. **labōrātus,** -a, -um *pro adi.* *fere i. q. multo labore, magna diligentia, arte factus, peractus sim.* (*in malam partem p. 809, 4*): **1** *posit.* (*auctus per* admodum *l. 79, cf. l. 57*): **a** *de rebus corporeis*: Priap. 51, 25 in mihi -um locum venitis, ... fures. Stat. Theb. 10, 579 *apes* -as ... premunt ad pectora ceras. Mart. 9, 18, 4 de valle brevi, quas det ... hortis, ... -as antlia tollit aquas. Cypr. laps. 30 p. 259, 14 pretiosa ornamenta et monilia -a (elab- *S2, edd. vett.*). Paneg. 3, 11, 3 prandiorum atque cenarum -tas magnitudines. Ivl. Val. 1, 28 sepulchrum ... draconi consurgit opere admodum -o. **b** *de spatiis temporis*: Val. Fl. 5, 225 fata -i Phrixus compleverat aevi. Stat. Theb. 1, 341 somnus ... grata -ae referens oblivia vitae.
c *de dictis vel scriptis* (*cf. l. 18. 65 sqq.*): Stat. silv. 3, 2, 143 *narrabo,* quae ... -as claudat mihi pagina Thebas (*i. Thebaidem, cf. Theb. 12, 811* bissenos multum vigilata per annos). Mart. 4, 33, 1 plena -is ... scrinia

[v. Kamptz]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

libris. QVINT. inst. 9, 4, 144 interim quaedam quasi solvenda de industria sunt, et quidem illa maximi laboris, ne -a videantur. 12, 6, 5 -am congestamque dierum ac noctium studio actionem. AVIAN. fab. 38, 7 vana -is aufer mendacia dictis. MART. CAP. 1, 37 Philologiae ... pervigilia -a.

2 *compar.*: TERT. virg. vel. 10, 3 *masculorum* quanto sexus avidior et calidior in feminas, tanto continentia maioris ardoris -ior.

n. pl. **labōrāta,** -ōrum. *fere i. q. res gestae*: PLIN. nat. 5, 7 haec celebrati auctores prodidere praeter Herculi et Perseo -a ibi.

deriv.: laboratio, laboratus (-ūs).

compos.: ad-, col-, de-, e-, illaboro; illaboratus.

labōs *v.* 2. labor. *v. Kamptz.*

lābōsūs, -a, -um. *a* labes, *cf.* lapsinosus, lapsosus; *perperam* NON. p. 557, 11 ab eo quod est labos -um facit non laboriosum Lucilius. *i. q. labe terrae depravatus*: LVCIL. 109 omne iter est hoc -um atque lutosum.

labra *v.* laura.

labrāre, -is *n.* *a* 1. labrum. *instrumentum medicorum labrosum* (*cf. l. 40. p. 777, 27*): CHIRON 685 testiculum eximes et -bus castratum uris.

[labrasion PLIN. VAL. 4, 43 *corruptum*, diaprasion *Garg. Mart. med. 45.*]

labrātum *v. l. 30.*

labrātūra, -ae *f.* *a* 1. labrum, *cf.* labratus. *i. q. margo vulneris* (*cf. p. 812, 9*): CHIRON 86 (*cf.* VEG. mulom. 2, 22, 2) catastaltico -am cutis consumito, donec se vulnus limpidet et aequet (644). 645 circuito -am diligenter ... et curato ipso die eadem vulnera vel labra.

labrātus, -a, -um. *a* 1. labrum. *i. q. labris praeditus*: CHAR. gramm. p. 129, 16 B. pisces chilones inprobius -i.

subst. **labrātum,** (-ī) *n.* GLOSS.^{L} II Philox. LA 4sq. *ἀσπαστικὸν βασιλέως. φίλημα βασιλικόν* (*v. Lindsay ad l.; significari videtur osculum regis salutandi causa manui propriae impressum*).

labrāx, -ācis *m.*, *λάβραξ*. [*dalm.* labreks; (> *alban.* l'abrek, *macedon.* l'abriku). *cf. M.-L. 4811. G.*] *nomen piscis*: CAEL. AVR. acut. 2, 37, 210 ex mari mullos, squillas, ..., -es. ORIBAS. syn. 4, 14, 5 La p. 14 cefalus, laprax, ⟨on⟩iscus *eqs.* (*gr. λάβραξ, ὀνίσκος*).

cf. Onom (PLAVT.).

labrōsus, -a, -um. *a* 1. labrum, *cf.* labeosus. GLOSS. *πρόχειλος. χειλάς.* grandia labia habens. brocca: -a. *i. q. labris, marginibus praeditus*: CELS. 7, 26, 2^{N} *Meges* ferramentum fecit rectum, in summa parte -um, in ima semicirculatum acutumque (*cf. l. 19 p. 777, 27*).

lābrūca *v.* labrusca.

1. *labrum, -ī *n.* [*v. s.* labea. *L.*] *de orig.*: PLVT. quaest. conv. 8, 6, 5 *λάβρα ... ἀπὸ τοῦ λαμβάνειν τὴν βορὰν δι' αὐτῶν.* a *brevem probat demin.* labellum; *in versibus* labr- *brevi (vel ancipiti) syllaba legitur apud comicos et* AEDIT. (*postea invenimus* VEN. FORT. carm. 7, 12, 92), *apud ceteros producitur; utramque mensuram praebent* LVCIL., LVCR., HOR. (*longam in dactylis, brevem* carm. 1, 13, 12), PROP., NEMES. *de genere et formis: gen. sing. non exstat.* -as (*sec.* labea*?*) *legitur in tab. devot. p. 811, 3* (*cf. Jeanneret, Tabl. d'exécr. 83sq.*), ORIBAS. eup. 4, 57 tit. La (*Aa* labia). syn. 8, 34 (*falso* -am *infra l. 74; var. ll.* -am PLIN. epist. 2, 20, 3, -arum PLIN. nat. 30, 27 GELL. 18, 4, 6, -as GRATT. 358). *cf.* 2. labrum. -us ORIBAS. *p. 812, 13.* NOT. Tir. 78, 46 -um. *de notione*: PLIN. nat. 11, 159 -a ... et os ... animal generantibus; pro iis ... volucribus rostra. NON. p. 449, 10 -a non hominum solum, sed et margines vel fines dici posse auctoritas persuadet. GLOSS. *χεῖλος. cf. p. 774, 54sqq.* *legitur inde a* NAEV., PLAVTO; *v. p. 774, 71.* [*it.* labbro, *ligur.* lavro, *pedem.* laver; *sard. centr. et mer.* lávra, lábra, larva, *centr.* lára, *mer.* lávru, láu; *raet. or.* lavri; *francog.* lèvre (*in omnibus dial. sept.*); *francoprov.* lāvra, lo(v)ra, laura, -e *etc.*; *prov. vet.* labra, *delph., prov. alp.* labra, -o, levro, *alvern.* ławro, leoura, lüzå, lora, *langued.* lebro, *lemov.* laura, laouro; *hisp. vet.* la(m)bro. *cf. M.-L. 4813. Battisti-Alessio III 2143. Wagner II 17sq. Wartburg V 107sq. Corominas III 1sq. G.*] [*variat in codd. ferme recc. c.* labium PROP. 2, 15, 10 COLVM. 6, 1, 3. 6, 9, 1. 7, 5, 21 PLIN. nat. 34, 115. *al. confund. maxime c.* labor, liber, libra. *dub. vel falso trad.*: CATO agr. 26 (latera *coni. Hörle, item Delz* PETRON. 22, 1).]

1 *strictius i. q. particula*: **a** *extrema prominensque*: *α proprie*: ① *textilium* (*vestimentorum praeter l. 39. 43*): Plavt. Asin. 587 lacrumantem -a tenet lacrumans (*cf.* Petron. 100, 5 -am duxi. Svet. Claud. 15, 3 -a togae retenta. Apvl. met. 1, 23, 1 adrepta -a. 2, 13, 4 eum -a prehendit. 9, 17, 5 extremas manu prendens -as. Vvlg. gen. 39, 12 adprehensa -a vestimenti. *huc fortasse pertinent l. 12. 14*): Merc. 126 (*interpol.?*) sume -am ('*pallii*' *Ussing*) atque absterge sudorem tibi. Cic. fil. Cic. fam. 16, 21, 7 te ... in -a servantem ex mensa secunda semina *sc. ut rusticum*. Pavl. Fest. p. 4 -a togae in humerum erat reiecta (*cf.* Apvl. met. 11, 3, 5 deiecta parte -ae. Serv. Aen. 7, 612 una eius *togae* -a a tergo revocata). Vell. 2, 3, 1 circumdata laevo brachio togae -a ... hortatus est ..., se sequerentur (*cf.* Apvl. met. 9, 37, 2 obvolutis ... -a laevis manibus). Val. Max. 2, 7, 9 (*inter ignominiae genera*) toga -is abscissis amictum (abscisis *var. l. et Kempf. cf.* Itala I reg. 24, 12 [Lucif. Athan. 1, 14 p. 91, 13] accepi pinnam chlamidis tuae in manu mea et ... abscidi -am chlamidis tuae [*gr.* πτερύγιον *bis, Vulg.* oram ... summitatem]). Petron. 12, 2 -am extremam (*cf. l. 19*) *pallii vendendi* concutere. 12, 6 detraxit ... umeris *rustici* -am *tuniculae* et diligentius temptavit (*cf.* Apvl. met. 7, 4, 2 *aureos* insutu -ae contexerat). 14, 5. Svet. Cal. 35, 3 ita proripuit se spectaculis, ut calcata -a togae praeceps per gradus iret. Nero 19, 1 consurgenti ei ... -a obhaesit. Apvl. apol. 19 *fortuna longa* nihil minus quam -a *tunicae* praependens impedit ac praecipitat. met. 2, 16, 4 paulisper inguinum fine -a remota. 4, 35, 4 vibratis hinc inde -is. 10, 3, 4 -a ... contegens faciem. Pass. Cypr. 5, 5 cum -as manuales ligare sibi non potuisset *i. capita manualis, quo oculi ligabantur* (*cf. Pass. Montan. 15, 2*). Macr. Sat. 2, 3, 9 *Caesar* ita toga praecingebatur, ut trahendo -am velut mollis incederet. Ps. Orig. tract. 12 p. 134, 13 vas lineum quattuor -is ligatum (*respicitur act. 10, 11* initiis). ⑪ *variarum rerum* (*accedit* velut *l. 47. 50*): Petron. 92, 9 habebat ... inguinum pondus tam grande, ut ipsum hominem -am fascini crederes. Plin. nat. 5, 148 Craspedites sinus vocabatur, quoniam id oppidum *in promunturio situm* velut in -a erat. 8, 202 feminarum *caprarum* generositatis insigne -ae corporibus e cervice binae dependentes (*cf. Varro rust. 2, 3, 2* mammulas. *Paul. Fest. p. 175* noneolae. *Colum. 7, 6, 2* verruculae). 15, 130 excrescente in medio folio *lauri Thasiae* parvola veluti -a folii. Chiron 80 capillo claudes subtiliter eam verruculam, colligas, stringito et -as non longas e[t] capillo remittes. 92 (*constructione dubia*) -as ... -a *sc. papyri per fistulam in os iumenti iniectae* (*cf. Veg. mulom. 2, 13, 5* capita. *2, 61, 1* pars). Apic. 8, 402 *pulpam leporis* omento teges vel charta, colliges -as et surcula.

β translate: Cic. de orat. 3, 110 *rhetores de multa orationis civilis parte a philosophis quasi depulsi* illud alterum genus, quod est temporibus, locis, reis definitum, obtinent, atque id ipsum -a (*i.* '*vixdum*', *cf. quae praecedunt et v. l. 17 sqq.*). Fronto p. 202, 8 v. d. H. (p. 212 N.) si divisa generatim argumenta nectemus, ... ut praecedens sententia in sequentem -am aliquam porrigat et oram praetendat *eqs.*

b *quaelibet*: *α gregis, societatis* (*cf. supra l. 8*): Colvm. 7, 5, 3 *grex pecoris ovilli aeger* in -as colonis distribuatur, nam particulatim facilius quam universus convalescit. 7, 6, 5 (*de capris*) ut nec in pastione separatim -ae deducantur. CIL IX 5906, 4 pr(a)econi ex -a Cl(audi) Saturnini ('*-a videtur esse pars familiae gladiatoriae*' *Mommsen*). *β loci*: Plin. nat. 36, 85 *portionem labyrinthi* non, ut in pavimentis puerorumve ludicris campestribus videmus, brevi -a milia passuum plura ambulationis continentem, sed crebris foribus inditis *eqs.* *t. t. grom.* in -is (*cf. Grom. ed. Lachmann II 296. 361*): Lib. col. I p. 209, 12 centuriae quadratae in iugera cc et cetera in -is sunt praecisa post demortuos milites. p. 229, 20 ager eius *Antii* in -is est adsignatus (230, 5 in -is et per strigas. 230, 22. 231, 2. 234, 5. 234, 13 pro parte in -is. 236, 8 in praecisuris, in -is et per strigas. 237, 13 pro parte limitibus intercisivis et in -is [*sim.* 239, 8]. *cf.* 236, 21 ager eius *Priverni* pro parte cultu in iugeribus e. a.: ceterum in -is vel in soluto remansit).

2 *latius per synecdochen significantur ipsa textilia sim., maxime exigua, vilia* (*subest usus supra l. 16 sqq. illustratus*): **a** *certa*: *α de variis pannis, taeniis sim.*: Plin. nat. 19, 120 porrum ... serunt in -is colligatum (*cf. Colum. 11, 3, 33 semen* linteolo inliget *eqs.*). 28, 84 supposita ... calici -a tali (*i. panno menstruali*). Apvl. met. 4, 11, 2 multis -is offulto vulnere. 6, 3, 4 -as auro litteratas ramis arborum postibusque suffixas *in luco Iunonis.* *β de vestimentis*:

[Montefusco]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Apvl. met. 1, 7, 2 unam e duabus -is meis exuo eumque ... vestio (2, 8, 4 -as omnes exuunt, amicula dimovent. *cf.* 2, 17, 1 -is cunctis suis renudata. 3, 21, 4. 3, 24, 2 Zeno 1, 8, 3). 1, 7, 10 -as, quas ... latrones contegendo mihi concesserant (*cf.* 11, 14, 3 tegendo mihi linteam dari -am). 8, 5, 9 -as *Tlepolemi* ... laniavit *aper*. 10, 31, 2 *Venus* tenui pallio ... inumbrabat ... pubem; quam ... -am ... ventus ... reflabat. 11, 28, 4 -is tuis nequaquam parceres (*antea*: veste). Amm. 28, 4, 18 (*8* sericis indumentis) si ... -is sericis insiderint muscae. *teguntur mortui*: Apvl. met. 3, 10, 2 (*3, 9, 7* abrepto pallio retexi corpora) ut ... illam -am prenderam. *γ de laqueis*: Amm. 20, 11, 15 *propugnatores* ferream frontem *arietis* ... inlaqueatam ... -is retinuere longissimis. 31, 2, 9 hostes ... contortis -is inligant (*seq.* laqueatis ... membris). *huc forsitan pertineant* Tab. devot. Audollent 252, 11 *ειν̣πλικατε λαχινια* (*i.* -am) *Σαπαντούλο gladiatori*. 252, 36 *λαχινια ιλλι ινπλικητουρ*. 253, 18 (*s. II?*) obligate, in⟨p⟩licate -a(m) Vincentζo.

b *incerta* (*collective*): Apvl. met. 4, 23, 2 *latrones* remeant nullam ... sarcinam vel omnino licet vilem -am ferentes. 9, 24, 2 *viminea cavea* -as circumdatas ... inalbabat.

deriv.: laciniatim, laciniosus, *?* lacinius.

laciniātim *adv.* *a* lacinia *sec.* cuneatim *formatum, cf.* particulatim, membratim *sim.* *i. q. per lacinias* (*de ordine soluto, v. p. 834, 62*): Apvl. met. 8, 15, 8 non -m disperso, sed cuneatim stipato commeatu.

lacin(i)o *v.* lancino.

laciniōsus, -a, -um. *a* lacinia. *scrib.* -cinos- Plin. nat. 32, 60 (*var. l.*) *et* Gloss., -cenos- Gloss., *fort.* lanios- (*q. v.*) Gloss. *superl.* -issimus Hier. *l. 52. 65; pro gradibus accedunt* magis, nimis, satis *l. 32. 55. 69.* Gloss.^{L} III Abol. la 16 -um: pannosum, laceratum (V Aa *P* 81 Gloss. -um: p., l., unde corruptus sermo loquitur -um [*an* laniosum ?]). Gloss. *προύνικος*. -um: longum. -a: vulnerata.

i. q. laciniis ornatus: **1** *proprie*: Plin. nat. 5, 62 *Alexandriam* ad effigiem Macedoniae chlamydis orbe gyrato -am, dextra laevaque anguloso procursu. 25, 124 *folia alcimae* magis -a (*om. Dios gr. 3, 152, 1*). 32, 60 *ostrea praecipua habentur* nec fibris -a ac tota in alvo.

2 *in imagine et translate respicitur status multiplex, non expeditus*: **a** *de variis rebus*: Apvl. apol. 21 animi ita ut corporis sanitas expedita, imbecillitas -a est. Tert. cult. fem. 2, 9 l. 6 faciem quidem frugi et expeditam ... exhibere, cetera vero corporis -is pomparum et deliciarum ineptiis occupare. adv. Marc. 4, 29 p. 521, 7 succingere debemus lumbos, id est expediti esse ab impedimentis -ae vitae et implicitae.

b *de dictis vel scriptis*: ***α*** *in malam partem fere i. q. copiosus, verbosus* (*de ipso oratore l. 53; minus valet quam* superfluus *l. 64*): Tert. adv. Marc. 4, 1 p. 424, 9 compendiatum est ... novum testamentum et a legis -is oneribus expeditum (*inde* Hier. in Philem. prol. p. 602^{C}. *cf.* in Abd. 1 p. 1100^{B} euangelicus ... sermo breviatus, -is legis operibus angustior est. in Gal. 5, 13 p. 408^{C} -ae legis [in Is. 10, 20—23 l. 50]. in Is. 30, 20 -is legis observationibus). virg. vel. 4, 6 naturaliter compendium sermonis et gratum et necessarium est, quoniam sermo -us et onerosus et vanus est (Hier. epist. 82, 9, 1 -us contra nos s. protractus est; ... breviter praeteriensque respondi. in Dan. 11, 21 sqq. p. 566^{D} sermone -issimo [latissimo *var. l.*; *opp.* brevi compendio]). Schol. Cic. Bob. p. 120, 19 si -us sit *orator* (*antea*: cum mora protrahi *ficta*). p. 145, 18 haec ... oratorie perstringere maluit quam copiose iisdem detexendis immorari, sive quod nimis -um videbatur sive quod probare non poterat. Hier. in eccles. 12 p. 1105^{B} (*ibid.*^{A} quia longum est opinationes omnium recensere) quae, quia, ut supra diximus, -a (latiora *var. l.*) sunt et prolixa, strictim a nobis breviterque tangentur. c. Ioh. 8 p. 361^{C} longo sermone et -is periodis. 14 p. 366^{B} -ae disputationis labyrinthos ([*cf. p. 834, 68*]. adv. Rufin. 2, 15 p. 437^{B} -ae d. fastidia fugiens et in arctum verba compingens. Arnob. in psalm. 126 p. 528^{B} [= Ps. Arnob. confl. 1, 9 p. 251^{C}; *opp.* breviter strictimque]. Pomer. 1, 25, 2 sermonem -ae [lacunosae *var. l.*] d. prolixitate produximus). in Is. 44, 6—20 l. 100 nec -am, immo superfluam expositionem. in Zach. 11, 12—13 p. 1506^{B} explanationem eorum -issimam taedet revolvere. praef. Vulg. Esth. verbum e verbo pressius transtuli; quem librum editio vulgata -is hinc inde verborum funibus (finibus *var. l.*, sinibus *edd. vet.*, *sed cf. l. 10 sqq.*) trahit addens ea, quae *eqs.* Arnob. in psalm. 104 p. 481^{A} -a satis narratio. Vigil. Thaps. c. Arian. 2, 47 -am altercationis ... materiam. ***β*** *in neutram partem*: Rvfin. hist. 6, 13, 5 *Clemens* merito libros suos *Στρωματέας* appellavit, id est -a quadam et varia diversitate contextos (*inde* Gloss., *in quibus* -a *variat c.* -e, lacunosum [*sc.* opus] *sim.*).

[*adv.* **laciniōsē** *l. 72 et e coni. vix recta Harduini Plin. nat. 16, 226 pro* lacunosa.]

lacinium *v.* lacinia. *?* **lacinius** *v. s.* limbunculus.

lacino *v.* lancino. *Montefusco.*

lacio, (-ere). [*vox prisca stirpis incertae videtur; a* 1. lax *derivat* Pavl. Fest. *cf. s. v.* laqueus. *Sch.*] Pavl. Fest. p. 27 adlicit ... dictum a verbo -it, id est decipit. 116 -it decipiendo inducit; lax etenim fraus est. 117 -it in fraudem inducit; inde est allicere et lacessere, inde lactat, illectat, delectat, oblectat. Don. Ter. Andr. 648, 2 lactare est inducere ..., a -iendo. Gloss.^{L} V Abba la 50 -it: captat, suadet, illicit, inducit (-dic- *trad. ut ibid.* Aa l 58).

deriv.: lacesso, 2. lacto. *compos.*: ad-, 2. de-, e-, in- perlicio.

lacos naves Gloss. IV 533, 7. *obscurum; vix ad* lacus. *B.*

***lacrima**, -ae *f.* [*cognatum c. gr. δάκρυ, got.* tagr, *anglosax.* tēar *sim.; vix Latini ad significandam rem solitam mutuati sunt gr. δάκρῡμα 'lamentatio sim.', cuius vocis mensura et usus fere poeticus repugnant. Sch.*] *de origine*: Schol. Ter. Bemb. Eun. 67 -a dicta, quod mentis ⟨la⟩ceratione nascatur. Isid. orig. 11, 1, 41 -as quidam a laceratione mentis putant dictas (= diff. 1, 227); alii existimant ideo, quod Graeci *δάκρυα* vocant. *scripturae*: da-: Pavl. Fest. p. 68 dacrimas pro -as Livius saepe posuit, nimirum quod Graeci appellant *δάκρυα* (*inde restituitur* Liv. Andr. carm. frg. 19). Mar. Victorin. gramm. VI 26, 3 communionem ... habuit l littera cum d apud antiquos, ut ... dacrimis et -is ...; est et communio cum Graecis, nos -ae, illi *δάκρυα*. Gloss. dacrumis: -is *ἀπὸ τοῦ δάκρυον. coniecit Meursius* Plavt. Pseud. 100 (drachmis *trad.*). -chr- (*cf.* Cic. orat. 160 sepulcra, coronas, -as dicimus *sine aspiratione contra communem loquendi usum*, quia per aurium iudicium licet. Gell. 2, 3, 3 *veteres* 'lachrumas' dixerunt): CIL I^{2} 1222 (= CE 969, 2) lachrym- (*sed* lacrum- 1215 = CE 59, 13). VI 9792 (*ca. a. 200*) lachrim-. *et saepius in titulis promiscue cum* -cr-; *codices antiquiores* -cr- *tantum praebere videntur.* -crh-: CIL VI 30128 (= CE 601, 2). -gr-: CIL IX 648 (*iud.*) lagrem-. -im-, -um- (*cf.* Cassiod. gramm. VII 150, 10 [*ex Cornuto*] lacrumae an lacrimae ... quomodo scribi debeant, quaesitum est; Terentius Varro tradidit Caesarem per i eius modi verba solitum esse enuntiare et scribere: inde propter auctoritatem tanti viri consuetudinem factam; sed ego in antiquiorum multo libris, quam Gaius Caesar est, per u pleraque scripta invenio): -im- CIL IV 4987 *et passim*, -um- *l. 18*. CIL IV 4966 (= CE 934, 3) *et saepius, imprimis in titulis antiquioribus. codices variant etiam vetustissimi.* -ym-: *l. 18*. CIL V 6183^{a} (= CE 1359, 9; *a. 475*). -em-: *l. 21*. CIL XII 481 (= CE 1447, 14; *aet. christ.*). XIII 2478 (*s. VII*). *de formis: sg. usu strictiore raro legitur* (*cf.* Gloss. II 266, 3 *δάκρυα*: hae -ae singularia non habet); *gen. et dat. non nisi apud medicos usu latiore invenimus; vulgariter nom. sg.* -as Oribas. eup. 2, 1 C 16 La. *usu latiore sub II B. C descripto formae decl. secundae in schedis occurrunt apud* Marcell. med. 8, 20. 8, 199. 36, 54 (*fem. septies*), Diosc. *passim* (*gr. plerumque ὀπός; usu strictiore p. 838, 19; fem. deesse videtur*), *?*Cael. Avr. chron. *p. 839, 55*, Oribas. *saepius* (*fem. l. 33. p. 838, 21*). *adhibentur* -us, -um, -o *saepius*, -i Diosc. 3, 92 p. 417, 21, -u (*abl.?*) Diosc. 1, 115 p. 58, 21 M., -um (*gen. pl.*) Diosc. 5 praef. *acc. pl.* -a: Inscr. Année épigr. 1957 n. 37, 6 (a)et(e)rnas -a(s). *notatur* lac CIL III 12032, 1. Not. Tir. 74, 15 -ae. lacr- *producitur* Hor. carm. 4, 1, 34 epist. 1, 17, 60. *de notione*: Hier. epist. 106, 54, 3 sive ploratum sive planctum sive fletum sive -as dixerimus, unus est sensus. Synon. Cic. p. 426, 6 fletus. conploratus. -ae *eqs.* Gloss. *δάκρυον*. -am: electrum. -a arboris: gumen. *legitur inde a* Liv. Andr., Naev., Plavto, Catone *per totam latinitatem.* [*val.* lacrămă; *it.* lagrima, lacrima, *it. sept. vet.* láirema, *pedem.* lerma, *venet.* ágrema, *tusc.* (*Pistoia*) grálima, *neap.* lacrema, larma; *sard. centr.* lákrima, lágrima *etc.*, *mer.* lámbriga; *raet. occ.* larma, *or.* lagrime; *francog. vet. et med.* lairme, lerme, *francog.* larme, *wall.* lâme, *pic.* laarm, *norm.* lerme, *pict.* esgreme *etc.*, *biturig.* grume, armes, *borbon.* égrume, *burg.* lairme, grûme, *camp.* lęrm, *lothr.* lārm, *comit.* laigre, laigrema *etc.*; *francoprov. vet.* grouma, *francoprov.* lāgœrm, lę̄grœma, larma *etc.*; *prov. vet.* lagrema, *prov.* lágremo, -a, lagríma, lagrémo, *langued.* grûmo, larmo, lagremo, lagrumo, (le)gremo, garlemo *etc.*, *alvern.* grimo, lármå *etc.*, *lemov.* grima *etc.*; *vasc.* legrémo, lagréme, lę́rma, larme; *cat.* llagrema; *hisp. vet.* lágrema, *hisp.* lágrima, *astur.* llagrima, *arag.* glárima; *port. vet.* lágrema, *port.* lágrima. *cf. M.-L. 4824. Battisti-Alessio III 2152. Wagner II 3 sq. Wartburg V 118 sqq. Corominas III 14. Machado II 1288. G.*]

i. q. δάκρυον: **I** *strictius gutta aquae ex oculis animantium profluens* (*inter umores corporis* Vitr. 8, 3, 26 Sen. nat. 3, 15, 2 Lvcan. 9, 811): **A** *usu sollemni*: **1** *-ae indicant affectum animi* (*cf. p. 837, 81 et* Ov. trist. 1, 8, 28 Cvrt. 5, 2, 19. 5, 10, 13): **a** *dolorem, timorem, pudorem, paenitentiam, miserationem, iram sim.*: ***α*** *exempla varia selecta*: ① *in vita humana* (*cf.* Plin. nat. 7, 2 *natura hominem infantem* abicit ad ... ploratum, nullumque tot animalium aliud ad -as): Liv. Andr. carm. frg. 19 -as de ore noegeo detersit *Vlixes*. Naev. carm. frg. 4, 3 Troiad exibant ... flentes ambae, abeuntes -is cum multis. Plavt. Cist. 58 noli ... -is tuis mi exercitum imperare. Merc. 591 ni ex oculis -ae defendant, iam ardeat ... caput *amantis*. Enn. scaen. 132 neque terram inicere ... mihi licuit neque miserae lavēre -ae salsum sanguinem (*cf.* Acc. trag. 578 salsis cruorem guttis -arum lavit. Epiced. Drusi 113 lavant gremium. Apvl. met. 8, 8, 9 sanguinem ... -ae proluerunt). frg. var. 17 nemo me -is decoret nec funera fletu faxit. Ter. Andr. 126 hinc illae -ae (Cic. Cael. 61 Hor. epist. 1, 19, 41. *cf.* Ivv. 1, 168 inde ira et -ae). Phorm. 107 ipsa *virgo lugens* horrida, -ae, vestitus turpis. Pacvv. trag. 355 -is lingua debiliter stupet (*cf.* Afran. com. 214 -ae linguam saepiunt. Cic. Sest. 123 ut vox ... -is impediretur. Planc. 104 plura ne dicam, ... -ae inpediunt [Ov. met. 9, 328. 13, 745]. Mil. 105 neque ... prae -is iam loqui possum. Liv. 40, 16, 1 vocem intercluserunt. 44, 45, 10). Rhet. Her. 2, 31, 50 nihil ... -ā citius arescit (*plura v. Otto, Sprichw. p. 184*). Cic. Font. 47 ne ille ignis *Vestae* ... sacerdotis vestrae -is extinctus esse dicatur (*cf.* Ps. Cic. exil. 8 incendium perditorum hominum -is potius meis

[Flury]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

quam vestro sanguine restingui. PROP. 4, 4, 46. AMM. 17, 12, 21 ut ... belli Quadorum reliquias ... -ae vel sanguis extingueret. AVG. in psalm. 94, 10). Att. 9, 12, 1 non ... prae -is possum reliqua nec cogitare nec scribere (*cf.* 11, 2, 2 -is scribere prohibeor. fam. 14, 1, 5 ad Q. fr. 1, 3, 10). fam. 14, 3, 1 *epistolas* -is prope delevi (*cf.* PROP. 4, 3, 4 e -is facta litura meis. OV. epist. 3, 3 trist. 1, 1, 14. 3, 1, 16 Pont. 1, 9, 2). PVBLIL. A 19 ab amante -is redimas iracundiam. C 29 crudelis -is pascitur, non frangitur. 44 contubernia sunt -arum, ubi misericors miserum adspicit. I 58 inimico extincto exitium (*i. exitum*) -ae non habent. M 35 muliebris -a condimentum est malitiae. VERG. ecl. 10, 29 *non* -is crudelis Amor *saturatur*. OV. met. 2, 341 inania morti munera dant -as (Pont. 1, 7, 29 -as, supremum in funere m. VAL. FL. 5, 13. 5, 30). *et passim.*

Ⓘ *fere pro miraculo transfertur ad: deos (exempla notabiliora)*: TIB. 2, 5, 77 simulacra deum -as fudisse tepentes (*cf.* AVG. civ. 3, 11 p. 109, 1 D.). PROP. 4, 11, 60 -as vidimus ire deo. OV. am. 3, 9, 46 sunt ..., qui -as continuisse negant *Venerem* (*sim.* ars 2, 582). met. 2, 622 neque ... caelestia tingi ora licet -is. 10, 45 tunc primum -is ... Eumenidum maduisse genas (*cf.* STAT. Theb. 8, 59). 13, 622 dat -as *Aurora* et toto rorat in orbe. fast. 4, 521 ut -ae (neque enim lacrimare deorum est) decidit in tepidos lucida gutta sinus *Cereris*. EPICED. Drusi 466 -as elicui ... deo (*i. Caesari*). MANIL. 5, 328 *lyrā* addidit *Orpheus* ... Diti -as. SEN. *p. 842, 37*. TERT. nat. 1, 10, 39 -as eius *Iovis* super Sarpedonem excutit *Homerus* (*Il* 459 *αἱματοέσσας ... ψιάδας*. *cf.* AVSON. 233, 3 p. 78 P.). adv. Prax. 16 p. 257, 15 *filius* etiam passiones humanas ... et -as ... erat subiturus (*item de Christo sec. Vulg. Luc. 19, 41 Ioh. 11, 35* [*cf.* Hebr. 5, 7]: HIL. trin. 10, 55 HIER. hom. Orig. in Luc. 38 p. 216, 12 AVG. civ. 14, 9 p. 22, 26 D. NICET. fid. 6). adv. Val. 15 p. 194, 16 ex -is eius *Achamoth* universa aquarum natura manavit (*similiter* p. 194, 18. *al.* Ps. TERT. haer. 4 p. 221, 3 IREN. 1, 4, 2 [1, 1, 7 H.] *et saepius apud eundem*). OPTAT. 1, 2 p. 4, 4 nec ... inconsolabiles deo -as facerent (*sec. Is. 22, 4 ut* 2, 2 p. 70, 2 in cuius *baptismatis* aquae iniuria indicat deus -as suas *eqs.*). *al.* *animalia* (*cf. p. 839, 14 et de hominibus in animalia versis* OV. met. 1, 647. 732. 3, 202. *in fabulis* PHAEDR. app. 19, 6 ROMVL. fab. 23, 2): PLIN. nat. 8, 52 a moriente *leone* ... -am ... leto dari. 8, 157 -as interdum desiderio fundunt *equi*. CLAVD. 20, 303 -is torvi maduere leones *Cybeles*. *flumina*: OV. met. 11, 47 -is quoque flumina *lugentia* dicunt increvisse suis. *aliter in veriloquio Cocyti* STAT. Theb. 8, 29 -is atque igne tumentes Cocytos Phlegethonque. CLAVD. rapt. Pros. 1, 86. 5, 468 volvit -as.

β iuxtaposita notabiliora: conclamationes: TAC. ann. 3, 2, 2. cura: PLAVT. Capt. 928. VAL. FL. 2, 161 (*plur.*). dolor: CIC. Verr. II 2, 10 Att. 11, 2, 2. ad Q. fr. 1, 3, 2 (*plur.*). PROP. 1, 9, 7 OV. met. 9, 328. *al.* fletus: CATO or. frg. 9 CIC. Verr. II 1, 76 Flacc. 106 Planc. 76 OV. met. 4, 140. trist. 5, 1, 55 (*plur. ut* SEN. contr. 9, 6, 8. *al.*). *et saepius, v. etiam vol. VI 1, 904, 54.* funus: OV. Ib. 163. MANIL. 1, 889 (*plur. ut* SEN. Oed. 78 SIL. 13, 387 STAT. Theb. 11, 270). HIER. epist. 60, 6, 2. gemitus: *v. vol. VI 2, 1749, 84.* labores: SEN. epist. 115, 16. lamentatio: PLAVT. Merc. 870. CIC. Verr. II 4, 76 (*plur. ut* APVL. met. 9, 21, 3 RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 50, 24. MVTIAN. Chrysost. hom. 23, 3 p. 381/2 neque -is ..., sed l., magis autem luctu [*gr. οὐδὲ δακρύων, ἀλλὰ θρήνων ..., μᾶλλον δὲ ... πένθους*]). SEN. Phaedr. 851. lamenta: CIC. Tusc. 2, 48 LIV. 25, 38, 8 STAT. Theb. 12, 377. 794. *al.* luctus: CATO or. frg. 9. ACC. trag. 94 (*plur. ut* LVCAN. 7, 707 QVINT. decl. 321 p. 265, 21. *al.*). CIC. Verr. II 3, 207. *et saepe.* maeror: PLAVT. Merc. 848. CIC. Cluent. 13 *et saepius* (*oratt.*). BOETH. herm. sec. 1, 1 p. 31, 23. maestitia: CIC. Phil. 13, 17 TAC. ann. 3, 12, 7. misericordia: CIC. Planc. 102 TAC. hist. 2, 70, 3. oscula: TIB. 1, 1, 62 OV. epist. 3, 15 met. 4, 117. *al.* EPIST. Sapph. 101 TAC. ann. 1, 22, 2. *al.* planctus: VAL. FL. 2, 299 (*plur.*). STAT. Ach. 1, 943. plangores: APVL. met. 5, 5, 4. preces: CIC. Sull. 19 *et saepius* (*oratt.*). BELL. Alex. 59, 1 OV. epist. 4, 175 LIV. 2, 40, 2. *al.* pudor: PLIN. paneg. 2, 8. querelae: LVCR. 3, 954 BELL. Afr. 26, 3 PROP. 4, 11, 57 LIV. 1, 10, 1. 1, 59, 4. *al.* querimoniae: CIC. Verr. II 3, 207 HIER. epist. 52, 1, 1. questus: SEN. Tro. 1042. OCTAVIA 915 (*plur. ut* SIL. 16, 437 STAT. silv. 1, 2, 196 TAC. ann. 1, 7, 1. 4, 68, 3. 11, 37, 4). STAT. Theb. 10, 66. sollicitudo: LIV. 22, 59, 16. SEN. epist. 99, 11 (*plur.*). QVINT. inst. 11, 3, 5. sordes: CIC. p. red. ad Quir. 7 fam. 14, 2, 2 TAC. dial. 12, 1. squalor: CIC. Verr. II 3, 6. *al.* (*oratt.*). SEN. contr. 1, 1, 17. 10, 1, 7 ASCON. Scaur. p. 23, 28 QVINT. decl. 292 p. 163, 11. sudor: SEN. dial. 1, 2, 5. terrores: AMM. 25, 4, 25. tristitia: LVCC. Cic. fam. 5, 14, 2. HIER. epist. 51, 3, 3 (*Epiphan.*).

b *gaudium* (*non constat de* VERG. Aen. 5, 343, *v.* SERV. *ad l.; fictam lamentationem gaudentis describunt* LVCAN. 9, 1038 APVL. met. 8, 7, 1): PLAVT. Capt. 419 ut -as excutiunt mihi. Stich. 466 ut prae laetitia -ae prosiliunt mihi. TER. Haut. 306 ubi dicimus redisse te ..., -is opplet os ... sibi. Ad. 536 homini ilico -ae cadunt quasi puero gaudio (BELL. Alex. 24, 5 profudisse. LIV. 5, 7, 11 manare [34, 50, 1 CVRT. 7, 8, 5]. 27, 19, 12. VELL. 2, 104, 4 elicitae g. -ae. APVL. met. 1, 12, 1 -ae saepicule de g. prodeunt. 5, 7, 5 redeunt prolectante g. PETR. CHRYS. serm. 46 p. 330^{A} sicut dolore ... ita producuntur et g. *cf.* QVINT. inst. 11, 3, 75 -as iis *oculis* natura mentis indices dedit, quae aut erumpunt dolore aut laetitia manant). SEN. Thy. 968 an habet -as magna voluptas? PETRON. 57, 1 cum ... usque ad -as rideret. 89 vers. 17 mentis ... gaudium -as habet. 110, 3. STAT. Theb. 7, 493 *matrem* -is gaudentibus implet *Polynices*. 12, 794 gaudent lamenta novaeque exsultant -ae. TAC. ann. 1, 5, 1 multas illic (*in salutatione*) utrimque -as et signa caritatis. PLIN. paneg. 73, 4. 73, 5. CYPR. epist. 49, 11 p. 611, 6 gaudium pectoris -is exprimentes. QVEROL. p. 25, 1 R. (*interpretatio somnii*) -ae ad risum pertinent. PRVD. apoth. 600 gaudia concipiunt -as. CLAVD. 18, 385 gaudia paene moverunt -as. AVG. civ. 22, 8 p. 581, 21 D. SVLP. SEV. dial. 3, 2, 7 cum gaudio pariter et -is Martini genua complexus. OROS. *p. 842, 28*. ENNOD. carm. 1, 9, 114 -as quas promunt gaudia.

2 *-ae profluunt vi naturali (in re medicinali)*: CIC. Att. 10, 14, 1 lippitudo sine ulla -a est. CELS. 1, 9, 5 si nec dolor nec -ae sunt *in lippitudine*. 6, 6, 1^{A} si simul et -a ... et crassa pituita ⟨coeperint, si ea pituita⟩ -ae mixta est, si ea -a calida ⟨non⟩ est, ... metus non est; at si -a multa et calida *eqs.* 6, 6, 1^{B}. 6, 6, 14 causa, quae -as excitet. *ibid. iterum.* COLVM. 6, 7, 4 *si* -ae ... oculis *boum* et pituita nari profluent. 6, 9, 2 signa febricitantis *bovis* manantes -ae. 6, 30, 5 capitis dolorem indicant -ae *equi*. SCRIB. LARG. 24 cum tenuis abundansque fluit -a. 26. 27 epiphoras, quae cum tenui et acri -a consistunt. MARCELL. med. 8, 20 ad -as et tumores oculorum lippientium restringendos (*v. p. 840, 58*). DIOSC. 1, 79 p. 44, 9 M. -um extingit *resina* (*gr. 1, 71, 6 δακρύοντας ὀφθαλμούς*). ORIBAS. syn. 1, 21, 1 La p. 50, 17 Mø. reumam oculorum quae cum calida -a ... proveniunt.

B *locutiones ad metonymiam vergentes (usu maxime poetico, in prosa non obvio ante* SEN. *philos.)*: 1 *ponitur pro verbis lacrimosis, lamentatione flebili*: CATVLL. 38, 8 paulum quid ... allocutionis maestius -is Simonideis. VERG. Aen. 2, 145 (*antecedit oratio Sinonis*) his -is vitam damus (*cf. l. 51 sqq.*). QVINT. decl. 329 p. 296, 2 adiciamus et -as: '...' ITALA psalm. 38, 13 (cod. a *al.* = VVLG.) auribus percipe -as meas (*cf.* VITA Caes. Arel. 1, 39 si tales -as non audiret). HIER. epist. 52, 1, 1 epistulam plenam -is querimoniisque. CORIPP. Ioh. 4, 277 -as nullus per templa sacerdos pro populo iam ferre potest. MAXIM. eleg. 2, 73 (*in fine carminis*) his -is longos ... flevimus annos.

2 *ponitur pro eis, quae lacrimas movent (exempla modo transeuntia, modo audaciora)*: VERG. Aen. 11, 96 nos alias hinc ad -as ... fata vocant (SERV.: ad aliam sepulturam). PROP. 4, 1, 120 incipe tu -is aequus adesse novis (*nisi pertinet ad 1*). OV. am. 2, 18, 22 scribimus ... -as, Phylli relicta, tuas. fast. 3, 482 (*loquitur Ariadne*) in -as cognite Bacche meas (*cf.* CE 1161, 1 nata ... in -as solum, dolor omnibus). VAL. FL. 1, 724 (*Pelias minatur vindictam Iasoni absenti*) sunt hic etiam tua vulnera, praedo, sunt -ae carusque parens. STAT. Theb. 3, 116 moenibus effusi ... quisque suas ... ad -as ... currunt. CYPR. mortal. 5 p. 300, 8 amare pressuras et poenas et -as mundi. VOPISC. Aurelian. 7, 5 de praeda hostis, non de -is provincialium habeant *victum milites*. LVCIF. Athan. 1, 44 p. 145, 13 *eleemosynam* de -is das alienis (*i. de bonis, quae -is aliorum parta sunt. cf.* COMM. instr. 2, 24, 10 donas ... de -is). CLAVD. 5, 91 quis nos ... tantis solvet -is? rapt. Pros. 3, 420 (*per hypallagen*) cur ... ascribimus illum his -is? COD. Iust. 3, 43, 1 pr. alearum lusus ... prodiit in -as. 3 *in circumscriptione hominis lacrimantis*: PROP. 1, 3, 46 illa fuit -is ultima cura meis. 1, 6, 24 -is omnia nota meis. 1, 19, 18 cara ... -is ossa futura meis. OV. Pont. 1, 2, 104 pro -is ora resolve meis. SEN. Phaedr. 1261 -is pars *corporis Hippolyti* adhuc nostris abest. Tro. 1168 quo meas -as feram? clem. 2, 6, 2 donabit -is maternis filium (*cf.* PLIN. epist. 1, 22, 9 dandum filiae -is, dandum etiam nobis amicis, ne *eqs.* TERT. adv. Marc. 2, 17 p. 358, 15 largiens spatium vitae Ezechiae -is. *v. etiam l. 26*). LVCAN. 5, 281 coniugis inlabi -is. STAT. Theb. 7, 521 liquistis ... parvosque senesque et -as has quisque domi. Ach. 2, 23 -is comitata sororum. MART. 7, 47, 6 -is (*i. lugentibus, siquidem recte traditur*) iamque peractus eras. QVINT. inst. 6, 1, 25 in locum -arum eius *Milonis* ipse *Cicero* successit. Ps. QVINT. decl. 10, 18 quid possunt videre libentius -ae? TAC. ann. 15, 62, 2 -as eorum ... ad firmitudinem revocat. PLIN. paneg. 38, 2 -as parentum vectigales esse. CYPR. epist. 11, 2 p. 497, 6 pulsanti aperitur, si modo pulsent ostium preces ... et -ae nostrae (*cf.* 68, 1 p. 744, 10). AVG. conf. 3, 12, 21 (*loq. episcopus quidam ad Monnicam flentem*) filius istarum -arum *non* pereat.

C *per prosopopoeiam*: CLAVD. 10, 80 -ae ... rudes (*inter numina Veneris iuxta* Irae, Excubiae).

II *latius per similitudinem*: **A** *gutta variorum liquorum*: LVCIL. 307 laevā -as muttoni absterget (*cf.* MAR. VICTORIN. defin. p. 39, 4 *turpis translatio*, si quis patrationem definiens '-as' dicat 'Veneris fatigatae', quem 'sudorem' melius nominaret). VITR. 7, 8, 1 *minium* crebras emittit -as argenti vivi. PERVIG. Ven. 17 micant -ae *roris* trementes de caduco pondere. PRVD. cath. 5, 22 (*de lucerna*) nectar ... guttatim -is stillat olentibus. MARCELL. med. 8, 199 (*de veneno viperae*) eam sic praecantabis, ne -us exeat, ne extillet, ne noceat (*infra*: sucus). *comparatione expressa*: VITR. 7, 13, 3 e ... plagis *conchyliorum* purpurea sanies uti -a profluens. FRONTO p. 218, 3 v. d. H. (p. 229 N.) eius leti guttam ... minimam, quanta dissimulantis -a esse solet. *ambigue* (*c. respectu originis; cf. deorum -as in rorem sim. versas p. 837, 18. al.*): SER. SAMM. 891 seminecis cervi -am (*cf. Scrib. Larg. 163* cervi ... in oculi angulo ... sordes. *significantur gramae, quas* -arum faeces *dixit* TERT. adv. Val. 24 p. 201, 7). VICTRIC. 26 gelatas -as belluarum *i. margaritas*.

B *gutta ex foliis, truncis, radicibus necnon fructibus plantarum stillans* (*ambigue in fabulis p. 839, 2. 5. 10; saepius iuxta* gutta *vel*

[Flury]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

sucus, *quo distincto fere singulae guttae* -ae *dicuntur l. 29. 38. 41. 47. 55; cf.* Gloss. *p. 836, 45*): Verg. georg. 4, 160 Narcissi -am ... favis ponunt fundamina *apes* (Serv. umorem; quod autem ait ... '-am', allusit ad fabulam *eqs. cf. Richter ad l.*). Ov. ars 1, 287 illius *Myrrhae* -is, quas arbore fundit odora, unguimur et dominae nomina gutta tenet (*sim. de murra*: met. 10, 501 flet ... et tepidae manant ex arbore guttae; est honor et -is *eqs.* 509. 514 Colvm. 10, 172 Sol. 33, 9. Avson. 325, 73 p. 112 P. [*cum sucino confundi videtur ut* Symph. 159]. *cf.* Plin. nat. 12, 33 spina -a pretiosa murrae simili). met. 2, 364 *e cortice* fluunt -ae *Heliadum* (*de sucino ut*: 10, 263 Plin. nat. 37, 31. Ambr. hex. 3, 15, 63 p. 104, 11 -a virgulti [*gr. ὀπὸν ... φυτῶν. cf.* Evstath. Basil. hex. 5, 8, 8]. Sidon. epist. 1, 5, 3 arborei metalli -as. Isid. orig. 17, 7, 71. *cf. supra l. 8. p. 836, 45 et* Plin. nat. 37, 40 *Sophocles electrum* fieri dixit e -is meleagridum avium *eqs.*).15, 394 turis -is et suco vivit amomi *phoenix* (Lact. Phoen. 86 t. -ae guttaque pinguis. *item de ture*: Plin. nat. 12, 61. Tert. apol. 30, 6 grana t. ..., Arabicae arboris -as). Manil. 4, 780 -is radicis *silphii* (Diosc. 3, 88 p. 415, 10sqq. [*gr. 3, 80, 2 ὀπός*]). Cels. 3, 18, 12 sycamini -am (5, 18, 7[B]. *cf.* 3, 18, 13 mori nulla -a est; sic vero significatur -a arboris *sycomori*. Marcell. med. 12, 18 mori -am [12, 19]). 5, 15 papaveris -a (6, 6, 3 conbustae. 6, 6, 5[A] frictae. *et saepe apud eundem*. Cael. Avr. acut. 1, 17, 172 opium, hoc est p. -a. *cf.* Diosc. 4, 60 p. 34, 1 -um *meconii* [*gr. 4, 64, 7 ὀπoῦ*]). 5, 18, 1 -ae aridae. 5, 18, 3 balsami -ae (*eiusdem*: Plin. nat. 12, 118. 120. Heges. 1, 15, 3 distillat humor -is [*Ios. antiq. 14, 54 ὀπός*]. Drac. laud. dei 1, 325. *cf.* Diosc. 1, 18 p. 14, 8 M. opobalsamu ... -us est *eqs.*). Colvm. 10, 103 medicā panacem -ā (*cf.* Diosc. 3, 50 p. 400, 10sqq. [*gr. 3, 48, 2 ὀπόν vel ἀποῤῥέον*]). Plin. nat. 11, 14 *apes faciunt* melliginem e -is arborum, quae glutinum pariunt. 12, 41 fructus *arborum* ... constat ... suco, -a *eqs.* 12, 77 in Arabia et olea dotatur -a (*eiusdem*: 23, 71. Diosc. 1, 115 p. 58, 21sqq. M. [*gr. 1, 105, 6 δάκρυον*]. *cf.* Isid. orig. 17, 7, 61 -a oleastri ... duplex *eqs.*). 12, 107 Africa hammoniaci -ā stillat ([-as *Mayhoff, sed cf. l. 24. 33*]. 20, 197. 24, 23. Diosc. 3, 94 p. 419, 8 [*gr. 3, 84, 1 ὀπός*]. *cf.* Plin. nat. 12, 134). 15, 82 destillant cummium -ā *ficus* (*i. fructus. de suco arboris*: Ser. Samm. 527 Theod. Prisc. eup. faen. 65. 66). 17, 72 e -a nasci aliquid (*cf.* 19, 162 e -a caulis sui nascitur *holusatrum*. 21, 24 lilia ... seruntur -a sua ut hipposelinum). 17, 191 exuri oculos *vitis* -a destillante (23, 3 -a v., quae veluti cummis est. 32, 70. 75). 20, 254 laudatissimus *feniculi sucus* in Hiberia e -is. 24, 79 -a hederae (Ser. Samm. 67 aut -is h. aut suco ... cedri. Plac. med. 9, 17 rec. *a. al.*). 24, 128 qui et sarcocollam spinae -am putent. 27, 15 caulem *aloës* ... incidunt suci gratia ...; invenitur et per se -a adhaerens. *al.* Epist. Alex. l. 345 H. *arbores Soli sacras* in eclipsi solis ... -is commoveri. Ambr. hex. 3, 15, 63 p. 104, 3 si ... discrepent ... inter se -ae arborum ...; aliam vim habet cerasi arboris -a, aliam lentisci, disparem ... balsami guttam *eqs.* (*gr. δάκρυον τοῦ φυτοῦ καὶ ὀπὸς ... ἄλλο γὰρ τοῦ σχίνου τὸ δάκρυον καὶ ἄλλος ὁ ὀπὸς τοῦ βαλσάμου. cf.* Evstath. Basil. hex. 5, 8, 7). 3, 16, 65 p. 105, 21 suci, -ae, surculi. Avg. quaest. hept. 6, 30 p. 448, 10 terebinthi ... lignum medicinalem -am exsudat. Theod. Prisc. eup. faen. 58 lilii ... -a. 71 tithymali -am (Cass. Fel. 12. *cf.* Diosc. 3, 92 p. 417, 16 plurimum -um habet *euphorbia eqs.* [*gr. 3, 82, 1 ὀποῦ*]). Diosc. 3, 84 p. 412, 20 sucu *spondylii* ... siccant sicut omne -um (*gr. 3, 76, 2 χυλίσματα*). 3, 86 p. 413, 13 radicis -um plurimum virtutis habet a suco virgarum *eqs.* (*gr. 3, 78, 2 ἥττον ... ἐνεργεῖ τοῦ ὀποῦ ὁ χυλός*). *al.* Cael. Avr. chron. 2, 7, 104 persicae -ā (-o *var. l.*). 2, 13, 165 *herbarum* suci vel -ae. Oribas. eup. 4, 24, 12 Aa pupuli arboris -us (*gr. ὀπῷ, La* sucus). Isid. orig. 17, 7, 71 *resina* est ... -a sudore exhalata lignorum.

C *gutta ovi fere i. q. albumen* (*eo dici* -am, *quod medullae albuminisque separandorum causa ovum guttatim liquetur, censet Thomas, Mélanges Havet 516*): Marcell. med. 8, 20 pulverem ex ovi incocti albo, id est -o. 36, 51 -as ovorum (36, 54 -um, non medullam). Plin. Val. 3, 14 l. 143 -am ovi (Oribas. eup. 4, 36, 2 Aa [La albumen, quod est -um]. syn. 3, 137, 2 La [*Aa* albumen]. 7, 20, 8 Aa [*La* albumen]. *et saepius apud eundem, fere pro gr. ὠοῦ τὸ λευκόν vel ὑγρόν*).

***appendix syntactica et stilistica*:**

1 *iuncturae verbales potiores*: **a** *nom.: cadere, profluere sim.*: Plavt. Stich. 466 prosiliunt (Mart. 1, 33, 2). Enn. scaen. 206 guttatim cadunt (*v. vol. III 16, 27. cf.* Epiced. Drusi 276 decidere [Stat. silv. 2, 7, 106 Porph. Hor. carm. 4, 1, 34]. Val. Max. 5, 7 ext. 2 exciderunt [*v. vol. V 2, 1235, 48*]. Sen. dial. 2, 17, 1 prociderunt [4, 3, 2]). Lvcr. 2, 977 rorantibus (Heges. 1, 15, 3. *cf.* Ov. met. 9, 368 inrorant foliis). Cic. Att. 11, 7, 6 se subito profuderunt. Verg. Aen. 3, 492 -is adfabar obortis (*v. vol. IX 2, 144, 29. cf.* Sen. Phaedr. 886 coortas [Sil. 6, 415. 7, 547]. dial. 12 [11], 12, 3 suboriuntur oculis. Sil. 9, 65 ortae). 4, 449 volvontur (10, 790 per ora [Hier. epist. 1, 3, 3. 22, 35, 3. 60, 13, 3]). Hor. carm. 4, 1, 34 manat (*v. vol. VIII 320, 29. cf.* Apvl. met. 8, 9, 1 emanantibus). Prop. 4, 11, 60 -as ... ire (*v. vol. V 2, 644, 69. cf.* Apvl. met. 1, 12, 1 prodeunt. 5, 7, 5 redeunt. Diosc. 3, 50 p. 400, 10 exiet). Ov. am. 1, 7, 57 fluxere per ora (*v. vol. VI 1, 970, 18. cf.* Cels. 6, 6, 1[C] profluit [6, 6, 1[D] Colvm. 6, 7, 4. 6, 30, 5. *al.*]. Hil. trin. 10, 55 -as oculis effluere. *sim. al.*). epist. 7, 185 labuntur (met. 2, 656. 10, 263). 15, 239 venientibus (ars 1, 661). Epiced. Drusi 113 erumpunt (*v. vol. V 2, 838, 40. cf.* Plin. epist. 3, 16, 5 prorumperent). Cels. 6, 6, 1[K] si quid -ae processit (Apvl. met. 8, 6, 2). Sen. epist. 99, 18 vi sua latas. Plin. nat. 17, 191 *vitis* -a destillante (23, 71). Stat. Theb. 11, 608 serpunt. 12, 794 exsultant. Apvl. met. 3, 10, 3 promicantibus. *al. deficere, deesse sim.*: Rhet. Her. 2, 31, 50 arescit (*v. vol. II 508, 73. adde* Ivl. Sev. rhet. 24 p. 370, 4 Heges. 5, 21, 3 p. 345, 1. *cf.* Cic. part. 57 exarescit [*v. vol. V 2, 1182, 25*]. Cvrt. 5, 5, 11 inarescant [*v. vol. VII 1, 834, 31*]). Cic. Phil. 2, 64 consumptis. Ov. ars 1, 661 deficient (Vvlg. I reg. 30, 4). Epist. Sapph. 111 deerant oculis (Sen. contr. 7, 4, 9 Sen. dial. 12 [11], 4, 2). Sen. Herc. O. 1686 haesere (Stat. Theb. 9, 36 paratae. Clavd. rapt. Pros. 3, 151). Oed. 59 periere. dial. 12 (11), 5, 3 numquam desinentibus (12, 18, 6). epist. 99, 20 cessant. Homer. 30 (= 849) quierunt. Stat. Theb. 12, 167 horruerant. Qvint. inst. 11, 1, 54 substiterint. *rigare sim.* (*v. etiam p. 836, 72*): Trag. inc. 190 -ae peredēre ... genas. Ov. trist. 4, 3, 42 sparsissent -ae corpora nostra. Epiced. Drusi 199 -is ... rigantibus ora (Sen. Med. 937 Sil. 17, 215). Petron. 113, 9 inundavere pectus -ae. **b** *acc.* (*mediopassiva v. sub a*): *fundere sim.*: Plavt. Pseud. 76 non queo *oculos* -am exorare ut expuant unam modo (*cf.* Sen. Herc. O. 1274 voltus ... -am expulit). CE 59, 13 fundere (*v. vol. VI 1, 1564, 44. cf.* Cic. Font. 48 profudisse [Planc. 104. Bell. Alex. 24, 5 *syn.* proiecerat. Verg. Aen. 12, 154. *et saepe*]. Planc. 101 effudisti [*v. vol. V 2, 216, 84*]. Ov. epist. 2, 95 cum ... tuis -is -as confundere nostras. Clavd. 15, 128 refusis). Cic. Planc. 101 reddere (Rab. Post. 47. Val. Max. 5, 1, 10 *mortuo* [*cf.* Apvl. met. 8, 7, 1]. *cf.* dare: Verg. Aen. 4, 370. 9, 293. Ov. epist. 3, 15 [*iuxta* oscula *ut* met. 4, 117]. rem. 129 *mortuo* [*cf.* met. 11, 669. 720. fast. 5, 472 manibus. *al.*]. *et saepius, extra poesin raro inde a* Val. Max. 6, 3, 6 Plin. nat. 8, 52). Verg. Aen. 6, 455 demisit (*v. vol. V 1, 490, 59. cf.* Ov. met. 11, 458 emisit [*v. vol. V 2, 507, 83*]. Sen. epist. 76, 20 mitteret [emitteret *dett.* Diosc. 3, 50 p. 400, 13. *al. aliter l. 44*]). Prop. 1, 18, 16 deiectis (*cf. l. 19*). Ov. epist. 5, 46 miscuimus (Sen. Ag. 664 -as -is. *al.*). met. 6, 312 -as ... marmora (*i. Niobe*) manant. Pont. 1, 9, 41 -as Celso libamus adempto. Epiced. Drusi 113 congelat ... -as duratque tenetque suspensasque oculus ... intus agit (Sen. contr. exc. 3, 5, 1 introrsus. Tert. paenit. 10, 6 super te). Sen. Tro. 1011 -ae ..., turba quas ... frequentat. Lvcan. 7, 617 inpendisse ... mortibus. Petron. 111, 4 -as commodabat lugenti (Don. Ter. Andr. 109, 2 Ennod. epist. 1, 4, 8 p. 6, 26. *cf.* CE 213, 7 accommoda). Stat. Ach. 1, 930 solvit (Clavd. 5, 259). Avson. 244, 8 p. 81 P. dolor ... perpetuas rigat ... -as. Vvlg. Sirach 38, 16 in mortuum produc -as (Petr. Chrys. serm. 46 p. 330[A]. *cf.* Vvlg. Ier. 9, 18 deducant oculi ... -as [13, 17. *al. aliter l. 76*]). *al. tenere, pellere, compescere sim.* (*v. etiam l. 32*): Plavt. Most. 822 vix ... continere -as (*v. vol. IV 708, 59. cf.* Cic. Verr. II 4, 39 vix tenere [5, 172. *al.* Caes. Gall. 1, 39, 4. *et saepe*]. Ov. am. 2, 18, 7 vix ... retentis [met. 1, 647 Sen. Tro. 925 epist. 99, 15]). Ter. Ad. 335 era, -as mitte (*aliter l. 28*). Lvcr. 3, 954 aufer. Verg. Aen. 2, 784 pelle. Prop. 3, 10, 8 supprimat (Epiced. Drusi 427. Sen. contr. exc. 4, 1, 1 imperio. Sen. dial. 11 [12], 1, 1 *et* 18, 4. *cf.* Herc. f. 642 reprime [epist. 63, 1. Stat. Theb. 2, 355 *coniugis*. Hier. epist. 60, 14, 6]. dial. 12 [11], 15, 5 non potuisset ... -as alienas conpescere [*v. vol. III 2063, 38*], nisi ... pressisset suas. Sil. 15, 819 compressit [*aliter l. 65*]). Ov. am. 1, 7, 57 suspensae (Epiced. Drusi 113 Prvd. cath. 10, 118). met. 13, 539 -as introrsus obortas devorat ipse dolor (fast. 4, 845). fast. 1, 367 siste (1, 480. 6, 154 Sen. epist. 116, 4 CE 541, 2). Epiced. Drusi 8 -as temperat ... tuas. Sen. Ag. 659 cohibete (*v. vol. III 1546, 15. cf.* Herc. O. 1945 meas inhibet -as fragor [Cvrt. 10, 6, 3]). Sil. 9, 350 pone (Tac. Germ. 27, 1). Stat. Theb. 2, 315 -as incluserat ira (12, 318 dolor). Tac. hist. 2, 48, 1 suorum -as coercens. Apvl. met. 5, 7, 5 sedatae. 8, 13, 4 abicite. Plac. med. 29, 2 rec. β ad -as ... restringendas (Marcell. med. 8, 20. *al. cf.* 8, 199 substringendas). *al. movere, elicere*: Plavt. Capt. 419 -as excutiunt mihi (*v. vol. V 2, 1309, 84*). Cist. 112 mi excivisti -as (Tac. ann. 11, 2, 1. *cf.* Verg. Aen. 6, 468 ciebat [*v.* Serv. *et Norden ad l.*]). Trin. 291 eliciunt (*v. vol. V 2, 367, 19*). Cic. nat. deor. 2, 7 risus ... -as ... attulit (Att. 12, 13, 1 Qvint. inst. 11, 3, 5. *cf.* Liv. 6, 3, 4 Etruscis ... luctum -asque ferre). Lvcr. 5, 1197 peperere (Petron. 113, 9 dolore par[a]tae). Bell. Alex. 24, 4 compressis pueri -is Caesar ... commotus (*aliter l. 50. cf.* Sen. contr. 9, 6, 8 populi -as suis expressit [*v. vol. V 2, 1785, 8*]). Tib. 1, 10, 63 movisse (Ov. epist. 10, 148. met. 11, 674 [*per zeugma*] -as m. atque lacertos. Sen. contr. exc. 8, 6, 4. *al. cf.* Cvrt. 5, 5, 7 commovere [Svlp. Sev. dial. 18, 5]). Ov. met. 11, 473 renovat ... locus ... Alcyonae -as. Liv. 1, 29, 5 conspectus aliorum ... integrabat -as. Sen. contr. exc. 4, 1, 1 inritantur (Hil. Arel. vita Honorat. 30 l. 6). 9, 6, 8 illi extorquebo -as. Cels. 6, 6, 14 quae *causa* -as excitet (*cf.* Qvint. inst. 11, 3, 8 concitasse). Sen. dial. 2, 5, 2 evocant (*cf.* Min. Fel. 37, 12 provocat [Diosc. 4, 105 p. 54, 11]). 5, 33, 4 quae nobis -as educunt (*cf.* Vvlg. Sirach 22, 24 pungens oculum deducens -as [*aliter l. 40*]). epist. 115, 16 exigit *avaritia*. *simulare*: Ter. Andr. 558 -ae confictae (*cf.* Sen. epist. 99, 20 finguntur [Stat. Theb. 7, 497. Apvl. met. 10, 27, 1 fictas mentitasque. *al.*]). Pvblil. P 39 paratae (*i. simulatae ut* Petron. 17, 2 Ivv. 6, 273 Cypr. Gall. iud. 683. *in neutram partem* Stat. Theb. 9, 36). Verg. Aen. 2, 196 coactis (*v. vol. III 1533, 20*). Ov. am. 2, 2, 36 simulet (Liv. 38, 14, 14 simulatis -is [40, 12, 3 Sen. dial, 3, 2, 5]. *cf.* Avson. 452, 3 p. 395 P. dissimulans). Mart. 1, 33, 2 iussae. *detergere, siccare sim.*: Liv. Andr. carm. frg. 19 -as ... detersit (*v. vol. V 1, 796, 55. cf.* Lvcil. 206 absterge [307.

[Flury]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

v. vol. I 189, 41]. PETRON. 9, 2 extersit. CYPR. epist. 10, 4 p. 494, 3 tergeatis). PROP. 1, 19, 23 siccare (OV. epist. 18, 25 met. 8, 469. 9, 395 fast. 3, 509. QVINT. inst. 11, 1, 6 iocis. *al. cf.* SEN. dial. 12 [11], 6, 5 adsiccandae sunt). STAT. silv. 2, 7, 106 *Calliope* decidentes abrasit -as ... plectro. *al.* **c** *dat.*: CIC. Tusc. 2, 48 si se lamentis ... -isque dedet (*cf.* LVCC. Cic. fam. 5, 14, 2 te tradidisti). OV. met. 9, 142 indulsit (*v. vol. VII 1, 1252, 33*). LIV. 30, 20, 1 vix -is temperans (CVRT. 7, 2, 7 TAC. ann. 15, 16, 4 AVELL. p. 103, 21). SEN. Herc. O. 1507 parce (dial. 12 [11], 4, 1 OCTAVIA 646 SIL. 3, 133 STAT. silv. 5, 1, 179 CE 1358, 3). SIL. 2, 652 imperet. LVCIAN. Cypr. epist. 22, 1 p. 534, 2 non ... tantis -is incumberemus (*v. vol. VII 1, 1074, 9*). *al.* **d** *abl.: confici sim.*: PLAVT. Capt. 928 me ... -is maceravi. TER. Phorm. 975 -is si exstillaveris. CIC. Cluent. 13 consenescebat. Mur. 86 perditus. fam. 14, 3, 5 debilitor. 14, 4, 1 conficior. VERG. Aen. 2, 651 effusi. OV. met. 5, 427 absumitur *Cyane* (*corporaliter ut* 9, 663 consumpta. *translate* VAL. FL. 4, 169 absumor). LVCAN. 9, 171 exhausta. PETRON. 110, 3 turbata. Ps. QVINT. decl. 15, 12 resolutus. *implere sim.*: PLAVT. Pseud. 10 -is lavis *tabellas* (ENN. scaen. 311. ACC. trag. 420 vultum [OV. met. 9, 680]. AFRAN. com. 322. OV. ars 3, 744 vulnera ... lavat. CALP. decl. 24 *manum patris* puer lavi. TERT pudic. 11 p. 241, 4. *al. de usu disserit* FRONTO p. 58, 17 v. d. H. [p. 64 N.] -is ... genas 'lavere' dicam, non pelluere neque colluere. *cf.* OV. Pont. 1, 9, 53 diluit. CYPR. epist. 43, 5 p. 594, 16 abluitis [59, 13 p. 680, 22. *al.*]). TER. Haut. 306 -is opplet os (RVT. LVP. 1, 21. *cf.* VERG. Aen. 4, 30 implevit [*v. vol. VII 1, 629, 39*]. OV. met. 4, 140 supplevit. HIER. epist. 39, 1, 4 conplentur). CIC. Arat. 147 -is ... sparserunt *Heliades Eridanum* (LVCR. 2, 977 VERG. Aen. 11, 191 *et saepius in versibus. cf.* CIC. Planc. 99 conspersit. VAL. MAX. 5, 10 ext. 2 respersa). LVCR. 1, 920 umectent (CLAVD. 5, 259. *cf.* OV. am. 1, 6, 18 uda sit ... facta. Pont. 1, 9, 2 umida facta. APVL. met. 8, 9, 1 cohumidat). 3, 469 rorantes ora (EPIST. Sapph. 97. *cf.* SIL. 2, 123 irrorat [*v. p. 442, 13*]). VERG. Aen. 1, 228 suffusa oculos (VAL. MAX. 2, 6, 8 PLIN. paneg. 2, 8. *cf.* VERG. Aen. 12, 64 perfusa genas [OV. epist. 11, 115 te ... -is perfundere. *al.* CVRT. 5, 12, 8 PETRON. 91, 4 SIL. 3, 332. 3, 434. *al.*]). 9, 251 ora rigabat (OV. Pont. 2, 11, 9 SEN. Ag. 922 LVCAN. 4, 180 VAL. FL. 4, 51 SIL. 6, 294 STAT. Theb. 3, 130 APVL. met. 10, 6, 1. *al.*). TIB. 2, 6, 32 madefacta ... serta. OV. epist. 7, 186 pro -is sanguine tinctus erit (met. 2, 622. 9, 567 BOETH. cons. 2 carm. 6, 6). STAT. Theb. 9, 74 lubrica tabo ora ... tergit -is. TERT. coron. 12 l. 29 delibuitur. adv. Marc. 4, 18 p. 480, 15 inundaret (adv. Val. 15 p. 194, 18). *al.* *flere sim.*: PLAVT. Pseud. 100 nisi ... -is (drachmis *trad.*) fleveris argenteis (AVSON. 159, 2 p. 28 P. [*aliquem ut* 233, 3 p. 78 P. MAXIM. eleg. 2, 73]. VVLG. Tob. 10, 4 CE 969, 2. *cf.* SEN. Oed. 33 deflenda -is funera [RVFIN. hist. 5, 28, 12 CE 663, 1. 1183, 12]). OV. met. 1, 732 queri. STAT. silv. 3 praef. cum lugeret veris ... -is ... patrem (CE 1375, 16). IVV. 13, 134 ploratur -is ... veris (VVLG. Mich. 1, 10). SVET. Claud. 36 -is ... miseratus est condicionem suam (HYG. astr. 2, 4 p. 36, 12). APVL. met. 8, 31, 2 lamentatus. ITALA Mich. 2, 6 (Weing.) lacrimari -is (*gr. rec. Luciani δακρύετε δάκρυσι, Vulg.* loquamini loquentes). CYPR. epist. 11, 1 p. 495, 15 et ieiuniis et -is ... ingemescamus. *madere sim.* (*v. etiam p. 839, 32*): PROP. 4, 7, 28 -is incaluisse togam. OV. epist. 5, 56 umet harena (met. 10, 509. LIV. frg. 60 vix attollentes ⌊-is oculos humentes⌋ intueri ... poterant [*sic Müller*, -is o. homines *codd.*, prae -is o. homines *Gronovius*]). 10, 55 toro manante (BOETH. cons. 1, 4, 1 W.). met. 11, 418 genae maduere (*v. vol. VIII 33, 50. cf.* trist. 1, 9, 34 inmaduisse). STAT. Theb. 12, 488 altaria sudant. silv. 2, 1, 17 ora natant. *varia*: TIB. 2, 6, 43 -is oculos ... foedare (APVL. met. 4, 34, 3 ora. *cf.* OV. am. 3, 6, 57 corrumpis ocellos [ars 1, 129]). OV. epist. 8, 109 -is oculi funguntur. CVRT. 5, 4, 24 ut vix -is abstinerent. SIL. 6, 545 absiste. **e** *praepos.*: ab: VERG. Aen. 2, 8 temperet. ad: PLAVT. Bacch. 981 ad -as coegi hominem. CIC. Sull. 91 recciderunt. LIV. 44, 31, 13 effusus. SEN. epist. 63, 1 prolapsis. *al.* in *c. acc.* (*vi finali p. 838, 36*): VERG. Aen. 4, 413 ire ... in -as (*v. vol. V 2, 647, 39*). OV. met. 15, 549 liquitur *Egeria*. fast. 2, 755 (*antecedit oratio*) desinit in -as (-is *var. l.*). Ib. 206 cogi. SEN. contr. 9, 6, 11 concitet. suas. 6, 19 solvit pectora omnium in -as (LVCAN. 8, 107 lumina. *cf.* HIL. trin. 10, 55 dissolvit). VAL. MAX. 4, 7, 4 profusus (9, 9, 2. *cf.* TAC. ann. 1, 11, 3 effundi [*v. vol. V 2, 226, 16*]. HIER. epist. 38, 1 fusus). SEN. dial. 9, 15, 5 excidentem. 11 (12), 14, 1 agat. VAL. FL. 3, 395 fatiscunt. *al.* *c. abl.* (*cf. etiam p. 842, 67*): CIC. fam. 14, 2, 2 iacere in -is et sordibus. *pro abl. instr. poni videtur*: GREG. M. dial. 3, 34 p. 212, 13 M. sese in -is afficit *anima* (*cf.* p. 213, 21 sese in -is ... adfligit). 4, 62 p. 325, 12 conflemus in -is duritiam mentis. BENED. reg. 52, 4 oret, non in clamosa voce, sed in -is et intentione cordis.

2 *iuncturae nominales selectae*: **a** -a *determinatur*: **α** *epitheta notabiliora*: ENN. scaen. 132 miserae (*cf.* IVST. 23, 2, 9 miserabiles [*v. vol. VIII 1111, 5*]). ACC. trag. 420 salsis (LVCR. 1, 125. 1, 920 CELS. 6, 6, 1[C] IREN. 1, 4, 4 [1, 1, 8 H.]). CIC. carm. frg. 28, 4 diurnis. Verr. II 1, 153 populares. p. red. ad Quir. 7 cotidianae (QVINT. decl. 267 p. 91, 21). fam. 4, 7, 6 assiduae (*v. vol. II 884, 28 et cf.* APVL. met. 3, 13, 1 -arum adsiduitas). VERG. Aen. 4, 449 inanes (*v. vol. VII 1, 824, 46. cf.* SEN. dial. 12 [11], 5, 4 inutilibus. APVL. met. 4, 34, 3 ineffi-cacibus [*v. vol. VII 1, 1289, 5*]). 5, 343 decorae. HOR. carm. 4, 1, 34 rara. TIB. 1, 1, 62 tristibus (SIL. 13, 387 IVVENC. 2, 370. *cf.* BOETH. cons. 4 carm. 7, 12 maestis). 2, 5, 77 tepentes (*cf.* CELS. 6, 6, 1 [*quater*] calida [ORIBAS. syn. 1, 12, 1 La p. 50, 17 Mø.]) PROP. 1, 16, 4 supplicibus (CASSIOD. var. 4, 50, 1). 1, 16, 32 invitis. OV. epist. 11, 115 iustis (LIV. 3, 58, 6). 14, 127 fidelibus. met. 6, 397 caducas. 6, 505 mites. 6, 535 piis (13, 622 trist. 4, 3, 42 AVG. in psalm. 83, 10. *al.*). LIV. 40, 12, 3 veras (STAT. silv. 3 praef. QVINT. decl. 342 p. 352, 17 IVV. 13, 134). SEN. contr. 2, 3, 4 intempestivae. 10, 1, 6 necessarias. SEN. dial. 11 (12), 14, 1 infinitas. epist. 63, 1 nimiae. SCRIB. LARG. 24 tenuis abundansque (27 tenui et acri. PLIN. nat. 12, 120 MARCELL. med. 8, 122). VAL. FL. 3, 371 dulcibus (*v. vol. V 1, 2191, 38*). SIL. 13, 312 turpi (STAT. Theb. 8, 59). STAT. Theb. 7, 497 molles. QVINT. decl. 247 p. 14, 14 uberes (IVV. 6, 273 APVL. met. 9, 21, 3. *al.*). APVL. met. 5, 7, 3 diutinis. 8, 13, 4 importunas (*cf.* CLAVD. 18, 268 ineptas). AVSON. 244, 8 p. 81 P. perpetuas (CE 1370, 12 *a. 525*. 1561, 3 *a. 474*). HIER. epist. 11, 4 amarae (*v. vol. I 1822, 63*). CLAVD. 14, 4 simplices. 20, 144 largis. CE 969, 2 parveis (1968, 7 minimae). *al.* **β** *indicatur obiectum: praepos.* (*post gen. subi.*): CIC. Verr. II 5, 109 patris -ae ... de fili periculo. SEN. contr. 10, 1, 6 miserrimi inter necessarias super occisum patrem -as ... inertiam (*cf. p. 837, 22*). *gen.*: VERG. Aen. 1, 462 sunt -ae rerum. 2, 784 -as dilectae pelle Creusae. CASSIOD. Ios. antiq. 4, 259 sufficiunt ... isti dies ... ad -as amatorum (*gr. δαχρύοις ... τῶν φιλτάτων*). CE 1401, 5 (*vix ante s. VI*) -as tam mortis acervae. 1534[A], 1 coniugis amissae -as ... me fudisse. **γ** *accedit gen. explic.* (*v. etiam sub II BC*): PLIN. nat. 11, 146 misericordiae -a. CYPR. laps. 36 p. 263, 14 paenitentiae (LEO M. serm. 49, 6 VAL. CEM. hom. 4, 2 p. 705[A] SERM. Caspari Anecd. p. 216, 9. *cf.* AMBR. in psalm. 118 serm. 7, 32, 1 poenae). HEGES. 5, 21, 3 p. 345, 1 supremorum munerum (*cf. p. 837, 11*). AVG. in euang. Ioh. 111, 3 desiderii. OROS. hist. 2, 17, 14 gaudiorum. HIL. AREL. vita Honorat. 26 l. 4 pietatis.

b -a *pendet*: **α** *ex adi.*: PLAVT. Asin. 533 largus -arum. CIC. Mur. 42 quaestio ... -arum ... plena (Sull. 90 LIV. 7, 30, 21. 7, 31, 4 [*de hominibus ut* 7, 40, 15. 30, 7, 9 CVRT. 10, 7, 4]. PLIN. nat. 12, 72. *c. abl.*: TIB. 1, 8, 54 -is omnia p. OV. epist. 12, 64 HIER. epist. 52, 1, 1. *al.*). LVCR. 6, 1248 -is lassi. VERG. Aen. 12, 400 -is (*dat.*) immobilis (*cf.* PROP. 3, 15, 29 durum Zethum et -is Amphiona mollem). PROP. 1, 16, 4 -is umida. OV. epist. 10, 138 tunicas -is ... graves. SEN. Herc. f. 578 -is difficiles dei (*cf.* PHYSIOGN. 81 p. 109, 4 oculos ... ad -as faciles [110]). TRO. 67 vulgus -is ... novum. dial. 6, 14, 2 digna res -is (9, 16, 4. *al.*). SIL. 13, 289 expers ... -ae. MART. 1, 88, 6 -is roscida prata. **β** *ex subst.* (*v. etiam p. 841, 81*): ACC. trag. 578 guttis -arum (*v. vol. VI 2, 2371, 69*). OV. met. 9, 656 rivus (ITALA psalm. 118, 136 [Complut.; *gr. et Vulg. aliter*]. VITA Hil. Arel. 3 l. 9). 14, 708 rore. EPICED. Drusi 225 flumina (*v. vol. VI 1, 966, 49*). LVCAN. 9, 746 vena. SIL. 13, 577 amnis. Ps. QVINT. decl. 6, 4 p. 114, 12 fontem (VVLG. Ier. 9, 1 [*inde passim apud ecclesiasticos*]. CLAVD. rapt. Pros. 1, 86). TERT. resurr. 58 p. 118, 15 imbrem (*v. vol. VII 1, 423, 25*). AMBR. in psalm. 37, 10, 2 aquam (HESYCH. in lev. 15, 5 p. 971[B]). HIER. epist. 38, 3, 2 stilla. AVG. civ. 22, 8 p. 569, 22 D. fluvio (VITA Hil. Arel. 30 l. 4). VINDIC. epist. ad Valent. 9 inundationem (*v. p. 247, 39*). OROS. hist. 7, 35, 15 lacunas. HIL. AREL. vita Honorat. 31 l. 1 tempestatem. ANIAN. Chrysost. hom. 6, 5 pluvias. MAXIM. eleg. 5, 89 gurgite. *gen. identitatis* (*nisi ex p. 841, 40 explicandum*): CHROMAT. in Matth. 3, 3, 1 peccata iugi -arum fletu expiare (3, 3, 2).

3 *locutiones adverbiales*: **a** *c. praepos.*: absque: HIER. epist. 60, 6, 2. ad: PETRON. *p. 837, 83.* cum: *addito adi.*: NAEV. carm. frg. 4, 3 (*v. p. 836, 68*) -is c. multis (CIC. Verr. II 2, 42 c. m. -is [PROP. 3, 6, 37. *al.*]. 4, 76 m. c. -is [Sull. 18. *al.* CAES. Gall. 1, 20, 1. *al.*]. LIV. 8, 33, 23 plurimis c. -is [SEN. epist. 42, 10. *al.*]). OV. Pont. 4, 11, 10 lecta ... c. -is sunt tua damna meis. TAC. ann. 6, 46, 4 crebris c. -is. *nude*: CIC. Sest. 68 obviam civitas c. -is gemituque (*v. vol. VI 2, 1749, 84*) processerat. OV. met. 6, 523 rogantem (ITALA II Macc. 11, 6 [rec. L = VVLG.] c. fletu et -is. *al.*). LIV. 5, 30, 4 orare (VVLG. Tob. 3, 1. *al.*). 26, 27, 10 obsecrantium. 45, 20, 10 c. precibus ac -is circumibant. ASCON. Scaur. p. 28, 26 locutus. VAL. FL. 2, 141 STAT. Theb. 3, 687. TAC. hist. 2, 49, 3 tulere corpus ... c. laudibus et -is. *al.* *accedit ad subst.*: VITA Caes. Arel. 1, 17 aeterna c. -is supplicia. in *c. abl.* (*cf. p. 841, 69*): SEN. Phaedr. 91 degere aetatem in malis -isque. STAT. Theb. 5, 83 aegrae in -is (*cf. sub b*). APVL. met. 2, 27, 3 maestus in -is ... canitiem revellens senex. ITALA psalm. 125, 5 (Tert. adv. Marc. 4, 15 p. 467, 23. *al.* = VVLG.) seminant in -is (*cf.* AVG. civ. 21, 24 p. 533, 19 D. deus voluit cum -is seminari). PEREGR. Aeth. 24, 10 moveri in -is (34). HIER. epist. 39, 2, 1 fracta in -is verba desudant. inter: LIV. 30, 10, 20 i. assiduas clades ac -as unum ... gaudium adfulserat. SEN. contr. 2, 2, 3 fortiora i. -as suspiria. 10, 1, 6 *v. supra l. 18*. PHAEDR. 4, 17, 4 SEN. epist. 99, 26. PETRON. 91, 8 haec cum i. gemitus -asque fudissem. VAL. FL. 2, 428. 5, 13. IVV. 10, 261 Priamus venisset ad umbras ... i. Iliadum -as. APVL. met. 10, 27, 1 i. ... -as uxoris ... fuerat extinctus. per: VERG. Aen. 4, 314 p. ego has -as ... oro (12, 56 OV. epist. 10, 148. *cf.* OV. fast. 5, 473 rogate. SEN. contr. 10, 1, 7 petimus). OV. epist. 12, 58 actast p. -as nox mihi. VAL. FL. 1, 767 talia p. -as (*sc. dixit*). ITALA II Cor. 2, 4 (cod. d *al.* = VVLG.) scripsi vobis p. multas -as (*gr. διὰ πολλῶν δακρύων*). prae (*v. etiam p. 841, 53*): CIC. *p. 836, 80. 837, 3.* VVLG. thren. 2, 11 defecerunt p. -is oculi. sine: *nude*: CIC. Verr. II 2, 50 s. -is et gemitu. Phil. 2, 68 div. 2, 22

[Flury]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

quae s. -is non possumus dicere (Lael. 41). ad Q. fr. 1, 3, 3 Sen. contr. 10, 1, 4 Sen. epist. 99, 6 Cvrt. 5, 2, 14 Qvint. decl. 306 p. 200, 24. 321 p. 261, 1. *al.* *addito adi.*: Cic. de orat. 2, 196 non fuit haec *miseratio* s. -is meis. Att. 10, 14, 1 s. ulla -a (Lvcan. 10, 83). fam. 14, 2, 1 non queo s. plurimis -is scribere (Svlp. Rvf. Cic. fam. 4, 5, 1 neque s. -is multis [Hor. carm. 3, 7, 8 noctes non s. m. . . . -is agit]). *accedit ad subst.*: Avg. serm. 31, 5 peregrinatio s. -a. **b** *abl. modi* -is (-a *l. 13*) *fere i. q. cum -is* (*exempla audaciora poetica; omisimus eos locos, quibus praevalet vis instrumentalis*): Verg. Aen. 4, 649 paulum -is et mente morata (*pro abl. causae accipiunt alii; imitatur* Val. Fl. 2, 169 -is . . . visuque morantur). 10, 505 multo gemitu -isque . . . referunt Pallanta. Val. Fl. 3, 283 -is ac mentibus aegri (Stat. Ach. 1, 686. *cf. p. 842, 68*). Sil. 13, 312 foedantes in pulvere crinem . . . et turpi -a precibusque pudendis femineum . . . ululatum fundere. Stat. Theb. 7, 151 ut erat -is lapsoque inhonorus amictu ante Iovem . . . constitit. 8, 172 omnia laudes . . . tuas . . . commemorant -is.

deriv.: lacrimo, lacrimosus, lacrimula.

ˣlacrimābilis, -e. *a* lacrimare. *de prosodia v.* Prisc. gramm. II 132, 7; *in hexametris ubique* lacrimabilis. *?* -e *pro* -is *l. 51. abl.* -e Iord. Get. 138 (-i *recc.*). *compar. l. 30. 65. cf.* magis -ia *l. 59.* Not. Tir. 74, 16[a]. *legitur inde a* Verg., Ov., Sil., Stat., Tert.

1 *usu sollemni fere i. q. flebilis, miser, tristis sim.* (*cf.* lacrimosus): **a** *de eis, quae cum lacrimis eduntur vel aguntur*: Verg. Aen. 3, 99 gemitus -is imo auditur tumulo (Serv.: cum lacrimis an dignus lacrimis?). Arnob. nat. 5, 16 heiulatu. Avson. 176, 17 p. 41 P. querellae (Leo M. epist. 112, 1 Conc.[S] II 4 p. 64, 23). Ambr. exc. Sat. 1, 19 dolore. 1, 21 sine -i quadam meminisse gratia (*antea*: sine lacrimis). hex. 6, 4, 24 (= Svet. frg. p. 255, 2) canis questu -i domini deflebat aerumnam. in psalm. 118 serm. 17, 1, 1 -is series psalmi (17, 2, 1 in . . . Threnis -ior s.). Hier. in Is. 49, 14–21 l. 63 quin . . . voce -i conqueratur (adv. Pelag. 2, 23 testatur [in Soph. 2, 17–18 p. 1356[D]]. Vvlg. Dan. 6, 20 Apon. 1 p. 10). Ps. Avg. serm. 160, 4 obsecratione. Mirac. Steph. 2, 2, 6 dictis -bus deploratis. Leo M. epist. 14, 1 p. 670[A] -i actione conquestus est. Boeth. cons. 1, 1, 1 W. querimoniam. Fvlg. Rvsp. ad Tras. 1, 9 postulatione. Cassiod. in psalm. 25, 6 quisquis actus suos -i satisfactione diluerit. var. 1, 8, 2 suggestione. 3, 14 -i aditione conquestus est (4, 7, 2). 4, 40, 2 conquestione. Greg. M. epist. 5, 30 prece. **b** *de eis, quae deflentur, fletu digna sunt, lacrimas movent* (*accedit dat. l. 42. 46. 49*): Verg. Aen. 7, 604 Getis inferre . . . -e bellum (*Hom. Γ 132 πολύδακρυν Ἄρηα. plura v. vol. II 1848, 14; adde* Amm. 19, 2, 6 Ambr. hex. 5, 23, 81 Hier. chron. a. Abr. 2395 Ioh. Bicl. chron. II p. 215, 578, 3. Iord. Get. 44 Scythis -e sibi potius intulit bellum. 138). Ov. met. 2, 796 vix . . . tenet lacrimas *Invidia,* quia nil -e cernit. trist. 5, 12, 1 ut oblectem studio -e tempus (Hyd. praef. chron. II p. 14, 11 propriae vitae t.). Sil. 2, 133 fatum (Sidon. carm. 5, 305). 4, 729 Latio -e nomen Hannibal (Stat. Theb. 4, 725 [718] Archemorus. Clavd. 22, 261 Maurorum). 6, 109 tellus -is Arni. 13, 307 nulli . . . hominum -e vulgus. 17, 483 hic . . . perfracta gemit -is ossa. Stat. Theb. 9, 882 ipsis . . . nefas -e Thebis. 10, 357 nec abruptis adeo -is annis *Tydeus* (*cf.* silv. 2, 1, 139 non te *movet* -is aetas? CE 750, 2 nono vixdum -is anno. 977, 1 [*s. I*] aetate hic parva iaceo, -e [*pro* -is *dictum suspicatur Leo, Plautin. Forsch.[2] 289, 4*] semper, quod subito . . . funera . . . dedi. *similia subesse videntur locis lacunosis* CE 2021, 1 Inscr. christ. Diehl 4337[B]). 10, 791 genitor. 11, 636 ensem . . . spolium -e Lai. silv. 3, 1, 142 Isthmos (*i. ludi funebres*). Tert. anim. 19, 8 de prospectu -is vitae (Arnob. nat. 7, 11 Ivlian. in Iob 10, 19 –21). Paneg. 3, 9, 2 ruinas. Ivvenc. 4, 69 deflendi semper scribae et -is aevis (*sic unus e recc.*, aevi *cett. et edd.*) . . . Pharisaeae cunctis fallacia plebis. Don. Ter. Andr. 281, 6 *praeterita* in recordatione magis -ia et miserabilia sunt. Ps. Avr. Vict. epit. 42, 18 felix bellis civilibus, externis -is. Ambr. in psalm. 37, 38, 2 pugna (*opp.* laeta . . . conscientia). 118 serm. 7, 32, 1 cum sit ipse -is, non habet . . . lacrimas. Heges. 5, 18, 2 p. 334, 30 miserabilis erat cibus, esca -is (*gr. 5, 429 δακρύων ἄξιος ἡ θέα*). Leo M. epist. 10, 4 litterae -es et dolendae. Salv. gub. 6, 4 o miseriam -em, o miseriam luctuosam (6, 87 quid -ius hac stultitia, quid luctuosius hac amentia?). *al.*

2 *usu peculiari i. q. lacrimarum similis*: Arnob. nat. 7, 27 *tus* viscum est ex corticibus profluens . . ., -i destillatione coalescens (*cf. p. 839, 14 sqq.*).

adv. **ˣlacrimābiliter.** **1** *iuxta verba dicendi sim. fere i. q. cum lacrimis*: Hier. epist. 78, 1, 3 -r ingemescit *propheta* (in psalm. 104 per paenitentiam). 98, 19, 1 prophetam -r commonentem. 140, 15, 3 propheta -r deprecatur. hom. Orig. in Luc. 17 p. 107, 7 -r conquerentem (Chrysost. hom. V 752[B] [*gr. p. 462 δακρύοντες*]. Greg. M. epist. 3, 7. *cf. ibid.* 4, 12 questus est). in Ier. 6, 7, 5 dicit. Fvlg. Virg. cont. p. 99, 20 paenitendo. Fvlg. Rvsp. serm. 5, 2 dominum -r exorabat (Victor Fulg. Rusp. epist. 9, 3. *al.*). Epist. pontif. 1055 Conc.[S] IV 2 p. 108, 38 cum propheta -r . . . exclamare. Conc. Carth. a. 525 Mansi 8, 649[E] obsecramus. Iord. Get. 104 Dionysio storico super hanc cladem -r exponente. Vita Abr. 10 RevBén. 50, 1938 p. 232, 6 lamentare (*antea*: cum lacrimis. *rec. altera p. 237, 65* propter lacrimas). *al.*

2 *fere i. q. modo lacrimis digno*: Rvfin. Orig. in num. 17, 6 p. 166, 21 qui maledicit Christo, etiam -r invenitur esse maledictus. Antonin. Honor. epist. ad Arc. Migne 50, 567[C] Adam . . . -r cecidit. Dionys. Exig. Conc.[S] IV 2 p. 197, 31 fidei vestimentum . . . discissum -r (*gr. p. 187, 9 ἐλεεινῶς*). Greg. M. epist. 3, 15 dum . . . subdiaconus . . . ipsam ordinationem suam -r evitasset.

compos.: illacrimabilis.

lacrimābundus, (-a, -um). *a* lacrimare. *inter nomina a participiis figurata*: Dosith. gramm. VII 397, 2. Char. gramm. p. 60, 7 B. (*inde* Exc. Bob. gramm. I 535, 37).

fere i. q. lacrimans: Liv. 3, 46, 8 *Icilius* -us . . . inquit (Lact. mort. pers. 18, 7 Evgipp. Sev. 14, 2). Itala Phil. 3, 18 (Mar. Victorin. *in l.*) -us dico *eos*, inimicos crucis Christi (*gr. κλαίων, al. c. Vulg.* flens). Celerin. Cypr. epist. 21, 2 p. 530, 20 flens die ac nocte, in cilicio et cinere -us dies exegi.

lacrimandus, lacrimāns, lacrimanter *v.* lacrimo.

? **lacrimārius** *v.* lacrimatorius.

lacrimātio, -ōnis *f.* *a* lacrimare, *cf.* delacrimatio. **1** *strictius in sermone medicorum i. q. lacrimarum (morbosa) effusio*: Plin. nat. 11, 147 *oculorum tunicas* subinde purificat *natura* -um salivis. 23, 9 *oenanthe* emendat oculorum . . . -es (Cael. Avr. chron. 2, 7, 94 sternutatio iugis cum -e o. acrioris qualitatis vel mordentis). 23, 70 veteres -es sanat *sucus foliorum oleae* (36, 152). Cael. Avr. acut. 1, 2, 31 oculorum rubor cum levi -e. 2, 10, 69 (*de apprehensione*) -o tamquam sentientium atque dolentium. 2, 32, 169 involuntaria (3, 5, 50). **2** *latius fere i. q. fletus*: Vvlg. Tob. 3, 22 post -em et fletum exultationem infundis. Apring. in apoc. 21, 27 sordidatus *peccato* . . . noluit . . . -um effusione (-e effusionum *cod.*) mundari.

? **lacrimātōrius,** -a, -um. *a* lacrimare, *cf.* delacrimatorius. *i. q. lacrimationem efficiens* (*ut vid.*): Plac. med. 17, 1 rec. β (*loco corrupto*) *lotium* extenuat et leucomatum est et -um non insanabilem (lacrimarium *var. l.*; leucoma tumescens -um non insanabile *suspicantur Howald-Sigerist; subst.* -um *i. 'Tränensack' intellegitur ALL 3, 1886, 257*).

ˣlacrimo, -āvī, -ātum, -āre *et* **ˣlacrimor,** -ātus sum, -ārī. *a* lacrima. *de scriptura: inter* -cr- *et* -chr-, -i- *et* -u- *variant tam* CE *quam codd. etiam antiquiores, cf. s.* lacrima. *de formis: creberrima omnino est forma partic. praes. (cf.* flens *vol. VI 1, 898, 72); gen.* -antum Verg. Aen. 11, 887 Prvd. perist. 3, 181. *ex formis perf. breviores tantum invenimus* -asse, -asset. *deponens v. sub II.* Not. Tir. 74, 15[a] -tus. *de notione et differentiis*: Serv. Aen. 11, 59 flere . . . est cum voce lacrimare. Diff. ed. Beck p. 66, 3 -are levis strictura cordis est, flere gravioris affectus est, plorare violentioris. Gloss. δακρύω. *legitur inde a* Plavto, Enn. *fere rarius quam* flere; *omnino deest e. g.* Hor., Sen. *rhet.*, Lvcano, Petron., Mart., Qvint., Tac.; *de ceteris v. tabulam adiectam* (*afferimus plerosque usque ad* Liv., *deinde selectos tantum; numeri uncis inclusi indicant, quoties in exemplis memoratis part. praes. ponatur. cf. Sodalitas Florhofiana, 1970, 40 sqq.*):

		lacrimo	fleo
Plavt.	*in senariis*	1 (-ans *p. 845, 10*)	13 (5)
	alibi	10 (7)	11 (3)
Enn.		6 (5)	1 (flens *p. 845, 15*)
Ter.	Andr.	—	2 (1)
	alibi	14 (5)	1 (flens *p. 845, 17*)
Cic.	*oratt.*	15 (14)	24 (20)
	rhet.	—	5 (3)
	phil.	2 (1)	4 (1)
	epist.	2 (1)	6 (6)
Catvll.		1 (1)	5
Lvcr.		2 (1)	2
Caes.		1 (1)	8 (8)
Sall.		4 (4)	—
Nep.		2 (2)	3 (1)
Verg.	ecl. georg.	1 (1)	7
	Aen.	13 (13)	14 (6)
Tib.		1	14 (1)
Prop.		3 (2)	32 (6)
Ov.		15 (7)	129 (29)
Liv.		8 (4)	9 (6)
Sen.	*trag.*	5	41 (5)
	phil.	1 (*p. 845, 42*)	50 (9)
Cvrt.		5 (3)	12 (5)
Sil.		6 (5)	6
Amm.		4 (2)	11 (7)
Vvlg.		6 (*ex* Itala, *ubi saepe invenitur*)	110 (25; Itala *rarius*)

[*val.* lăcărăma; *it.* lagrimare, lacrimare; *sard. centr.* lakrimare, *mer.* lagrimai, lambrigai; *raet. occ.* larmer; *francog. vet. et med.* lermer, larmer (*dial. norm., pict., borbon., burg., lothr., comit.*); *francoprov.* legrəmå, grẹmā, lẽgrịmá *etc.*; *prov. vet.* lagrimar, *delph.* lagrimá(r), *langued.* lagrémá, *alvern.* ɫyigrimá, *lemov.* gromená; *cat.* llagremar; *hisp.*,

[Flury]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

port. lagrimar. *cf. M.-L. 4825. Battisti-Alessio III 2152. Wagner II 4. Wartburg V 119 sq. Corominas III 14. Machado II 1288. G.*]

I *verbum activum*: **A** *intransitive*: **1** *strictius respiciuntur lacrimae animantium*: **a** *generatim fere i. q. lacrimas effundere, flere* (*minus valet quam* plorare *l. 42*): **α** *animo moto*: Ⓘ *absolute*: PLAVT. Asin. 587 -antem ... tenet -ans. Bacch. 983 -ans tacitus auscultabat. Mil. 1032 -antem se adflictare (*cf.* CIC. Tusc. 3, 77 cum se Alcibiades adflictaret -ansque Socrati supplex esset). Poen. 1192 ne -a (Stich. 20 TER. Haut. 84). Pseud. 44 (*sen.*) 'Phoenicium ... salutem abs te expetit -ans titubanti animo *eqs.*' Rud. 695 te *Venerem* obsecramus aram amplexantes ... -antes (SALL. Iug. 58, 5. *cf.* 62, 1 -ans obtestatur [71, 5 SVLP. SEV. chron. 2, 44, 1]. 107, 3 -ans orare [CVRT. 6, 7, 8]). ENN. ann. 36 talia tum memorat -ans (OV. met. 7, 863 flentibus haec -ans heros memorabat). 50. 103 maerentes flentes -antes (AFRAN. com. 212 quid fles? quid -as largitus? VERS. Rhet. Her. 4, 12, 18 flentes, plorantes, -antes, obtestantes. *per variationem*: TER. Phorm. 522 nihil ferentem, flentem; nunc contra omnia haec: repperi qui det neque -et. PVP. epigr. [Schol. Hor. epist. 1, 1, 67] 2 flebunt amici ... mortem meam; nam populus in me vivo -vit satis. OV. *l. 14. al.*). 171. scaen. 229 (*Eur. Iph. Aul. 447 δακρῦσαι*). 375 mulier -ans ... ad genua accidit (TER. Hec. 379. *cf.* LIV. 42, 23, 10 -antes procubuerunt). TER. Hec. 377. 385 nequeo quin -em miser. Eun. 659. 820 Phorm. 92. Ad. 472 -ans orans obsecrans. CIC. Verr. II 1, 14 cum eum ... -antes ... defenderent (5, 155 -antes ac te implorantes). 3, 74 -antem testari ac dicere (NEP. Phoc. 4, 3 OV. am. 2, 10, 37 VAL. FL. 2, 408. *al.*). dom. 59 -antem confectumque. Sest. 144 oculis -antibus me intuentem (CATVLL. 63, 48 OV. am. 1, 8, 83. *cf.* met. 13, 132 lumina). Tusc. 1, 93. Att. 6, 3, 8 -ans mecum est questus. 15, 27, 2. *al.* (*oratt.*). LVCR. 4, 1177 -ans exclusus amator. CAES. Gall. 7, 38, 1 -ans ... inquit (VERG. Aen. 1, 459 AMM. 19, 10, 2). NEP. Alc. 6, 3. VERG. georg. 4, 356 tristis ... stat -ans (VAL. FL. 3, 606). Aen. 6, 1 sic fatur -ans (CLAVD. 20, 533). 8, 559 inexpletus -ans (lacrimis *M*). 11, 90 it -ans *equus*. 11, 150 -ansque gemensque. 11, 887 ante oculos -antumque ora parentum (*inde* SIL. 12, 590 -antia ... ora parentum). *al.* TIB. 1, 8, 67 desistas -are. PROP. 2, 20, 8 Niobe ... -ans (*recc.*, lacrimas *N*) defluit a Sipylo. 3, 20, 4. OV. met. 15, 792 mille locis -vit ebur *i. statuae eburneae* (*cf.* LIV. 40, 19, 2 simulacrum Iunonis ... -asse [OBSEQ. 6]. 43, 13, 4 Cumis in arce Apollo triduum ... -vit). fast. 4, 521 neque ... -are deorum est (*Eur. Hipp. 1396 βαλεῖν δάκρυ*). *al.* LIV. 7, 42, 6 conplecti inter se -antes. 23, 9, 9. 44, 45, 11 multitudo ... ad ... regis fletum ... et ipsa ingemuerat -veratque. MANIL. 5, 546 VAL. MAX. 2, 8, 7. SEN. epist. 63, 1 -andum est, non plorandum. *al.* Ⓘⓘ *indicatur causa vel modus: praepos.* (*v. etiam p. 846, 37. 42*): PLAVT. Amph. 529 ex abitu (*cf. p. 846, 52*). CIC. Sull. 20 pro ... periculis. VERG. Aen. 7, 358 multa super natae -ans ... hymenaeis (*cf. p. 846, 28. 31. al.*). LIV. 30, 44, 11 in malo (*cf. p. 846, 38. 11*). *abl.* (*v. etiam p. 846, 39*): TER. Ad. 409 -o gaudio ([-or DON. *cod. C*]. CIC. Sest. 117 LIV. 27, 17, 16). SEN. Ag. 654 istis -are malis (Herc. f. 1229 durus m. -are vultus nescit). VAL. FL. 3, 9 abscessu. *acc. int.*: TER. Hec. 355 quid ... -as? (Ad. 679 OV. rem. 471). Eun. 829 id. VERG. Aen. 9, 501 multum (ORIG. in Matth. ser. 77 p. 179, 23 plorat et m. -at. *adde l. 45*). STAT. Theb. 12, 128 torvum. *adv.*: OV. ars 3, 291 decenter. APVL. met. 8, 19, 3 ubertim. *enunt.* (*v. etiam p. 846, 43*): PLAVT. Mil. 1328 quando aspicio hunc, -o, quia diiungimur (MAR. VICTORIN. in Phil. 3, 19 doleo ... et -o). TER. Hec. 405 -o, quae posthac futurast vita quom in mentem venit.

β ratione naturali (*cf. p. 846, 47*): PLAVT. Asin. 620 num fumus est haec mulier ...? :: quidum? :: quia oculi sunt tibi -antes (PLIN. nat. 29, 131 -antibus sine fine o. cinis ... medetur [*Marcell. med. 8, 140* lacrimosos]. PELAGON. 294 erunt o. -antes [*Hippiatr. gr. I p. 191, 6 δακρυώδεις*]. PHYSIOGN. 111). LVCR. 2, 420 *colores* compungunt aciem -areque cogunt. MORET. 107 manu ... *fumo* -antia lumina terget. CELS. 2, 4, 3 mali ... morbi testimonium est ..., sine voluntate -are. PLIN. nat. 29, 36 *oculorum* angulis scabiosis et -antibus. CHIRON 529 si -verit *iumentum*.

b -ans *fere i. q. lacrimosus, plenus lacrimarum*: PROP. 3, 24, 29 limina ... nostris ... -antia verbis. AVG. civ. 22, 8 p. 570, 11 D. *gratiarum actio* fusa est ore omnium -antibus gaudiis (EVGIPP. Sev. 46, 4. *cf. p. 847, 26*). SEDVL. carm. pasch. 3, 133 funereos ... modos cantu -ante gemebant tibicines (*cf. op. pasch. 3, 11* gemitu modulante).

2 *latius per similitudinem de variis guttis fere i. q. stillare*: CVLEX 314 classibus ambustis flammā -ante *resinā*. PLIN. nat. 17, 107 -antes calamos inseri non oportet, non ... magis quam aridos (*cf.* PALLAD. 4, 1, 1 vineas oportet inserere, cum vites non aquato, sed spisso umore -bunt). SOL. 20, 9 cuius *arboris* mediale autumni tempore sucino -at (*Plin. nat. 37, 42* defluente medulla).

B *transitive* (*cf.* PRISC. gramm. III 275, 18. 487, 25 sqq.): **1** *fere i. q. stillando effundere*: OV. fast. 1, 339 -tas cortice murras (*cf. met. 10, 501* stillata ... murra). RVT. LVP. 2, 7 (*e Lycone*) *ebriorum* oculi vinum -antes caligant (*antea*: oculis mero madidis). VEN. FORT. carm. 3, 9, 17 caudice desecto -at sua gaudia palmes.

2 *fere i. q. deflere*: **a** -andus: SEN. Phaedr. 881 mors optima est perire -andum suis. SIL. 3, 73 (*verba Hannibalis ad filium*) Roma tuos numerat -andos matribus annos. STAT. Theb. 9, 100 ne non maerentibus Argos exequiis -andus eat. silv. 5, 2, 93 satis haec -andaque nobis ultio. VOPISC. Tac. 6, 7 quae plus quam -anda tolerantibus extiterunt (*imitatur* HEGES. 5, 21, 3 p. 345, 3). RVFIN. Orig. in num. 24, 2 p. 229, 21 vota *Iephthae*. CE 219, 4 nomina. 1592, 7 ⟨sep⟩ulcrum.

n. pl. pro subst.: VEN. FORT. carm. app. 1, 128 -anda loquor. **b** *aliae formae* (*falso trad.* NEP. Alc. 6, 4 *v. vol. VII 1, 335, 56*): SEN. Tro. 926 quantum est, Helena quod -at, malum. CAPITOL. Pert. 4, 10 cum ... casum ... Commodi -asset. AMM. 19, 5, 8 gentes ... disiectae, -antes complurium mortes. HYG. astr. 2, 4 p. 36, 7 ut videretur obitum domini -are *canis* (*var. l.* -ari). AMBR. exc. Sat. 1, 10 -vi ergo ..., sed -vit et dominus, ille alienum, ego fratrem, ille in uno -vit omnes, ego in omnibus -bo te. VEN. FORT. carm. 6, 5, 273 vehitur tristi -ta feretro (*cf. 275* fletur). FACVND. defens. 11, 4 p. 805A *non* iacentem *Lazarum* -at impassibilis potestas (*i. Iesus*) *eqs.*

II *deponens* (*sec.* lamentari, *ut vid.; de usu v.* DIOM. gramm. I 381, 28 [*ex Probo*] -o -vi: nec quisquam esse -or credat, quamvis Ovidius dixerit [*v. p. 845, 78*]; *testantur* GLOSS., *legitur inde ab* ITALA, TERT., CHIRONE, *promiscue cum formis sine dubio activis apud hunc et* VEG., HYG., AVG., SVLP. SEV., VEN. FORT., Ps. VIGIL. THAPS., ISID.; *codd. variant etiam l. 10. p. 845, 47; ceterum cum in scripturis sacris deponens praevaleat, ex eis etiam participium praes. inseruimus*): **A** *intransitive i. q. lamentari, flere*: **1** *animo moto*: **a** *in scripturis sacris* (*gr. respondet κλαίω, ubi nihil aliud adnotavimus*): ITALA gen. 43, 30 (Quodv. [?] prom. 1, 31, 43) vidit Ioseph Beniamin ... et -tus est (*aliae verss.* flevit *c. Vulg. vel* ploravit). Tob. 2, 6 (Reg. *al.; om. Vulg.*). 5, 23 *et saepius* (*ibid.; discrepat Vulg. praeter* 7, 8. 19). Iob 30, 25 (Pelag. in Rom. 12, 15; *Vulg.* flebam). Ezech. 27, 35 (Tycon. reg. 4 p. 46, 6) -tus est vultus eorum super te (*gr. ἐδάκρυσεν, Vulg. aliter*). Mich. 2, 6 *v. p. 841, 48*. II Macc. 4, 37 (rec. L *al.; gr. δακρύσας. Vulg.* lacrimas fudit). Ioh. 11, 35 (cod. a *al.* = VVLG.) -tus est Iesus (*gr. ἐδάκρυσεν. inde* TERT. carn. 9 l. 39 -atur [-at *T in ras.*] super Lazarum. MVTIAN. Chrysost. hom. 15, 4 p. 339/40. *al. active e. g. supra l. 11*). act. 21, 13 (Tert. fug. 6, 9) quid facitis -antes ...? (*Vulg.* flentes). VVLG. Sirach 12, 16 (= 18) *et* 31, 15 (*gr. utroque loco δακρύει*). **b** *apud scriptores varios, maxime ecclesiasticos*: TERT. paenit. 9, 4 ingemiscere, -ari et mugire dies noctesque ad dominum. HYG. fab. 126, 5 -ari coepit prae gaudio (AVIT. BRAC. Lucian. epist. rec. B 6 [*sim.* rec. A]). HIER. in Is. 22, 4 p. 196B in (*i. super*) vastitate Babylonis -atur propheta lugentis affectu. tract. in psalm. I p. 212, 17 qui in praesenti non plorat, in futuro -bitur. 268, 4. 6. AVG. serm. 311, 14, 13 oras ... et aliquando etiam -aris. SVLP. SEV. epist. app. 2, 6 p. 231, 14. CONC.S II 3, 2 p. 55, 10 -or (*var. l.* -o) ... de his quae contigerunt *eqs.* VITAE patr. 3, 164 (*cf.* 5, 3, 14) cum vidisset ibi mulierem theatricam, -tus est; et requisierunt ..., cur plangeret (*gr. Cot. p. 639B σύνδακρυς ἐγένετο ... ἐδάκρυσεν*). 5, 15, 9. VEN. FORT. carm. app. 1, 121 qui spernis vitae fletus, -tus humares *me*. ISID. orig. 11, 1, 109.

2 *ratione naturali* (*cf. p. 845, 57*): CHIRON 84 statim invenies oculum -ari (*inde* VEG. mulom. 2, 21 -are). 126 oculi -antur. 378 oculi eius *letargici* -buntur (*inde* VEG. mulom. 2, 112, 3 -buntur quasi lippiant). CAEL. AVR. acut. 1, 3, 35 (*inter symptomata phrenitidis*) ut ... -etur. 2, 10, 71 si quicquam profecerint *catalepsi affecti*, ... inclamati respicientes -antur. VITAE patr. 5, 3, 16 ex fumi molestia -antur (*gr. Cot. p. 693A δακρύουσι*).

B *transitive i. q. deflere* (*cf. p. 845, 57*): CHRYSOST. hom. III 816C dominus noster illius *Iudae* delictum -tus est. MVTIAN. Chrysost. hom. 23, 3 p. 381/2 Ierosolymam ... luxit et -tus est. CE 1586, 7 quam *sepultam* ne -ere, precor.

partic. praes. **lacrimāns,** -antis *pro adi. (subst.) p. 845, 6. 26. al., notione q. e. 'lacrimosus' p. 845, 66*; -antem esse *p. 845, 58. 60.*

adv. **lacrimanter.** *fere i. q. lacrimose, lacrimabiliter*: CASSIOD. Ios. antiq. 16, 126 pater eos *filios* -r (*sic Niese ad textum graecum sec. codd. vet.*, lachrymabiliter *ed. vet.*) et flebiliter est amplexus (*gr. δακρύοντας ἠσπάζετο*).

gerund. **lacrimandus,** -a, -um *pro adi. p. 845, 82.*

deriv.: lacrimabilis, lacrimabundus, lacrimatio, lacrimatorius (*?*).

compos.: ad-, con-, de-, in-, sub-, superlacrimo.

lacrimōsus, -a, -um. *a* lacrima. *compar.* -ior *p. 847,11*, -ius *p. 847, 63; vice superl.* ubertim -us *p. 847, 31.* SYNON. Cic. p. 430, 8 flebile. triste. lugubre. maestum. funestum. -um *eqs. legitur in versibus inde a* LVCIL., CIC., VERG., *in sermone pedestri inde a* PLIN. nat., APVL. [*loco lacunoso*: CE 1756A, 6.]

I *usu sollemni fere i. q. cum multis lacrimis coniunctus, δακρυόεις* (*cum voce q. e.* lacrimabilis *maxime conferendus est usus sub B 2 descriptus*): **A** *ratione naturali*: **1** *vi causativa de eis, quae lacrimas movent*: LVCIL. 194 flebile cepe ... -aeque ... tallae (*cf.* COLVM. 10, 123 fletum factura sinapis ... -aque caepa ponitur. PLIN. nat. 19, 101 omnibus *cepis* ... odor -us. SER. SAMM. 583 potare ... -i trita sinapi. QVODV. [?] prom. 2, 8, 14 porros, cepas, allium, asperas -asque Aegyptias escas). HOR. sat. 1, 5, 80 nisi nos ... villa recepisset -o non sine fumo (OV. met. 10, 6 fax ... -o stridula fumo. *per enallagen* AVSON. 393, 7 p. 245 P. piceo -a colonica fumo). **2** *de oculis propter morbum sim. lacrimantibus* (*cf. p. 845, 58*): OV. am. 1, 8, 111 -a ... vino lumina. PLIN. nat. 28, 64 contra lippitudines ... aures fricare prodest et -is oculis frontem (29, 118. CHIRON 70 -um

[Flury]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

o. faciet *platocoriasis* ⟨et⟩ nebulosum [*cf. Veg. mulom. 2, 16, 6* intelligitur ... lacrimis]. MARCELL. med. 8, 140 [*ex Plin. nat. 29, 131* lacrimantibus]. PS. MVSA herb. Vett. l. 53. ANON. med. ed. Piechotta 111 ad o. lippos vel -os. CASS. FEL. 29 p. 57, 1).

B *respicitur motus animi*: **1** *de hominibus flentibus* (*accedere videtur dat. comm. l. 11*): CIC. Arat. 442 gnatam -a requirens Cassiepia (*gr.* 654 *δειλή*). APVL. met. 3, 8, 1 mulier ... -a et flebilis. 4, 34, 1 -a Psyche comitatur ... exequias suas. 7, 27, 2 mater pueri mortem deplorans ... filii, fleta et -a. 11, 1, 4 deam ... -o vultu sic adprecabar. PS. AMBR. prec. 2, 14 -us imploro. AVG. virg. 36, 36 mulier ... peccatrix tanto -ior pedibus tuis, quanto fuerat alienior a vestigiis tuis (*cf. Vulg. Luc. 7, 37* lacrimis coepit rigare pedes eius). PS. AVG. serm. 96, 5 sorores *Lazari*. ALC. AVIT. hom. 7 p. 117, 26 consolatores *Mariae* (*cf. Vulg. Ioh. 11, 33* plorantes). VEN. FORT. vita Radeg. 34, 79 parentes.

2 *de rebus*: **a** *quae cum lacrimis eduntur vel aguntur*: VERG. Aen. 11, 274 aves ... scopulos -is vocibus implent (PACIAN. epist. 3, 8 p. 60 CONC.^{S} I 2 p. 12, 26. DRAC. Romul. 8, 401 gemitus -ae vocis. CORIPP. Ioh. 8, 362 CE 1390, 9 *a. 585*). OV. trist. 5, 1, 35 carminis (*5* flebile). STAT. Theb. 6, 164 questus -osque ... risus *infantis*. APVL. met. 5, 13, 1 singultu (VITA Fulg. p. 137 L.). 6, 3, 1 precibus (PALLAD. hist. mon. I 56 p. 339^{A}). CYPR. laps. 35 p. 262, 24 lamentationibus. SCHOL. Cic. Bob. p. 108, 12 ut ... -is adfectibus ... iudices impleantur. p. 169, 1 -is lemmatibus ... perorat. PS. RVFIN. in Os. 12, 3–6 p. 1022^{C} supplicationibus. CLAVD. 26, 407 singultus varios -aque gaudia miscent (ENNOD. epist. 2, 10, 3 p. 50, 3 cum -o g. dixi. VITA Amator. [BHL 356] 14). OROS. hist. 5, 18, 9 ululatibus. GILD. Brit. 1 chron. III p. 25, 3 qui ... dispendium ... -is querellis defleam. 15 chron. III p. 33, 15 postulationibus. APON. 9 p. 172 sermonibus. FVLG. RVSP. rem. pecc. 1, 12 p. 536^{D} gemitibus. VEREC. in cant. 2, 20 p. 22a 24 ubertim -is confessionibus poenitentiam gessit *Petrus* (7, 1 p. 92a 4). VITA Amator. (BHL 356) 14 clamoribus. CE 1813, 3 amore.

b *quae deflentur, fletu plena sunt, lacrimas merentur vel movent* (*n. pl. fere pro subst. l. 41*): HOR. carm. 1, 8, 14 sub -a Troiae funera (OV. epist. 13, 137 -a suorum f. conspicient *Troades*). 1, 21, 13 bellum. OV. fast. 2, 387 iussa *Amulii* recusantes peragunt -a ministri, flent tamen *eqs.* LVCAN. 9, 955 Heroas -o litore turres. SIL. 2, 552 -ae ianitor aulae *Cerberus*. 3, 207 fata. 8, 272 *Romanos* tertius exurit -is casibus annus. TERT. adv. Marc. 4, 30 p. 525, 17 iudicii fervor -a austeritate subsequitur. IVVENC. 4, 335 tecta *Lazari*. AMM. 14, 7, 6 interitum (*antea*: laniatu miserando). 26, 6, 9 haec -a ... sensibus ... haerebant. 27, 9, 2 -a dispendia ... Afrorum. 28, 6, 7 -as provinciae ruinas. 29, 1, 15 discriminibus. PS. RVFIN. in Os. 8, 7 frustratio. CONSVLT. Zacch. 3, 9 p. 115, 12 (*allegorice sec. Vulg. psalm. 125, 5*) qui nunc -is seminibus iustitiae vias implent, ... honore fulgebunt. COD. Iust. 3, 12, 9 (11), 2 (*a. 408*) ferarum -a spectacula. ARATOR act. 1, 362 ut ... *diabolus* perderet antiqui -a piacula belli. *de genere dicendi* (*cf. adv.*): HOR. epist. 1, 1, 67 -a poemata Pupi (*cf. p. 845, 18*). AMM. 28, 1, 4 stilus ... -us *Phrynichi*.

II *per comparationem*: **A** *de electro fere i. q. lacrimarum similis* (*propter originem*): CIRIS 434 dives curalio fragili aut electro -o. STAT. silv. 5, 3, 86 Heliadum ... -a ... germina. **B** *de plantis i. q. liquorem guttatim effundens*: PLIN. nat. 17, 261 vitium radicibus aquam salsam iubent adfundi, si sint -ae (*cf. p. 845, 74*). AVIEN. orb. terr. 1112 prorumpit -o stipite myrrha (*cf.* FVLG. myth. 3, 8 redolentibus -a guttulis fletus suaves ... iaculatur *murra*).

III *per identitatem* imber -us *pro 'imber lacrimarum'*: SEDVL. op. pasch. 2, 10 p. 210, 15 madidas -is i. genas. VEREC. satisfact. 1 quis mihi maesta dabit -is i. ora flendo cruentare ...? (*sec. Ier. 9, 1* fontem lacrimarum).

adv. **lacrimōsē.** *i. q. modo lacrimoso*: GELL. 10, 3, 4 ecquid est, quod aut ampliter ... aut -e atque miseranter ... dixerit *Gracchus*? SCHOL. Cic. Bob. p. 166, 22 ut pro reis multo -ius peroraret (*ad Cic. Planc. 83* miserabiliores epilogos). VEREC. in cant. 4, 14 p. 62 b 2 -e propheta deposcit.

compos.: illacrimosus.

lacrimula, -ae *f.* *a* lacrima *deminutive.* -crum- CE 93, 4, -mol- AMBR. hex. 6, 4, 19 (-mul- *var. l.*). lacr- *producitur* CATVLL. 66, 16 CE 1518, 4.

i. q. parva lacrima: **1** *strictius de lacrimis hominum* (*saepius colore acerbo*): TER. Eun. 67 haec verba una ... falsa -a, quam oculos terendo ... vix vi expresserit, restinguet (CATVLL. 66, 16 parentum frustrantur f. gaudia -is, ubertim thalami quas intra limina fundunt *sponsae*). CIC. Planc. 76 mihi -am Cispiani iudici obiectas; sic enim dixisti: 'vidi ego tuam -am'; vide, quam me verbi tui paeniteat; non modo -am, sed multas lacrimas et fletum ... videre potuisti. AMBR. in psalm. 118 serm. 8, 26, 1 brevi -a atque ad tempus parata vel etiam uberioribus fletibus. CE 93, 4 (*si recte legitur*) meis referre -am ⟨parentibus⟩. 1518, 4 (*spurium?*) me ... -is tuis rigares. **2** *latius de resina*: AMBR. hex. 6, 4, 19 videas ... vulpem -ā pinus medentem sibi (*Basil. hex. 9, 3 p. 193^{A} δαχρύῳ, lat. 9, 3, 9* suco pineo).

lacrimusa (-ū-*?*), (-ae *f.*). [*orig. inc., v. s.* lacerta. *Sch.*] [*pedem. vet.* lagramüse, *neap., lucan.* caramusa, laramusa; *burg.* larmüse, larmise; *francoprov.* larmo(u)ise, larmise, larmwiza, armüza *etc.; delph.* larmüzo, lagramuso, *prov.* lagramue, largamue *etc., langued.* lagremuso *etc. cf. M.-L. 4826. Battisti-Alessio III 2152. Wartburg V 122 sq. G.*] *genus lacertarum*: POL. SILV. nom. anim. chron. I p. 543, 4 (*inter spirantes et quadrupedes*) lacerta. -a. adis *eqs.*

[lacsir ISID. orig. 17, 9, 27 *corruptum ex* lac sirpicum, *cf. Sol. 27, 49.*] *Flury.*

lact *v.* lac. **[lactāgo** *v.* lactilago].

lactāneus, -a, -um. *a* lac, *cf.* collactaneus *necnon* lactineus, lactinus. *i. q. ad lac pertinens*: CIL VI 1424 nutritores -i (1623. 21334). PS. THEODOT. hom. 6, 12 p. 1428^{C} *Christum infantem* sempiternum, ubera sugentem, matre seniorem, -um. ALEX. TRALL. 2, 164 potio ... offerenda est calida (*debuit* tepida) aqua et haec non calida, sed tepida, et gelida vel -a (*gloss. marg.*: i. tepida ut lac; *gr. 5, 5 vol. II p. 193 P. εὔκρατον ... μὴ θερμόν tantum*).

***lactāns,** -antis *adi.* *a* lac, *cf. infra l. 78.* *scrib.* lanct- EDICT. imp. Diocl. CIL III p. 806 b 24, lant- ITALA deut. 32, 25 (Monac.). *de formis: abl. sg.* -i LVCIL. 149 (-e *saepius, in inscr. p. 849, 35*), *gen. pl.* -tum IVVENC. 3, 652 VEN. FORT. Mart. 1, 215. *de notione*: GLOSS. *γαλαθηνός. γαλουχούμενος. θηλάζων.* foetus, quod adhuc lac sugit. *v. etiam l. 34.* *distinguitur perperam a* lactens (*cf. l. 26 sqq.*): SERV. georg. 1, 315 (*quae praecedunt v. p. 850, 59*) sciendum inter -em et lactentem hoc interesse, quod -s est, quae lac praebet, lactens, cui praebetur ([*cf. eundem ad* Aen. 5, 285 *Pholoe* erat ... -s, nam infantes lactentes dicimus]. *inde* ISID. diff. 1, 337). *legitur inde a* LIV. ANDR., ENN., LVCIL. [*confunditur in codd. et in versionibus sacr. script. saepissime c.* lactens, *variare videntur vel ipsi scriptores, e. g.* VARRO *l. 71. p. 850, 26.* OV. *l. 72. p. 850, 28. aevo cadente* -s *praevalet, nisi fallunt editiones, cf.* Önnerfors, *In Med. Plin. stud. philol. 218 sqq.*]

i. q. ad lac pertinens, θηλάζων (*quae vox respondet, ubi nihil adnotatur; respicitur lac animantium passim, sucus herbarum p. 849, 9, sebum intestinorum p. 849, 35, imber p. 849, 36*): **1** *de animantibus* (*technice infra l. 71 sqq.*): **a** *de hominibus*: *α lac accipientibus* (*cf.* ORIG. in Matth. 15, 6 p. 362, 17 puerorum ... quidam ... infantes, alii autem dicuntur -es quasi inferiores infantibus. *cautius additur* quasi *l. 40*, velut *l. 51*): LIV. ANDR. trag. 26 ego puerum interea ancillae subdam -em meae (RVFIN. hist. 1, 8, 1 pueros [*gr. τοὺς ὑπομαζίους tantum*]. *cf.* ITALA Ioel 2, 16 [Cypr. testim. 2, 19. *al.*] parvulos -es [*gr. νήπια θηλάζοντα μαστούς, Vulg.* parvulos et sugentes ubera]. PANEG. 4, 16, 6 Herculem ... tenerum atque -em [HIER. epist. 36, 10, 4 Ismahelem quasi -em et tenerum]. AVSON. 162, 9 p. 31 P. me -em, iuvenemque virumque. 173, 4 p. 38 P. nati. 362, 11 p. 87 P. parvis. *al.*). ITALA deut. 32, 25 (Monac.) iuvenis cum virgine, -s cum stabilito sene ([VVLG. -s, *var. l.* lactens; *cf. cod. 407* lactantes mamillam, *cod. 400* lactentes mamillam, *Lugd.* mammans]. *item quasi pro subst.*: I reg. 15, 3 [Rufin. Orig. in num. 19, 1 p. 179, 25] et parvulos et -es [VVLG. -em, *var. l.* lactentem]. psalm. 8, 3 [Veron. *al.*] ex ore infantium et -ium [lactentium *Vulg. codd. pars. al.*].PS. AVG. serm. ed. Mai 151, 1 -ium vagitus. THEOD. PRISC. eup. faen. 40 -i suo mater ... oculos permundavit. *al.*). AVSON. 319, 39 p. 23 P. prima *gnata* obiit -s. *in imag. vel interpr. allegor. sec.* psalm. 8, 3 (*v. l. 46*) *de hominibus rudis adhuc fidei*: RVFIN. hist. 3, 39, 12 quae illi in figuris velut -bus et parvulis loquebantur. Orig. in cant. 2 p. 133, 21 infantes adhuc et -es in Christo (*sim.* in gen. 4, 6 p. 56, 16, *ubi opp.* perfectis). in exod. 2, 4 p. 160, 21 -ium habens cibos *lex divina*. PAVL. NOL. epist. 2, 2 officio ... seniores, sensu ... parvuli et sermone -es. 4, 3 ut infantem ... verbo dei et spiritali aetate -em. AVG. fid. et symb. 1, 1 incipientibus atque -bus, eis qui ... renati sunt, nondum ... roboratis. *al.* *β lac praebentibus*: ITALA Matth. 24, 19 (codd. a d) praegnantibus et -bus (*Vulg.* nutrientibus. *cf. Marc. 13, 17* [*cod. k*] = *Luc. 21, 23* [*cod. d*] et quae lactant). HYG. fab. 147, 1 p. 21 se ... nutricem -em simulavit. PAVL. NOL. carm. 20, 391 -is ab ubere matris. AVG. serm. 188, 3, 4 virgo praegnans, virgo -s *Maria*. CAEL. AVR. gyn. 1, 126 maiores ... mammae gravant irruendo -es. *allegor.*: RVFIN. Orig. in iud. 6, 2 p. 500, 13 sub alis -ium *angelorum* latitare.

b *de deo*: SERV. georg. 1, 315 (*verba Vergilii v. p. 850, 58*) VARRO ... dicit deum esse -em, qui se infundit segetibus et eas facit lactescere (*cf. p. 849, 9 et* Lacturnus).

c *de animalibus*: *α lac accipientibus* (*in rebus sacris l. 79. 82, restituitur* S. C. Gell. 4, 6, 2 *a. 99 a. Chr.* hostiis ... -bus, *ubi* plantantibus *trad., cf. p. 850, 23 sq.*): VARRO rust. 2, 4, 16 cum porci depulsi sunt a mamma, ... neque iam -es dicuntur ([*sim.* 2, 4, 17 amisso nomine -es dicuntur nefrendes]. OV. fast. 2, 656 -s [lactens *recc.*] ... porca. PAVL. FEST. p. 71. MARCELL. med. 22, 3 porcelli. *al. pro subst.*: LAMPR. Alex. 22, 8 suminatam ..., -em ..., vaccam ..., damalionem. HIER. adv. Iovin. 2, 7 PLIN. VAL. 5, 38. *al.*). 2, 5, 16 -es *vituli* cum matribus ne cubent (OV. met. 10, 227. ITALA Am. 6, 4 [Weing. *al.*] vitulos de medio armento -es [*gr. γαλαθηνά, om. Vulg.*]. *al.*). 2, 7, 12 usque quoad erunt -es *pulli*. 2, 11, 5 dicuntur ... agni -es a lacte (VVLG. I reg. 7, 9 tulit ... agnum -em [*var. l.* lactent-] unum, et obtulit illum holocaustum. GILD. Brit. 71 chron. III p. 66, 10. *al.*). OV. ars 2, 375 lea cum catulis -bus (*dett.* lactent-) ubera praebet (*canum*: COLVM. 10, 343 sanguine -is [lactent- *pauci recc., edd.*] catuli placatur *Rubigo*. SER. SAMM. 439 CHIRON 199. al. MARCELL. med. 21, 1. *al.*). PLIN. nat. 8, 200 incipiunt *capri generare* septimo mense et adhuc -es (lactent-

[Heine]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

det. unus). THEOD. PRISC. eup. faen. 95 cervum. *al.* **β** *lac praebentibus*: AVG. civ. 18, 21 p. 283, 27 D. per -em feram deus voluit subvenire *Romulo Remoque*.

d *de uberibus*: LVCIL. 176 -i in sumine. LVCR. 5, 885 ubera mammarum . . . -ia (laet- *AB*) quaeret (OV. met. 6, 342 u. . . . ebiberant . . . -ia. 7, 321 -ia . . . u. quaerit). *metaphorice respicitur alimentum spirituale*: PRVD. perist. 2, 571 alumnos . . . -e complexus sinu paterno amore nutrias.

2 *de herbis* (*cf. p. 848, 66*): ENN. ann. 264 fici dulciferae, -es ubere toto. HIER. in Os. 5, 6/7 p. 860^{B} -ia in spicis frumenta (*cf.* VEN. FORT. carm. 3, 9, 15 -s seges exilit arvis). ENNOD. carm. 1, 4, 9 -s . . . herba.

3 *de rebus*: **a** *de cibis* (*cf.* lactatus): CELS. 2, 28, 1 -ia (lactentia *VM*) atque omne pistorium opus (*neutr. plur. ut* 2, 29, 2 -ia [lactent- *Linden, Marx*] omnia. PHILAGR. med. 1 p. 152, 9 caseus recens et -ia. APIC. 7, 306 temperabis lac cum melle quasi ad -ia). MART. 1, 43, 7 -es nec misit Sassina metas (*cf.* PLIN. VAL. 5, 29 casei recentes et -es). **b** *de rebus ad infantes pertinentibus, primae infantiae propriis* (*technice l. 24, c. resp. teneritatis l. 31*): AVSON. 322, 67 p. 264 P. multos -bus annis ipse alui. SYMM. or. 3, 6 inter prima rudimenta -is infantiae (HIER. praef. Vulg. reg. p. 5, 7 tenera . . . et -s viri i. [CASSIAN. inst. 3, 4, 1 t. et -em]. SIDON. epist. 3, 5, 3 FAVST. REI. grat. 1, 14 p. 47, 26 ENNOD. opusc. 3, 8 p. 333, 2). VEG. mulom. 3, 5, 2 pullis . . . medii dentes superiores cadunt, quos -es vocant. RVFIN. Orig. in exod. 2, 4 p. 161, 7 quae parva eius *legis* sunt et -ia . . ., quae perfecta et valida sunt. PRVD. apoth. 613 inluxisse diem *nativitatis Christi* -bus horis, qua . . . penderet ab ubere *infans*. perist. 10, 667 -is oris indolem (PAVL. NOL. carm. 24, 514 parvulus . . . ore -i canit. *cf.* VEN. FORT. Mart. 4, 44 reddit . . . -es ore susurros *puella loqui incipiens*). c. Symm. 2, 327 (*interpol.?*) -ia viscera (*cf. p. 850, 73*). SIDON. carm. 7, 171 -ia membra (epist. 4, 21, 3 ALC. AVIT. carm. 6, 26). ALC. AVIT. carm. 4, 10 (*de mundo modo creato*) -em . . . orbem. VEN. FORT. carm. app. p. 378, 1, 279 primitiae florum, Bethlemitica passio -s. **c** *de intestinis* (*cf. p. 850, 73 et* lactes): EDICT. praef. urb. de pecor. vend. (CIL VI 1770) 10 capite, pedibus et sevo -e et subgulari lanio cedentibus. **d** *de imbre*: PAVL. NOL. carm. 16, 210 velleris aetherii (*i. nubium*) suco -e.

deriv.: lactantina, 1. lacto, Lactantius.

1. lactantia, (-ium) *n. pl. v. s.* lactans *l. 13 sqq.*

2. lactantia *v. s.* lactantina.

lactantīna *γαλαθηνόν* GLOSS. III 363, 81 (398, 1). *a* lactans. *huc pertinere vid.* *γαλαθηνός* lactantia, lactans GLOSS. II 261, 10. lactantia beost (*anglosax.; theod.* biestmilch) GLOSS. II 585, 9. *πηκτή* lactancia GLOSS. III 315, 15. lactant⟨in⟩um galathinion GLOSS. III 187, 36.

lactāris, (-e). *a* lac, *cf.* lactarius. *i. q. lac praebens*: MARCELL. med. 23, 61 caprae -es . . . mulguntur.

lactārium, -ī *n. pl.* -a, -ōrum *v. l. 57.*

lactārius, -a, -um. *a* lac. *scribitur* -tea- INSCR. *l. 59* GLOSS. III 307, 29. [*val.* lăptare; *calabr.* lattarə; *francog. med.* laictiere; *cat.* lletera; *port.* leiteira. *cf. M.-L. 4827. 4817. Battisti-Alessio III 2178. Wartburg V 123. Machado 1315. G.*]

i. q. ad lac pertinens: **1** *vario usu*: VARRO rust. 2, 1, 17 dandum bubus lupinum et -is medica et cytisum (*de animantibus lac praebentibus ut* PLIN. VAL. 3, 9 herbam titimallum caprae -ae solum manducare dabis [*Plin. med. 3, 19 non respondet*]. CIL VI 27262 nutrici -ae). LAMPR. Heliog. 27, 3 dulciarios et -os tales habuit, ut, quaecumque coqui de diversis edulibus exhibuissent . . ., illi modo de dulciis, modo de -is (*n. pro subst.*) exhiberent (*priore loco de hominibus cibos e lacte conficientibus ut* INSCR. RevA. VI 8, 1936 p. 288 n. 120 Quintus -us [*cf.* GLOSS. II 261, 11. III 307, 29 -us: *γαλακτοπώλης*. II 585, 30 lactis venditor], *altero de ipsis cibis ut* LAMPR. Heliog. 32, 4 alia *die* de dulciis, alia de opere -o *cenam struebat*). SCHOL. Verg. Veron. ecl. 7, 33 Asper: sinum est vas vinarium . . ., non, ut quidam, -um.

2 *in nominibus propriis*: PAVL. FEST. p. 118 -a columna in foro olitorio dicta, quod ibi infantes lacte alendos deferebant. PLIN. nat. 26, 62 tithymallum nostri herbam -am vocant, alii lactucam caprinam (GLOSS.^{L} II Philox. HE 5 h. -a: *τιθύμαλλον*). CASSIOD. var. 11, 10, 1 remedia -i montis . . . expetere.

1. lactātio, -ōnis *f.* *ab* 1. lactare. *i. q. actus lactandi, lactis praebendi vel accipiendi*: IREN. 4, 38, 1 (4, 62 H.) quasi infantibus ille *Christus*, qui erat panis . . . patris, lac nobis semetipsum praestavit, quod erat secundum hominem eius adventus, ut quasi a mamilla carnis eius enutriti et per talem -em assueti manducare et bibere verbum dei . . . possimus. Ps. RVFIN. in Os. 2, 14/17 p. 977^{D} (*cf. p. 855, 57*) quia nativitatem synagogae tempus Aegyptiacae liberationis appellat *propheta*, -o quoque cibum mannae videtur ostendere. CONC.^{S} I 2 p. 43, 10 *Christum infantem* -is consortem (*cf.* I 5 p. 49, 4 -is socium, *I 3 p. 25, 31* lactis nutrimenti socium, *gr. I 1, 1 p. 31, 32 γαλακτοτροφίας*).

2. lactātio, -ōnis *f.* *ab* 2. lactare. *i. q. actus illiciendi sim.*: SYMM. epist. 1, 3, 2 (*ad patrem*) haud aequum facis, *quod a me, quem doctiorem quam te esse putas, correctionem epistulae tuae petis,* neque me iuvat falsa -o (iac- *var. l.*).

[lactātīva *falso traditum esse* ORIBAS. eup. 2, 1 C 1 La p. 447 *pro* iac- *coni. Svennung, Wortstud. Oribas. 87 coll. voce q. e.* iactatorius *apud eundem exstante.*]

lactātus, -a, -um. *a* lac. *i. q. lacte compositus*: FEST. p. 194 memoriam *rerum humanarum mutabilium* . . . redintegrari . . . per . . . lactis . . . alimentum, quia per eos dies feriarum . . . -a potione utantur.

neutr. pro subst.: ISID. orig. 20, 3, 10 -um est potio e lacte.

lacte *v.* lac *p. 815, 11 sqq. 46 sqq.* **lacteārius** *v.* lactarius.

lactena malleum GLOSS. IV 533, 3 (= V 603, 36). *obscurum; cf. quae adnotat Goetz in Thes. gloss. s. v.*

lacteneus *v.* lactineus.

***lactēns,** -entis *adi.* *a* lac, *cf.* lactans. *abl. sg.* -i: PROP. 4, 2, 14 LIV. 27, 4, 11 ANTH. 941, 13. -e: OV. met. 13, 547 SEN. epist. 124, 11. *de notione*: CAPER gramm. VII 98, 1 (*inde* GLOSS.^{L} I Ansil. LA 192) -s qui lacte alitur, et lactans qui decipit, -s (*falso tradi vid. pro* lacteus) lacte abundans (*affert* LVCIL., FRG. inc. auct.). GLOSS. III 432, 54 -es *γαλαθην*[*ι*]*ά*. V 620, 52 -s: hic -s infans, qui lacte nutritur, haec -s mulier, quae lac praebet. *cf. infra l. 60 et de distinctione inter* -s *et* lactans *facta p. 848, 20 sqq.* *legitur inde a* CATONE, LVCIL., CIC. [*confunditur in codd. et versionibus sacrae scripturae c.* lactans *passim, v. sub illa voce.*]

i. q. ad lac pertinens, θηλάζων (*quae vox respondet, nisi aliud adnotatur. cf.* -em esse): **1** *proprie*: **a** *de animantibus*: **α** *de animalibus* (*ad res sacras aptis l. 23. 32. 38. 40.*): CATO agr. 141, 3 sq. (*e vetustis precationibus, ter*) suovitaurilibus -bus. CIC. leg. 2, 29 quibus hostiis immolandum quoique deo, quoi maioribus, quoi -bus (LIV. 22, 1, 15 partim maioribus h., partim -bus [lactant- *var. l.*]. PETRON. 133, 3 v. 15 fetus suis, hostia -s [lactans *var. l.*]. *v. etiam l. 38 sq.*). VARRO rust. 2, 4, 21 porcis -bus si scrofa lac non potest suppeditare (COLVM. 7, 9, 4. 13. *cf. l. 25 et* ARNOB. nat. 7, 18 porculis. MARCELL. med. 12, 56 porcelli [APIC. exc. 124]). OV. met. 2, 624 -is (*var. l.* lactant-) vituli. 6, 637 cervae -em (lactant- *recc.*) fetum. 13, 547 catulo -e (lactant- *recc.*) orbata leaena (*sim. de canum catulis*: PLIN. nat. 29, 58 [*var. l.* lactant-, *quam approb. Ernout*]. 30, 42. 88. PLIN. med. 2, 4, 2 [lactans *cod. vet.*]. *al.* MARCELL. med. 27, 132). Pont. 4, 8, 41 agna . . . tam -s quam gramine pasta Falisco victima Tarpeios inficit icta focos (*cf.* VVLG. I reg. 7, 9 *p. 848, 79*). CELS. 2, 18, 8 animal, si -s est. COLVM. 7, 5, 21 *ovibus*. PLIN. nat. 37, 46 adipe suis -is (*inde* SOL. 20, 12). *pro subst.* (*transiit in gr. λάκτεντον, v. Wessely, WSt. 24, 1902, 136*): VARRO rust. 2, 11, 5 solent sacrificari *divae Ruminae* lacte pro vino et [pro] -bus; mamma[e] enim rumis . . ., ut ante dicebant; a rumi etiam nunc dicuntur subrumi agni, lactantes a lacte (*de hostiis ut* LIV. 37, 3, 6 decemviri nocte -bus rem divinam fecerunt). **β** *de hominibus* (*deo l. 42*): CIC. Catil. 3, 19 *Romulum* parvum atque -em (lactant- *var. l.*) uberibus lupinis inhiantem (div. 2, 47. *cf.* 2, 85 *Iuppiter* -s . . . mammam adpetens). *pro subst.*: ITALA psalm. 8, 3 *v. p. 848, 46* (*in interpr. allegorica* OP. imperf. in Matth. 38 p. 843 -es . . . dicebantur, quoniam quasi lactis suavitate, ita mirabilium delectatione excitati clamabant [*affert psalm. 130, 2*] . . .; lac enim dicitur opus miraculorum, panis autem doctrina perfectae iustitiae [*affert I Cor. 3, 2*] . . .; omnis prima inductio fidei . . . lac dicitur *eqs.*). Ps. PHILO antiq. 2, 10 (*cf. gen. 4, 23*) viros corrupi . . . et -es de mamillis abstraxi. HIER. hom. Orig. in Luc. 10 p. 63, 7 parvulum atque -em (lactant- *dett.*). VVLG. I reg. 15, 3 *v. p. 848, 45*. VINCENT. LER. 23, 5 parva -ium membra, magna iuvenum. *al.* **γ** *de uberibus*: LIV. 27, 4, 11 (*inter prodigia*) agnum cum ubere -i natum (SER. SAMM. 345 ubera fecundo valde -ia [lactant- *var. l.*] suco). ANTH. 941, 13 *verno tempore* it Natura comes -i feta papilla.

b *de frugibus, herbis* (*cibis l. 69, suco l. 65*): LVCIL. 1198 -es ficos (OV. fast. 2, 263 [*corr. aliquot* lactans]. *cf.* SER. SAMM. 834 -s caprifici sucus). VERG. georg. 1, 315 frumenta in viridi stipula -ia turgent ([lactantia SERV., *qui explicat*: adhuc tenuia et lactis plena. *cf.* GLOSS. V 215, 1 -ia: quasi suco lacteo plena, dictum de segetibus]. *inde* Ps. CYPR. laud. mart. 7 -bus [*corr. Hartel,* lat- *codd. plerique*] stipulis . . . frumenta turgescunt). PROP. 4, 2, 14 coma -i spicea fruge tumet. OV. fast. 1, 351 sata vere novo . . . -ia (lactant- *var. l.*). SEN. epist. 124, 11 in herba *tritici* -e (NEMES. cyn. 291 aestas -es . . . urens herbas). PLIN. nat. 13, 44 suco pingui -bus *caryotis*. 20, 67 lactuca et amara -sque (-iens *codd., corr. edd. vet.*) . . . hoc lacte . . . utilissimum esse praecipitur *eqs. addas var. lect. p. 852, 39.* *de cibis* (*cf. p. 849, 13*): FRG. inc. auct. Caper gramm. VII 98, 2 (*cf. Marx ad Lucil. 1198*) -ia coagula cum melle bibi.

2 *in imag. et translate*: **a** *de partibus corporis albis, teneris*: CATVLL. 64, 65 non . . . strophio -is vincta papillas ([lactant- *Isid. orig. 13, 90*]. PETRON. 86, 5 implevi -bus papillis *pueri* manus). OV. fast. 6, 137 carpere dicuntur *strigae* -ia *infantium* viscera rostris (*cf. p. 849, 30*). **b** *de rebus novellis, quasi infantibus*: OV. met. 15, 201 *annus* tener ac -s puerique simillimus aevo vere novo. CHALC. comm. 208 (*sec. Aristot. frg. 54 Rose*) pueros etiamnum -is aetatis (HIER. in Ion. 4, 10 p. 1152^{B}. *cf.* in Gal. 4, 19 p. 385^{C} ut -em infantiam . . . usque ad plenam Christi perducat aetatem *sermo*). Ps. ATHAN. ad mon. p. 71^{B} haec *studia* . . . sunt prima quasi -ium cunabulorum in dei agnitione crepundia. AVG. lib. arb. 3, 206 -s atque a terrenis in caelestia sese attollere incipiens . . . intentio. in psalm. 104, 4 l. 2 infirmum amorem atque -em nutriens. APON. 1 p. 11 parvulae et -i ecclesiae.

deriv.: lacteo.

lacteo, -ēre. *a* lactens *retrograde formatum, cf.* 1. lacto *et* PRISC.

[Heine]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

gramm. II 398, 15 a lacta et lactor -o et lactesco. *in consuetudine vox fere vitabatur, cf.* lactentem esse *Cels. 2, 18, 8 Serm. RevBén. 72, 1962, p. 268, 29.* GLOSS. III 248, 28 *θηλάζω* lacto et aliquando -o. V 620, 50 lacto est lac praebeo vel decipio, -o est lac sugo. [*falsa var. lect.* -eat *pro* lactet (1. lacto *coniunctiv. praes.*) NICET. psalm. 5 p. 72, 7 B. *vix recte restituitur* PLIN. nat. 15, 53 (lactem, -en, -e *trad.*).]

1 *i. q. lac accipere, lacte nutriri*: ITALA deut. 32, 25 *p. 848, 43.* ?cant. 8, 1 *var. lect. p. 854, 76.* **2** *suco quasi lacte plenum esse*: PALLAD. 3, 26, 3 *porcis* praebenda sunt pabula glandis . . ., verno *tempore* magis, cum -ent (conlactent *cod. L, sc. antiquissimus*) novella virentia, quae porcis solent nocere. *inde audacius quam verius emendare sibi videntur edd. Colum. 7, 9, 9* utique vere *fabis sim. porci alendi sunt,* dum adhuc lantiunt viridia pabula *eqs. (SA et dett. aliquot,* lanciunt *codd. recc. plerique,* lactant *ed. princ.*, -ent *edd.; subesse vid. vox agriculturae propria, ita ut dubitanter conferamus p. 849, 9 sqq. 850, 56 sqq.*).

lamed *subst. indecl. littera alphabeti Hebraici*: HIER. epist. 28, 2, 2 sela, quod ex samech, -d, he scribitur. 30, 5 -d *interpretatur* 'disciplinae' sive 'cordis'. in Ier. 5, 27 p. 3 12, 3 -d litterae occurrit chaph. *B.*

lāmella, -ae *f. a* 1. lamina *deminutive.* *scribitur* -mm- ITALA *loco priore.* GLOSS. λάμνα -a. petalon -a. [*1) i. q. pars acuta cultri sim.: it.* (*dial. sept.*) mela, *it. vet.* mella; *a) francog. vet. et med.* lemele, lamelle, lumelle, *dial. wall., pic., norm., occ.; francoprov.; prov. vet.* lamela, *prov.* lamello *etc.; b) francog.* alemelle, alemiele, alumelle *etc., burg. vet.* alemale, *dial. wall., pic., norm., occ., centr., biturig., burg., camp., loth., comit.; francoprov.; prov. vet.* alamela. *2) i. q. placenta ovis confecta: francog. med.* alumelle; *terminatione mutata: francog.* al(l)umette, *inde* amelette, *dial. wall., pic., norm., occ., pict., loth.; francoprov.; inde* omelette, *dial. pic., occ., borbon., camp., comit.; francoprov.; delph., prov., alvern.; comit.* mulęt, *prov.* meleto, *langued.* muléto; *vasc.* moulete. *3) i. q. solea: francog.* semelle, *dial. wall., pic., norm., occ., burg., loth.; francoprov.; prov.* sümęlo, *lemov.* simela. *cf. M.-L. 4866. Battisti-Alessio IV 2415. Wartburg V 134 sqq. G.*]

i. q. (parva) lamina (*merae variationis causa ponitur iuxta* lamina *l. 36, cf. l. 10*): VITR. 7, 3, 9 speculum argenteum tenui -a ductum (*opp.* e solida temperatura . . . factum. *Cet. Fav. 22 p. 304* tenues lamminae). 7, 12, 1 eadem ratione *qua plumbeas massas* -as aereas conlocantes *in doliis* efficiunt aeruginem. FEST. p. 351 (*ex Ateio Cap.*) stellam, quae ex -a aerea adsimilis (-li *Lindsay dubitanter*) stellae locis inauguratis infigatur. PAVL. FEST. p. 307 subsilles dicebantur quaedam -ae sacrificiis necessariae. SEN. dial. 7, 21, 3 censorium crimen erat paucae argenti -ae (*cf. p. 906, 20 sqq.*). 10, 12, 2 qui Corinthia *vasa* . . . concinnat et maiorem dierum partem in aeruginosis -is consumit. BASS. gramm. VI 271, 27 loculus ille Archimedius, qui quattuordecim eboreas -as . . . habet (*Mar. Victorin. ibid. 100, 24* crustis). ITALA exod. 36, 23 (Lugd.) fecerunt duas -as aureas (*gr.* ἀσπιδίσκας *ut* 36, 25). PELAGON. 135 cassiterina -a aurem . . . pertundito. CHIRON 644 -am plumbeam . . . imponito et super cottidie fasciato, fasciolam et lamnam tollere nolito. *in arte magica* (*cf. p. 906, 77 sqq.*): PS. ORIG. in Iob 2 p. 505^{C} (*ad 2, 13*) tanquam religiosi dei cultores, non quaerentes neque . . . phylacteria neque -as *eqs.* (*infra*: aut in stanno aut plumbo scribunt). MARCELL. med. 8, 59 in -a aurea acu cuprea scribes . . . et dabis vel suspendes ex licio collo (21, 2 stagnea [21, 8]).

deriv.: lamellatus, lamellula.

lāmellātus, -a, -um. *a* lamella. *i. q. lamellis ornatus*: ITALA exod. 30, 4 (Lugd.) forfices -ae, uti tollatur *altare* in eis (*gr.* ψαλίδες *tantum. deest Vulg.*).

lāmellula, -ae *f. a* lamella *deminutive, cf.* nummuli, rauduscula, summula *sim. et Hofmann, Umgangsspr. 140.* *i. q. (parvus) nummus* (*cf. p. 906, 28 sq.*): PETRON. 57, 6 (*loq. libertus*) glebulas emi, -as paravi, viginti ventres pasco *eqs.*

lāmen, -inis *n. cf.* lamentum. *i. q. lamentatio*: PS. ASPER gramm. suppl. 42, 20 *inter nomina in* men *desinentia.*

***lāmentābilis,** -e. *a* lamentari. NOT. Tir. 106, 52. *inde a* CIC.

1 *i. q. lamenta continens*: CIC. leg. 2, 64 posteaquam, ut scribit Phalereus, sumptuosa fieri funera et -ia coepissent. Tusc. 2, 32 -i voce deplorans (CYPR. laps. 13 CLAVD. DON. Aen. 2, 300 p. 188, 25 HIER. in Is. 13, 18 sqq. *al.*). LIV. 3, 47, 6 comploratio. VAL. MAX. 9, 2, 1 quiritatus. SEN. Ag. 660 gemitu (HEGES. 1, 44, 8 [*gr. 1, 636* ὀλοφυρμοῦ]. PS. AVG. serm. ed. Mai 36, 2). STAT. silv. 5, 3, 1 carmen *funebre* (HIER. in Is. 5, 1. *al.*). APVL. met. 2, 27, 6 questus. HIL. in psalm. 125, 11 (*ad psalm. 125, 5* qui seminant in lacrimis) huius -is sationis. CLAVD. DON. Aen. 6, 425 p. 563, 7 sonus. *al.*

2 *i. q. lamentandus* (*c. supino l. 65*): VERG. Aen. 2, 4 regnum *Troianum* (SERV.: quasi dignum multa lamentatione. GLOSS. flebile, luctuosum, funestum). OV. met. 8, 262 tributum. SIL. 6, 78 -e visu. 6, 204 monstrum. STAT. Theb. 1, 68 conubium *Iocastae.* 11, 160 -e tantis urbibus . . . decus, *sc. insigne regium Polynicis.* ARNOB. nat. 5, 17 sorte (CASSIOD. in psalm. 1, 3). AMM. 30, 8, 8 post . . . -is rei publicae casus. DRAC. Orest. 3 -e votum coniugis Iliacae. ENNOD. opusc. 3, 122 p. 362, 22 iustitio. CE 614, 2 nomen. *al.*

adv. **lāmentābiliter.** *i. q. lamentabili modo*: CASSIOD. Ios. c. Ap. 2, 92 cum gemitu et lacrimis -r . . . narrasse. in psalm. 9, 29/30 l. 508 simplicium corda . . . nodo perversitatis -r alligantur. PS. ORIG. in Iob 3 p. 513^{D} conqueritur . . . miserabiliter atque -r.

compos.: e-, illamentabilis.

lāmentae, -ārum (*postea* lāmenta, -ae) *f. et* ***lāmenta,** -ōrum (*inde* lāmentum, -ī) *n.* [*vocem per* -mento- *derivatam putaveris; de* la- *parum constat, fort. cf. armen.* la-m '*fleo*' *sim. Sch.*] *corripitur (in carm. ab antiqua sane re metrica iam distantibus) prima syll.* ISID. (?) inscr. christ. Rossi II 292 adn. vers. 1. *de* CE 963, 12 *non constat. altera syll.* CE 513, 12, *ni fallimur.* *de formis: fem.*: PACVV. -as *et* ITALA -am *p. 902, 45.* *neutr. (cf. p. 904, 39): plur.* (-a *tantum*): CIRIS, SEN. *trag.*, LVCAN., PLIN. nat., SIL., STAT., TAC., GELL. *al.* *sing.*: ITALA, VVLG., PS. AVG. serm. 154, 7 BACHIAR. repar. laps. 10 p. 1046^{B} OP. imperf. in Matth. 3 p. 645 ALC. AVIT. carm. 4, 378. *al.* *forma ambigua* -is *inde a* CIC., LVCR. GLOSS. -um: θρῆνος. ὀδυρμός. planctum. *legitur inde a* PACVV., CIC., LVCR. [*falso tradi vid. pro* lomentum: SVLP. SEV. epist. 2, 13 -is spiritualibus emundetur *sponsa Christi. cf. p. 902, 51 sq.*]

i. q. lamentatio (*maxime funebris*), θρῆνος (*quae vox omnino respondet. plus valet quam* singultus *l. 28. distinguitur a* ploratus, fletus: OP. imperf. in Matth. 3 p. 645 quod ait 'ploratus', fletum parvulorum ostendit, quod autem dixit 'ululatus', matrum significat -um):
1 *lamentantur animantia* (*sc. homines; gallina l. 28*): PACVV. trag. 175 -as, fletus facere compendi licet. CIC. Pis. 89 in sordibus, -is luctuque iacuisti. Mil. 86 sine exsequiis, sine -is, sine laudationibus. leg. 2, 64 de -is *funebribus.* Tusc. 2, 48 si se -is muliebriter lacrimisque dedet ([dedecoret *var. l.*]. GREG. M. dial. 2, 8 p. 93, 6 M. sese in . . . -is dedit. 3, 33 p. 210, 17 in -um [-is *var. l.*]. 3, 38 p. 226, 12 in orationis -um [in orationem cum -is *var. l.*]). Cato 73 *Solon* (*frg. 21 B.* στοναχάς) se negat velle suam mortem dolore amicorum et -is vacare. LVCR. 5, 989 linquebant -is (*abl. miro*; labentis *Muret, alii alia*) lumina vitae. VERG. Aen. 4, 667 -is gemituque et femineo ululatu tecta fremunt *Didone mortua.* CIRIS 400 has . . . voces atque haec -a . . . questu volvebat inani. CE 963, 12 (*a. 12 a. Chr.; loq. mortua*) desiste -eis me exciere. LIV. 5, 39, 4 complorati . . . vivi mortuique . . . urbem -is impleverunt. 6, 3, 4 parcere -is (8, 7, 21). 25, 38, 8 vos . . . non -is lacrimisque tamquam exstinctos prosequi. SEN. Phaedr. 1276 Mopsopia claris tota -is sonet (*cf.* Tro. 1010 -is resonare. CVRT. 10, 5, 7 -is . . . personabat. LVCAN. 7, 706 prohibe -a sonare, flere veta populos. DRAC. Romul. 10, 524 -a sonant *chori*). Tro. 63. 862. PLIN. nat. 10, 155 anatum ovis subditis *gallinae* atque exclusis admiratio prima . . ., mox incerti singultus . . ., postremo -a *eqs.* SIL. 2, 252 -is vox mixta sonat. 2, 641 miserae -a senectae. 5, 422 tantis . . . umbris . . . digna quis -a ferat (STAT. silv. 5, 3, 264. *cf.* Theb. 9, 400 referunt -a sorores). STAT. Theb. 3, 122. 6, 50. 12, 793 *bello peracto* gaudent -a *viduarum* novaeque exsultant lacrimae (*cf. similem audaciam* ENNOD. epist. 3, 2, 2 nec quicquam delenificum -a sentire). silv. 2, 1, 6 fortia. 2, 6, 5 maesta. 3, 3, 135 -a dedisses . . . rogis. Ach. 1, 887 grandia. TAC. Agr. 29, 1 casum neque . . . ambitiose neque per -a . . . ac maerorem muliebriter tulit. 46, 1 muliebribus. Germ. 27, 1 hist. 4, 1, 3. 4, 45, 1 ann. 4, 51, 2. 15, 38, 4. 16, 3, 2. GELL. 6, 5, 7 luctu atque -is veris et spirantibus. 10, 18, 3 inter -a et manus uxoris . . . sepultus est. APVL. mund. 35 *civitatem* resonantem hymnis . . ., -is et ploratibus eiulantem (*Soph. Oed. 5* παιάνων τε καὶ στεναγμάτων). ITALA II par. 35, 25 (Complut.) lamentatus est Iheremias . . . et dixerunt . . . in lamentationibus (*sic etiam Vulg.*) et . . . scripta sunt in -is (*Vulg.* lamentationibus). Ezech. 19, 1 (cod. 176) accipe -um super principem ([*Vulg.* assume planctum]. 27, 32 [Tycon. reg. 4 p. 45, 29] accipient super te lamentationem . . ., -am Sor, *i. super Tyrum* [-um *var. l.; Vulg.* assument . . . carmen lugubre et plangent]. *al.*). I Macc. 1, 27 (recc. LB = VVLG. 1, 28) maritus sumpsit -um (*cf.* VVLG. Ier. 9, 10 assumam). CYPR. laps. 36 si veris poenitentiae -is et lacrimis ingemiscat (LEO M. epist. 164, 4 GREG. M. dial. 3, 37 p. 225, 5 M. in euang. 38, 14. *al.* *cf.* moral. 9, 57 supernae compunctionis). HIER. epist. 77, 4, 2 quae peccata fletus iste (*sc. Fabiolae*) non purget, quas . . . maculas haec -a non abluant? (*cf.* APON. 8 p. 169 *paenitentes* mundati . . . lachrymarum [*i. lacrimoso*] -o). *al.*

2 *lamentatur dies, quo cruci figebatur Christus*: PS. AVG. serm. 154, 7 dies refugo lumine, quo modo potest, sumit -um et fusco tristium tenebrarum habitu more lugentis induitur.

locutio in -um esse (*i. q. deplorari*): ITALA Ezech. 19, 14 (cod. 176; *Vulg.* erit in planctum).

deriv.: lamentarius, lamentor, 1. lamentus. *cf.* lamen.

lāmentārius, -a, -um. *a* lamentae *iocose fictum.* *i. q. lamenta commovens*: PLAVT. Capt. 96 est captus . . . Philopolemus, huius Hegionis filius senis, qui hic habitat, quae aedes -ae mihi sunt, quas quotienscumque conspicio, fleo.

***lāmentātio,** -ōnis *f. a* lamentari. *de notione*: CIC. *l. 80.* SYNON. Cic. p. 426, 6 fletus. comploratus. lacrimae. -o *eqs.* GLOSS. θρῆνος. ὀδυρμός. *legitur in poesi singulis locis ap.* PLAVT. *et* SEN. *trag., in prosa inde a* CIC.

i. q. lamentae (*maxime funebres*), θρῆνος (*quae vox fere respondet. minus valet quam* luctus: MVTIAN. Chrysost. hom. 23, 3 p. 381/2 neque lacrimis dignus, sed -bus [*gr.* ὀδυρμοῖς], magis autem luctu. *simul condicio animi lamentantis intellegi vid. l. 80*): 1 *lamentantur homines, dei*: PLAVT. Merc. 870 non amittunt hi me comites . . . aegritudo, lacrumae, -o. CIC. inv. 2, 78 cum gemitu et -e. Verr. II 4, 47 fletus mulierum, . . . -es. 4, 76 Font. 47 Catil. 4, 12. Mur. 86 *ne* gratulationem nova -e obruatis. 89. p. red. in sen. 17 -o et gemitus urbis. de orat. 2, 327 (*de narratione Ter. Andr. 121 sqq., ubi* lamentari). orat. 131 (*de commiseratione oratoris*) plangore et -e compleremus forum (TAC. ann. 12, 47, 4 cuncta. *cf.* PETRON. 72, 1 implevit). leg. 2, 59 (*e Lege XII tab. 10*) funebris (2, 65 quo -o minueretur). Tusc. 1, 30 lugubris. 4, 16 subiciuntur . . . aegritudini . . . angor . . . -o *eqs.* (*cf.* 4, 18 -o: aegritudo cum eiulatu). nat. deor. 1, 42 querellas, -es *deorum a poetis fictas.* ad Q. fr. 1, 3, 4 congressus nostri (*concise pro* '*in congressu nostro ortam*') -em pertimui. LIV. 25, 37, 10 neque sedari -o poterat. 37, 7, 4 complorantes inutili -e fortunam (*adde p. 903, 13 et cf.* CYPR. epist. 56, 2

[Hübner]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cum ... paenitentiae -e planxerunt [Hier. hom. Orig. in Ezech. 13 p. 444, 27 Svlp. Sev. dial. 3, 12, 2 Salv. gub. 7, 76]). Sen. contr. 1, 5, 1 matris spes suas deplorantis. Val. Max. 2, 6, 7 sine -e, sine planctu. 4, 1, 12. 4, 7, 4. 6, 2, 6 miserabili. 7, 2 ext. 1. Sen. Phaedr. 852 maesta. *al.* Tac. ann. 3, 23, 1 flebili (Ivst. 18, 6, 5). 15, 68, 1 -es suas etiam in testamentum contulit. Apvl. met. 4, 25, 4 licentiosas. 5, 5, 3 si quas -es acceperis (*i. audiveris. aliter* Itala *p. 902, 45. cf.* Apvl. Plat. 2, 22 suscipi). Itala *p. 902, 42 sq.* Heges. 5, 44, 2 patriae (*gen. obi. ut infra l. 19*). Vvlg. threni (*tit.*) id est lamentationes Ieremiae. *al. in interpr. nom. hebr.* Cain (*sc.* qînā): Hier. nom. hebr. p. 4, 2. 26, 6 Isid. orig. 7, 6, 7.

2 *lamentantur animalia* (*excusatur usus adiecta voce q. e.* quidam): Plin. nat. 8, 21 *elephanti* supplicavere quadam sese -e complorantes. Svlp. Sev. dial. 1, 15, 4 *leaena* cum fletu quodam ac -e procumbens indicabat gementis pariter et rogantis affectum.

-em lamentare *v. p. 904, 15.*

lāmentātor, -ōris *m.* *a* lamentari. *i. qui lamentatur* (Gloss. θρηνητής): Chrysost. repar. laps. p. 391[a] si, cum -es corporum mortisque communis tam dure ... hoc faciant, nos nihil tale pro animae lamentatione faciamus (*gr. Migne 47, 281* τοὺς ... πενθοῦντας). CE 526, 14 qui ... tumulo locavit membra dilecti pignoris, -r aetatis adultae.

f. **lāmentātrīx,** -īcis. *i. q. praefica*: Vvlg. Ier. 9, 17 vocate -es ..., assumant super nos ... lamentum (*cf. ad l.* Hier. in Ier. 2, 79, 2 quae solent in luctu voce flebili et lacertos manibus verberantes ad lacrimas populum provocare). Mvtian. Chrysost. hom. 4, 5 p. 267/8 si ... aliqui -es istas conduxerint ..., per multum tempus eum ab ecclesia vetabo (*gr.* τὰς θρηνούσας). Gloss. V 324, 65 profica (*i.* praef-): mulier -x ante feretrum.

lāmentātus, -ūs *m.* *a* lamentari. *cf.* 1. lamentus. *i. q. lamentatio*: Rvstic. Conc.[S] I 4 p. 148, 7 ut non ultra -us et mugitus pro votis offerantur ac psalmis (*ibid. p. 148, 2* Ieremiae lamentationibus).

***lāmentor,** -ātus sum, -ārī (-arier *l. 78*) *et* lāmento, -āvī, -āre. *a* lamentae. *corripitur prima syll.* Verec. satisf. 102. *formae deponentiales vi passiva l. 73. 84. p. 904, 10. activae* (*cf.* Char. gramm. p. 473, 14 B. -o. Diom. gramm. I 364, 21 -o, -avi. *formae depon. saepe sunt var. lect. in codd.; scriptorum variationes v. infra*): Itala (*iuxta formas depon.*) iud. 11, 40 (Lugd.). Matth. 11, 17 (cod. d). 24, 30 *infra l. 80.* Luc. 7, 32 (cod. e *al.*). 23, 27 (cod. e). Rom. 12, 15 (Vict. Vit. 3, 64). Itin. Burdig. p. 591, 7 Rvfin. Greg. Naz. orat. (*iuxta formas depon.*) 1, 88 Hil. Arel. vita Honorat. 8 Petr. Chrys. serm. 111 p. 505[B] Evseb. Emes. serm. 24, 35. 26, 8 Cassiod. (*iuxta formas depon.*) Ios. antiq. 5, 265 Iord. Get. 172 Greg. Tvr. Franc. 6, 35. *al.* Ven. Fort. vita Germ. 29, 84. 34, 99. Orig. in Matth. ser. 48. *al. metro firmatur* Ven. Fort. carm. app. 1, 19. Not. Tir. 106, 5 -at. *de notione*: Isid. diff. 1, 227 -ari est cum aliquibus dictis miserabilibus flere (*distinguuntur* flere, plorare, plangere, maerere, lugere). Gloss. θρηνῶ. -atur: flet, lacrimat. *legitur inde a* Plavto, Enn., Ter. (*deest ap. Verg., Ov.*). [*it.* lamentare, *langob. et venet. vet.* laimentar, *langob. alp.* lümentá, *pedem.* lumantę; *raet. occ. vet.* almanter, *raet. occ.* lamentar, z'almanter; *francog.* lamenter, *dial. wall., occ., comit.; francoprov.* lamęntá; *cat.* llamentar; *hisp., port.* lamentar. *cf. M.-L. 4867. Battisti-Alessio III 2155. Wartburg V 139 sq. Corominas III 20. Machado II 1293. G.*]

i. q. plorare, deplorare sim. (*plus valere vid. quam* conqueri *p. 904, 5*): **1** *absolute*: **a** *varia exempla*: Plavt. Bacch. 932 libet -ari ...: 'o Troia *eqs.*' Merc. 218 quid ego hic in -ando pereo? 502 quod rideas magis est quam ut -ere. Mil. 6 hanc machaeram mihi consolari volo *strenue agendo*, ne -etur (*in imag. -antur res ut* Cic. de orat. 1, 245 lapides ... flere ac -ari coegisses, *Crasse*). 1031 -ari ait illam, miseram cruciari et lacrimantem se adflictare. Enn. ann. 204 quid ego hic ex animo -or? Ter. Andr. 121 Tvrpil. com. 115. Gracch. or. frg. Cic. de orat. 3, 214 matrem ... -antem ... et abiectam. Varro At. carm. frg. 7. Ser. Clod. frg. Varro ling. 7, 70 *de praeficis*. Rhet. Her. 4, 52, 65 Cic. Phil. 12, 2. Tusc. 2, 27 -antes inducunt *poetae* fortissimos viros. 2, 31 gemere, eiulare, -ari *eqs.* (Gell. 12, 5, 9 *in serm. Tauri*). 2, 49 flebiliter Vlixes -atur in vulnere. 2, 65 Cimbri ... in proeliis exsultant, -antur in morbo (*sim.* Val. Max. 2, 6, 11). 3, 66. 3, 83 lugere, maerere ..., -ari, dolere *eqs.* Att. 8, 11, 1. Liv. 22, 55, 3 clamor -antium mulierum. Val. Max. 5, 7 ext. 1 iacebat ... moribundo similis, -bantur necessarii. 8, 11 ext. 6 Sen. dial. 2, 6, 7. 12 (11), 1, 2. Stat. Theb. 12, 224 -ta (*i. postquam ploraverunt*) resultant Dindyma (*utpote gallorum locus, cf. Val. Fl. 3, 20* D. ... bacchata). Tac. ann. 1, 40, 4. 3, 3, 1. *al.* **b** *impers. pass.*: Apvl. met. 4, 33, 3 maeretur, fletur, -atur. Rvfin. Orig. in num. 23, 2 p. 213, 20 certum est, quod, ubi pro bonis gaudia aguntur, ibi pro contrariis -etur.

2 *quis, quid deploretur, indicatur per*: **a** *acc.*: **α** *extern.* (*pass.: gerundiv. l. 84 sqq., part. perf. p. 904, 10 sqq.*): Plavt. Persa 742 -arier minas *perditas* ... (744) te faciam ..., etiam ipsum ut -eris (*reflexive ut*: Itala Matth. 24, 30 [cod. h *et* Cypr. Fort. 11 p. 336, 20] -bunt se omnes [Aug. in psalm. 55, 6 -buntur se, *gr.* κόψονται]. Ps. Cypr. mont. 8 Itin. Burdig. p. 591, 6 Iord. Get. 172. *cf.* Orig. in Matth. ser. 48 p. 100, 13 plangent se et -bunt). Pseud. 313 cum argentata accedito querimonia, nam istuc, quod nunc -are, non esse argentum tibi, apud novercam querere. Truc. 731 Thetis ... -ando pausam fecit filio (*gerundiv. ut*: Cic. Catil. 4, 4 Pavl. Fest. p. 223 Fronto p. 221, 21 v. d. H. [p. 233 N.]. Cypr. epist. 59, 18 p. 689, 8 laps. 4 Ps. Alex. c. Dind. coll. p. 184 Hil. in psalm. 59, 2 Orig. in Matth. ser. 43 p. 88, 8). Ter. Phorm. 268 mortuam. Pacvv. trag. 268 conqueri fortunam adversam, non -ari decet. Lvcr. 3, 952 obitum. Cic. Tusc. 1, 75 vita mors est, quam -ari possem, si liberet. :: satis tu quidem in Consolatione es -tus. 5, 112 caecitatem. Cvlex 132 perfidiam. Val. Max. 3, 1 ext. 1 viderint Athenae, utrum Alcibiadem -entur an glorientur. 5, 4, 1 exitium imminens. Cvrt. 3, 12, 7 falso -ari eas *mulieres* vivum *Dareum*. Sil. 13, 712 quam sunt tua fata ... -ta diu (*pass. ut*: Itala psalm. 77, 63 [Veron. *al.* = Vvlg.] virgines ... non sunt -tae [*gr.* ἐπενθήθησαν, *Hier. psalt. sec. Hebr.* v. ... nemo luxit]. *vim activam intellegunt* Avg. in psalm. *l. c.* Cassiod. in psalm. *l. c.*). Tac. ann. 4, 62, 3. *al.* **β** *intern.* (*vix huc p. 903, 60*): Hier. hom. Orig. in Ezech. 13, 2 p. 443, 12 flens et -ans lamentationem istam super Ierusalem (*Vulg. praef. thren.* planxit lamentatione hac in I.). Mvtian. Chrysost. hom. 23, 3 p. 381/2 nihil dignum -buntur (*gr.* κατ' ἀξίαν).

b *acc. c. inf.* (*cf. p. 903, 83*): Hor. epist. 2, 1, 224 -amur non adparere labores nostros. Sil. 13, 869 Tac. ann. 1, 28, 2. 1, 65, 7 Cypr. unit. eccl. 19.

c quod *c. coni.*: Vict. Vict. 2, 18 ob hoc ... q.

d *per praepos.*: Itala II par. 35, 25 (Complut.) super Yosiam (*gr.* ἐπὶ Ἰωσίαν. Greg. Tvr. Franc. 9, 27 Caes. Arel. serm. 66, 1). Rvfin. (*p. 903, 75*) pro. Conc.[S] I 5 p. 316, 14 in illis ... -tus sum (*gr. Migne 83, 1268[D]* ἐκείνους ... ἐθρήνησα. *aliter p. 903, 66 sq.*).

in allitteratione c. lugere (*cf. p. 903, 67*): Avg. civ. 22, 8 p. 576, 28 D. *c.* lamentatio: *l. 15.*

deriv.: lamentabilis, lamentatio, lamentator (-trix), lamentatus.

compos.: delamentor, illamentatus.

lāmentum *v.* lamentae. [**lāmentuōsus** *cod. N* Evgipp. Sev. 12, 5 *pro* luctuosus *ceterorum codd.*]

*?***1. lāmentus,** -ūs *m.* *a* lamentae, *cf.* fletus *sim.* *i. q. lamentatio*: Ps. Avg. serm. ed. Caillau 2 app. 87, 2 vindica matrum labores ..., fletus, -us et ululatus (*sic codd.*, lamenta *edd. et Migne suppl. 2, 1101, hic sine nota*). *Hübner.*

*?***2. lamentus,** -ī *m.* *obscurum, nisi e voce quadam hebr. (cf.* lamăd *'pungere, instigare' sec. Gesenium) deformatum.* Gloss.[L] IV Plac. L 1 lamenta dicimus genere neutro, numero semper plurali, -us ('= -tos' *Götz*) autem genere masculino dicunt Iudaei et eorum filii cimices, non lecti genialis, sed s[c]andapilae amphitheatralis (*vulgo vix recte interpungitur non post, sed ante* cimices). *B.*

lamia (Lamia), -ae *f.* *gr.* λάμια. *derivatur a* 1. lama: Porph. (*v. ibi*), *item* Mythogr. 1, 168. *a* laniando: Isid. orig. 8, 11, 102 quas fabulae tradunt infantes corripere ac laniare solitas, a l. specialiter dictas. *scribitur* -ina: Evcher., *cf. l. 72.* [*tusc.* (*Lucca*) lammia, *it. vet., cors.* lamia, *march.* lambia, *sic.* lamia (*inde sard. mer.*); *francog.* (l)amie; *prov.* (a)lami, lamea, *langued.* lamio, -e, -a; *port.* lâmia. (*inde basc.* lamina). *cf. M.-L. 4868. Battisti-Alessio III 2155. Wagner II 6. Wartburg V 140. Machado II 1293. G.*]

1 *nomen monstri* (Gloss. genus monstri seu ales velox. simile pardo. *sim. al.*): **a** *strictius*: Lvcil. 484 terriculas, -as, Fauni quas Pompiliique instituere Numae, tremit has *eqs.* Varro frg. Lact. inst. 1, 6, 8 *Sibyllam* Libyssam, cuius meminerit Euripides in -ae prologo (*i. quem -a locuta est in fabula ignoti nominis, v. frg. 922 N.[2]; fortasse huc spectat l. 68*). Hor. ars 340 ne quodcumque volet poscat sibi fabula credi neu pransae -ae vivum puerum extrahat alvo. Tert. adv. Val. 3 p. 180, 6 se ... a nutricula audisse -ae turres et pectines Solis. Porph. Hor. epist. 1, 13, 10 devoratrices puerorum. Prob. app. gramm. IV 202, 34 '-a' ... animal esse demonstrat. Vvlg. Is. 34, 14 ibi cubavit -a (*hebr.* lîlît. Evcher. instr. 2 p. 155, 25 genus monstri. *allegorice* Greg. M. moral. 3, 53 p. 707[C] hypocritae ... designantur, -a etenim humanam habere dicitur faciem, sed corpus bestiale). thren. 4, 3 -ae nudaverunt mammam, lactaverunt catulos suos (*aliter hebr.* tăn *'thoes'. sententiam explicat allegorice* Greg. M. moral. 19, 27 p. 116[A] haereticos appellat, humanam quidem faciem, sed belluina per impietatem corda gestantes). Consent. gramm. V 344, 4 (*e Varrone*) -am feminino genere, quia hoc maleficium feminarum proprie dicitur. Conc. S. Patric. ca. a. 450 Mansi 6, 517[A] christianus, qui crediderit esse -am in speculo, quae interpretatur striga, anathematizandus. Mart. Brac. corr. 8 in mari quidem Neptunum appellant *pagani*, in fluminibus -as (lanias, laminas *var. ll.*), in fontibus Nymphas, in silvis Dianas, quae omnia maligni daemones et spiritus nequam sunt. Schol. Hor. gloss. Γ carm. 4, 4, 64 est ... iuxta Thebas (*sc. Echionias*) desertum omnibus monstris plenum, sunt enim ibi ... -ae *eqs.* CIL VII 507 -is tribus *ara dedicata est.* **b** *latius de feminis malevolis* (*v. etiam l. 62. 66*): Apvl. met. 1, 17, 5 odore ... spurcissimi humoris percussus, quo me -ae illae infecerant. 5, 11, 5 (*de sororibus Psyches*) pessimae illae -ae noxiis animis armatae.

2 *nomen piscis* (*ad rem v. Saint-Denis, Vocab. des animaux marins 53; vix huc spectat* Prob. *l. 60*): Plin. nat. 9, 78 planorum piscium ... genus, quod pro spina cartilaginem habet, ut ... torpedo et quos bovis, -ae, aquilae, ranae nominibus Graeci appellant (*Aristot. hist. anim. 5, 4 p. 540 b 18*).

[Hübner]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

v. Onom. *cf.* lamium.

1. ˢ**lām(i)na** *et* **lammina** *et* **lanna,** -ae *f.* [*orig. inc. Sch.*] *scribitur:* -min-: CIL XI 1184. *firmare vid.* PROB. app. gram. IV 202, 33 inter -am et lamiam hoc interest *eqs.; exstat saepe in codd., v. etiam derivata.* -mmin-: INSCR. christ. Diehl 1813 (*a. 533/34*). *in codd. vet.* VERG. (*AMPR*), LIV. (*V*), FRONTONIS, PRVD. (*A*), *hic illic in codd. rec.* -mn-: ITALA Monac., Wirc., Lugd., *ceterum saepe in codd. rec. var. l. iuxta* -min-; *metro firmatur ap.* HOR., SEN., VAL. FL., MART. *v. etiam l. 15.* -nn- (*vulgariter, ni fallimur*): *infra in cap. IIA* (PS. APVL. *primo loco*) *et IIB* (ARNOB., CHAR., SERV. auct., GLOSS.). *de notione:* DON. Ter. Eun. 427, 2 *λεπίς*, id est -a (GLOSS.). GLOSS. *ἔλασμα χρυσοῦ ἢ ἄλλης ὕλης. πέταλον. alia v. infra.* *legitur inde a* PLAVTO (*infra l. 75*), CATONE, CIC. *transit in gr. λᾶμνα* (*inde ab Edict. imp. Diocl. III/IV 30, 5*), *cf. λαμνίον.* [*1*) *a* lamina: *langob.* (*Comum*) lamna, *ligur.* lamma, *it. vet.* lama; *sard. centr. et mer.* lám(m)a; *franco.* lame, *notionibus variis, item in dialectis* (*inde prov.* lamo); *port. sept.* lamia. (*inde cambr.* llafn, *breton.* lavnenn). *2) a* lamna: *calabr., sic.* lanna, landa (*?*); *hisp.* laña (*?*). *cf. M.-L. 4869. Battisti-Alessio III 2156. Wagner II 6sq. 48. Wartburg V 140sqq. Corominas III 30sq. Machado II 1293. G.*] [*falsa var. l. pro* labina *in altera versione loci p. 774, 33 citati, sc. Migne 57, 925B.*]

i. q. brattea, pars materiae tenuis: **I** *e metallis* (*cf.* HIER. epist. 64, 15, 3 auri -ae, id est bratteae; *sing. collectivus l. 32*):
A *vario usu:* CATO agr. 21, 2 (*de trapeto faciendo*) foramina ubi feceris, -is circumplectito; replicato ... -as ...; utrimque secus -as sub -as pollulas minutas supponito *eqs.* CIC. leg. 2, 58 cum -a esset inventa et in ea scriptum -a 'honoris'. CAES. civ. 2, 10, 3 (*de musculo faciendo*) *tigna* -is clavisque religant (*cf.* VITR. 10, 6, 3 conligantur. 10, 10, 3 configantur. PROB. Verg. ecl. 6, 42 *Iuppiter Prometheum* -is patibulo adfixit). OV. met. 9, 170 cruor gelido ceu quondam -a candens tincta lacu stridit. 11, 124 -a fulva dapes *Midae* admoto dente premebat (*sc. inauratas, cf.* SEN. Ag. 855 *Ladon* audivit sonitum crepitante -a *pomorum ab Hercule raptorum*). LIV. 23, 19, 18 cum titulo -ae aeneae inscripto. 41, 20, 9 templum non laqueatum auro tantum, sed parietibus totis -a inauratum. VITR. 5, 3, 8 organa aeneis -is aut corneis *ἠχείοις* (*edd.*, haeaesic *trad.*) ... perficiuntur. 7, 9, 5 ferrea -a sumatur, eo minium imponatur, ad ignem conlocetur, donec -a candescat *eqs.* (*eadem probatio* PLIN. nat. 33, 121). 8, 6, 4 e latitudine ... -arum, quot digitos habuerint, antequam in rotunditatem flectantur, magnitudinum ita nomina concipiunt fistulae; namque quae -a fuerit digitorum L, cum fistula perficietur ex ea -a, vocabitur quinquagenaria (*eadem mensura* PLIN. nat. 31, 58 FRONTIN. aq. 25). 10, 4, 1 capitibus *axis* -a ferratis. 10, 14, 1 axes conclusi -is ferreis. 10, 15, 2 -is ... ferreis ex frigido ductis. 10, 15, 4. 6. CVRT. 8, 5, 4 scutis argenteas -as ... addidit. COLVM. 6, 11 -a candente sebum ... instillatur. PETRON. 32, 4 eboreo circulo -a splendente conexo. PLIN. nat. 14, 130 *vini noxii* experimentum est -ae plumbeae mutatus in eo colos. 21, 5 e -a tenui aerea inaurata aut inargentata dabantur *corollaria.* 33, 94 alumen -is *pro glutine est.* 33, 128 -as duci ⟨in⟩ speciem vitri (fieri *trad.*) non nisi ex optimo *argento* posse. 33, 152 cum ... baltea *militum* -is crepitent. 34, 94 *aes* tenuatur in -as (*inde* ISID. orig. 16, 20, 5). 34, 164 nigro plumbo ad fistulas -asque utimur. 34, 170 *plumbum* uritur ... in patinis per -as minutas. 37, 53 *lyncurium lapis attrahit* aeris etiam ac ferri -as (*Theophr. lap. 28 χαλκὸν καὶ σίδηρον, ἐὰν ᾖ λεπτός*). 37, 200 *probatur lapidis fragmentum,* quod in -a ferrea uratur (teratur, moratur *var. ll.*). MART. 9, 22, 6 ut ... crepet in nostris aurea -a toris (*cf.* SVET. Cal. 32, 2 ob detractam lectis argenteam -am). FRONTO p. 150, 12 v. d. H. (p. 157 N.) -ae ... argentiolae cloacis inveniuntur. APVL. met. 11, 4, 2 (*de sistro*) aereum crepitaculum, cuius per angustam -am in modum baltei recurvatam traiectae ... virgulae ... reddebant ... sonorem. TERT. anim. 37, 6 in -am massa *auri vel argenti* laxatur. ITALA cant. 8, 9 (Epiphan. in cant. p. 92) si murus est *soror nostra,* aedificemus super illam -as argenteas (*gr. ἐπάλξεις, Vulg.* propugnacula. *cf. Epiphan. l. c.* ac si diceret: ... apostolos superaedificemus ei, quos propter splendorem eorum et munditiam sic vocavit). SCHOL. Cic. *v. vol. II 1599, 10.* CET. FAV. *v. s.* lamella. ANON. Vales. *v. s.* interrasilis. SIDON. carm. 2, 136 arta terebat -a cervicem (*sc. -a cassidis ut* epist. 3, 3, 5 flexilium -arum vincla). *al.* *in comparationibus et imag.:* QVINT. inst. 2, 4, 7 *indolis puerorum* aliquid velut usu ipso deteretur, sit modo, unde excidi possit ..., erit autem, si non ab initio tenuem nimium -am duxerimus et quam caelatura altior rumpat. GELL. 1, 3, 25 quod utile amico est, id prae illo, quod honestum nobis est, fit plenius, sicuti est magnum pondus aeris parva -a auri pretiosius. VVLG. Iob 40, 13 cartilago illius *Behemoth* quasi -ae ferreae (*Hier. interpr. Iob 40, 18* spina eius ferrum est fusile). *v. etiam l. 63.*

B *speciatim:* **1** *de tormento fervido* (GLOSS.L V Abba FI 17 fidicula: genus tormentorum sicut -ae): PLAVT. Asin. 548 stimulos, -as crucesque *eqs.* CIC. Verr. II 5, 163 ignes ardentesque -ae ceterique cruciatus. LVCR. 3, 1017 verbera, carnifices, robur, pix, -a, taedae. HOR. epist. 1, 15, 36 ventres -a candente ... urendos. PROP. 4, 7, 35 Lygdamus *veneficus* uratur, candescat -a vernae. SEN. contr. 2, 5, 6 verbera, -ae, eculeus. VAL. MAX. 3, 3 ext. 5. 6, 8, 1 SEN. epist. 78, 19 PS. QVINT. decl. 9, 6. 18, 11. 19, 15 PS. CYPR. laud. mort. 15 AMBR. in psalm. 118 serm. 12, 30 HIER. vita Pauli 3 in Tit. 2, 15 p. 590A. RVFIN. hist. 5, 1, 21 (*gr. λεπίδας*). 5, 2, 2. 8, 3, 1. 8, 14, 3 (*gr. σίδηρον*). PRVD. perist. 5, 62. 207. 10, 486. 760. *al.*

2 *de squamis loricae* (*cf.* SERV. Aen. 11, 770 'quem pellis aenis in plumam squamis ... tegebat': ... 'aeneas squamas' aereas -as intellegimus [*affertur* SALL. *l. c.*]. auct.: ubi -a in -am se indit): SALL. hist. frg. 4, 65 equis *cataphractorum* paria operimenta erant *atque equitibus,* namque linteo ferreas -as in modum plumae adnexuerant (AMM. 24, 4, 15 hostem undique -is ferreis in m. tenuis p. contectum). CVRT. 3, 11, 15 equi pariter equitesque Persarum serie -arum graves (4, 9, 3 tegumenta erant ex ferreis -is s. inter se conexis). TAC. hist. 1, 79, 3 tegimen ferreis -is ... consertum. ann. 3, 46, 3 paulum morae attulere ferrati restantibus -is adversum pila et gladios. AMM. 16, 10, 8 -arum circuli tenues. 24, 2, 10 -ae singulis membrorum lineamentis ... aptatae. 24, 6, 8. 25, 1, 12 (*suppletur*). CLAVD. 5, 358 coniuncta per artem **flexilis inductis animatur -a membris.** ALC. AVIT. **carm. 5, 510 hi loricarum** *e catenis confectarum* vasto sub tegmine gaudent ..., ast aliis tenui concurrens -a ferro ... horrentes habitus ... fecerat. *in imag.:* VICTRIC. 27 non loricae squamis, sed temperantiae et pudicitiae -is (luminis *cod.*) pectora muniamus.

3 *de laterculis auri, argenti pecuniae vice usurpatis* (*cf.* VLP. dig. 34, 2, 27, 6 argentum factum *est* ..., quod neque in massa neque in -a neque in signato ... insit): HOR. carm. 2, 2, 2 nullus argento color est avaris abdito terris, inimice -ae Crispe ..., nisi temperato splendeat usu (PORPH.: -am pro rudi et infabricata materia [argenti *inseruit* SCHOL.] posuit). OV. fast. 1, 208 *aevo prisco* levis argenti -a crimen erat (*an ad IA ?*). SEN. benef. 7, 10, 1 volo tuas opes recognoscere, -as utriusque materiae, ad quam cupiditas nostra caligat. *inde vulgariter de ipsis nummis:* PETRON. 57, 4 numquid pater fetum emit -a? (*cf. 57, 6* lamellulas) 58, 8 ego et tu sponsiunculam; exi, defero -am.

4 *de partibus oblongis, acutis:* **a** *serrarum* (*cf.* ISID. orig. 19, 19, 9 *Daedali nepos* spinam piscis imitatus e ferro -am exasperans dentium mordacitate armavit, quam serram artifices nuncupant. GLOSS. V 306, 28 -a: fasciola cuiuslibet metalli, quomodo serrae): VERG. georg. 1, 143 argutae -a serrae. SEN. benef. 4, 6, 2 ingens tibi domicilium ... struxit *deus,* in quo vides non tenues crustas et ipsa, qua secantur, -a graciliores, sed integras lapidis pretiosissimi moles. VAL. FL. 1, 123 pinus gracili dissolvere -a. POTAM. tract. 2 p. 1415B si ... ipsa -a insontis viri *Isaiae* per iugerum (*dub., v. p. 627, 76*) sulcaret *barbaries Iudaeorum* (*de eiusdem martyrio* p. 1416A cum ... serra ... sulcos dentium duceret, labebatur, credo, -a, dum dentes infigit. *cf.* SVLP. SEV. epist. 2, 10 quodsi Esaianum illud supplicium persecutori forte placuisset, numquam ... serris et -is desecari membra timuisset *Martinus*). ISID. orig. 16, 4, 20 batrachites ... -is scissibilis (laminose s., laminosae aescis similis *var. ll.*; laminosus, s. *Arevalus*). **b** *gladiorum, cultrorum sim.:* OV. met. 5, 173 ensem fregit *Echemmon* et (in *var. l.*) extrema percussae parte columnae -a dissiluit (*i. desiluit, usu vol. V 1, 1471, 10sqq. illustrato*) dominique in gutture fixa est (*aliter* 12, 488 fracta ... d. *i. dissipata est* ... -a). COLVM. 6, 17, 6 ignea -a conlectionem resecare ([*inde* PELAGON. 279. *cf. Hippiatr. gr. I 316, 13 σμιλίῳ*]. 6, 34, 1 suppuratio melius i. -a quam frigido ferramento resecatur. *cf.* HIER. hom. Orig. in Ezech. 5 p. 371, 27 candentem sive novaculae -am sive quodcumque acutissimi ferri genus adhibent *medici*). SERV. auct. Aen. 9, 503 Lycaon Arcas gladium longiore -a produxisse narratur. PS. ORIG. tract. 4 p. 39, 10 circumcisionem cordis ... non ferri -a in aciem attrita ... praestabit ..., sed fides ... omni -ae tenuitate subtilior. CYPR. GALL. num. 161 acuti -a ferri caesariem *Levitarum* comit (*Vulg. 8, 7* radant *tantum*). iud. 688 nec -a capillos ⟨ferrato⟩ mucrone secat. SIDON. epist. 8, 9, 5 vers. 25 non contenta suos tenere morsus altat (artat *Mommsen*) -a marginem comarum. ENNOD. epist. 1, 15, 2 non aequa ad secandum virtus est politae -ae et eius, quam robigo possederit. *in imag.:* ENNOD. opusc. 2, 121 p. 324, 20 (*de errore corrigendo*) rescindenda ... -is secreta morborum. 3, 176 p. 377, 5 quantum acutior fuit verborum quam ferri -a ...: expugnavit sermo, cui se gladii subduxerunt (*de Epiphanio episcopo ut* carm. 1, 9, 133 armatum precibus superasti ... regem; sic pugnax gladios obtundit verbere lingua, sic ferrum expugnat verborum -a fortis).

5 *de instrumentis medicorum* (*v. etiam l. 48sqq.*): CELS. 7, 5, 3A evellendum est *telum* ... genere quodam ferramenti, quod Diocleum cyathiscum Graeci vocant ...; -a vel ferrea vel etiam aenea *eqs.* 8, 3, 8 *in descriptione meningophylacis:* -a aenea est, firma, prima paulum resima, ab exteriore parte levis. PLIN. nat. 34, 166 in medicina per se plumbi usus cicatrices reprimere adalligatisque lumborum et renium parti -is frigidiore natura inhibere inpetus veneris ...; his -is Calvus orator cohibuisse se traditur *eqs.* (*cf.* CHIRON 644, *v. s.* lamella. SORAN. p. 72, 21 *inter constringentia* [*gr. p. 124, 22 Ilb. ἔλασμα ... μολύβδου πλατὺ καὶ λεπτόν*]. THEOD. PRISC. log. 33 CASSIAN. inst. 6, 7, 2).

6 *de tesseris magicis* (*cf.* lamella): APVL. met. 3, 17, 3 *Pamphile* instruit feralem officinam ... ignorabiliter -is litteratis. ARNOB. nat. 2, 32 adversus ictus noxios ... protegimus nos -is. FILASTR. 21, 2 *Iudaei olim a serpentibus se protegentes* formulas diversas ... ponentes in -a baiulabant in colle. PS. ORIG. in Iob 3 p. 507A quomodo adiuvent ... -ae inanimatae? HIER. vita Hilar. 21 *amator* subter limen domus puellae portenta quaedam verborum et portentosas figuras sculptas in aeris Cyprii -a defodit (*infra*: licio et -a strictus *daemon*). MARCELL. med. 22,

[Hübner]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

10 *ad iecoris dolores* in -a stagnea scribe . . ., -am vero licio ligatam collo eius suspendes *eqs.*

7 *de -a aurea in apparatu sacerdotis maximi Iudaeorum, cui nomen dei inscriptum erat* (*hebr.* ṣīs, *gr.* *πέταλον*. *cf.* RVFIN. Orig. in exod. 9, 4 p. 243, 4 quod petalon appellatur. EVCHER. instr. 2 p. 149, 11 *nova translatio exodi habet* petalis, *vetus* -is. GLOSS. *πέταλον*: bratteum, flaminum -ae): ITALA exod. 28, 32 (Lugd. = VVLG. 28, 36). lev. 8, 9 (Lugd., Wirc. = VVLG.). *al.* *in interpretatione christiana*: HIER. epist. 64, 21, 2 quod olim in -a monstrabatur, nunc in signo ostenditur crucis (EVCHER. form. 9 p. 53, 11 -a aurea . . . c. superfiguratio). VITA Hil. Arel. 25 l. 31 in quo immaculatae conscientiae lucebat auctoritas, merito -a auri . . . speculum verecundae frontis eius obtexerat . . .; (l. 35) principalis eius -a auctoritate fidei et ignea flamma rutilavit.

II *ex aliis materiis*: **A** *de -is naturalibus*: **1** *significatur putamen nuclei* (*cf. p. 905, 31 sq.*): NVX 95 -a mollis adhuc. PS. APVL. herb. 7 l. 13 *pedeleonis* nascitur . . . thyrsis . . ., in quibus veluti -ae (*Diosc. 3, 96 λοβοί tantum*) binae vel trinae semen continentes. 75 l. 31 semine in -is, quas Graeci lobos appellant (*Diosc. 4, 72, 1 καρπὸν ἐν λοβοῖς*). DIOSC. 2, 144 p. 232, 23 (*app. crit.*) florem . . . habens cum -is in longitudine porectis (*Diosc. 2, 158 λοβοὶ κερατοειδεῖς*). **2** *significatur auricula infima* (CHAR. gramm. p. 454, 27 B. -a *λοβὸς ὠτίου* [GLOSS.]. SERV. auct. Aen. 1, 30 in -a, id est in extima auris parte. GLOSS. II 585, 13 -a angulus auris, lappa [*anglosax.*]): ITALA lev. 14, 17 (Monac.) manu inponet sacerdos in -am auriculae dexterae (*gr. λοβόν, Lugd.* omentum auris, *Vulg.* extremum auriculae). ARNOB. nat. 2, 41 ut . . . -as pertunderent aurium. SERV. auct. (*supra; describitur Achillis statua*). CAEL. AVR. chron. 2, 1, 21 cucurbitae . . . infigendae . . . sub aurium -is. 2, 14, 198 aurium -ae frigescunt.

B *de -is quomodocumque factis* (*fortasse huc* VITR. *p. 905, 35, sc. voce* corneis *ad* -is *relata*): PLIN. nat. 8, 7 ossa *elephantorum* etiam in -as secari. 9, 39 testudinum putamina secare in -as lectosque et repositoria his vestire. 11, 126 *cornua* in -as secta tralucent. 13, 94 mensam . . . operimento -ae *citreae* vestitam fuisse. 16, 68 *molluscum* intra pugillares lectorumque . . . -as raro usu spectatur. 16, 226 (*cf.* 1, 16, 84) quae sectilibus -is *lignorum* operiuntur. 16, 229 fagus sectilibus -is in tenui flexilis capsisque ac scrineis sola utilis; secatur in -as praetenues et ilex. 16, 231 quae *ligna* in -as secentur quorumque operimento vestiatur alia materies *eqs.* GROM. *v. s.* lamnicus (*e lapide ut, ni fallimur,* CIL XI 1184 -is stravit *forum, quae vox dubitanter suppletur*). ANTH. 95, 2 Niliacam texit cerea -a budam (*cf. vol. III 861, 51*). ORIBAS. syn. 1, 18 Aa p. 63, 15 Mø. (*e Philumeno*) *rafani* inciduntur in subtiles -as (*La* peta[ta]lis). 9, 27 p. 330 Aa quando forforum -ae per urina reddunturr (La: q. pythirodis [*i. πιτυρώδεις*], id est forforibus similis scorticaturas -(a)e p. u. exeunt. *gr. πιτυρώδη λέμματα. cf.* laminosus). PHILVM. med. 2 p. 117, 4 *dysenterici* deponunt stercora . . . cum aliquibus -is putridarum carnium.

in allitteratione c. licium *p. 906, 84.*

deriv.: lamella, laminosus, lam(i)nula, lamnicus.

compos.: bilamna. *cf. ?* dilamino.

2. lamina *v.* lamia.

lāmĭnōsus, -a, -um. *a* 1. lamina. *scribitur in codd. etiam* -mmin-, -mn-.

1 *i. q. laminarum plenus, de urina* (*cf. supra l. 42*): HIPPOCR. progn. 12 (*textu turbato, gr. πεταλώδεες sc. substantiae*). ORIBAS. syn. 6, 4, 6 Ab p. 98 (*cf.* La; *gr. ut supra*). **2** *i. q. laminae speciem praebens*: DIOSC. 5, 178 p. 241, 2 *unum e generibus terrae Samiae est* aster placodes (*gr. 5, 153 πλακώδης*), ⌊quod est -um⌋ (*add. e*).

? adv. **lāmĭnōsē.** *i. q. in modum laminae*: ISID. *p. 906, 43.*

? **lām(i)nula,** -ae *f.* *a* 1. lamina *deminutive, cf.* lamella. GLOSS. V 310, 46 metalla: -ae (*trad.* lammulae) auri vel argenti. *dub. trad.* TERT. coron. 12 l. 29 (*in app. crit., exstat in marg. editionis Mesnartii*) ambitur -mnulis.

lamirus, -os, (-ī) *m.* *fort. gr. λάμιος* (*prima syll. longa, var. l.* -μος), *cf. Birt, De hal. Ov. etc. 116.* *scribitur in codd. etiam* -myr-, -mur-. *nomen piscis*: Ov. hal. 120 fecundum . . . genus maenae -osque smarisque. PLIN. nat. 32, 149 -us.

lamium, -ī *n.* *cf.* lamia. *nomen herbae*: PLIN. nat. 21, 93 (*cf.* 1, 21, 55) quae *urtica* innoxia est, morsu carens, -um (aonymium *var. l.*) vocatur. 22, 37 (*cf.* 1, 22, 16) quam *urticam* -um (lim- *R*) . . . appellavimus, mitissima et foliis non mordentibus, medetur . . . contusis *eqs.* (22, 43).

[lammeum tinctura croci GLOSS. II 585, 20. *falso trad. pro* flammeum, *cf. vol. VI 1, 872, 1 sqq.*]

lammina *et* **lāmna** *v.* 1. lamina.

GLOSS.^{L} V Aa o 63 ob[i]litus: latatus (*corruptum*) **lamnātus** (linitus *Bücheler,* lamatus *Persson, Eranos 14, 1914, 111 sq. vocem ad* 1. lama *referens*).

lamnicus, -a, -um. *a* 1. lam(i)na. *i. q. speciem laminae praebens*: LIB. col. I p. 243, 3 *lapides terminales* Neroniani, Vespasiani et Traiani, -i (laninae *P*) et quadrati (*Grom. p. 348, 11* lamminae).

lampābilis, (-e). *a* lampare, *cf.* durabilis, stabilis *sim.* *i. qui lampat, fulget sim.*: CASSIOD. in psalm. praef. l. 43 *psalterium est* vere coruscus liber, sermo -is (in psalm. 48 l. 6). praef. 17 l. 37 *ecclesia est* serenarum mentium -is coetus (*cf. l. 35* quasi lumen eximium).

lampada *v.* lampas.

lampadārius, -ī *m.* *a* lampas, *cf.* lanternarius. *abbreviatur* lampadar CIL VI 8867. 8869. *transit in gr. byz. λαμπαδάριος. officium apparitoris, qui magistratui lampada praefert, praelucet* (*cf.* lampadifer): CIL VIII 827, 3 (*s. fere III in.*) Racili Felicis -ri (12355, 2). NOVELL. Valent. 30 (29) tit. de -is. *ibid.* pr. inter primicerium -orum et sequentes eius (*ibid.* 1). NOT. dign. or. 11, 12 sub dispositione . . . magistri officiorum: . . . -i. COD. Iust. 12, 59 (60), 10, 5 scrinii sacrorum libellorum *officium est conscribere epistulas probatorias* . . . -orum eorum, qui sacris scriniis deputati sunt. IVLIAN. epit. novell. 38 (39), 1 (= NOVELL. Iust. 41) apparitionem quoque ei (*quaestori ad exemplum praefecti praetorio*) dedit . . ., id est . . . et -os. CIL VI 8867 Titi Caesaris. 8868 ex peculiaris -ris (8869).

lampadĭās, (-ae) *m.*, *λαμπαδίας.* *genus cometarum*: PLIN. nat. 2, 90 -s (-das, -des *var. ll.*) ardentes imitatur faces. *cf. p. 910, 78.*

lampadifer, -a, -um. *a* lampas *et* ferre, *cf.* taedifer. NOT. Tir. 102, 1 -iforum (-iferum *var. l.*). *i. qui lampada fert* (*an subst.? cf.* lampadarius): CIL VIII 8993, 6 Domitiae Gelliolae consulari feminae -ae . . . Pancratius libertus (*de interpunctione non constat.* '-a *est δαδοῦχος*' *Wilmanns ad l., de sacris Eleusiniis cogitans coll. CIL VI 1780*).

lampadio, -ōnis *m.* (*?*). *orig. inc., fort. a* lampas, *nisi a* lapathum, *ut coni. Heraeus, cf. scripturas* lap(p)- *infra necnon* lampago, lappago. [*it.* lambagione, *abrut.* lampasciuni, *apul.* lampascione, *lucan.* lambacione; *sard.* lampayòni. *cf. Battisti-Alessio III 2154. Wagner II 8. G.*]

nomen cepae, βολβός (*quae vox respondet praeter l. 30*): ORIBAS. eup. 2, 1 B 6 Aa bulbos, id est -es (-ajonis Ab, -agionis La 46). syn. 4, 12, 12 Aa -es (pulli, *i.* bulbi, *La*) nutriviles sunt. GLOSS. III 553, 42 lappaio. 617, 58 lappa ione. V 519, 55 lapationes. GLOSS. III 544, 61 corò̀megen (*i. κρόμμυον*) lapatio *huc pertinere coniecit Niedermann, RevPhil. 59, 1933, 29* (*Recueil 180*).

cf. Onom.

lampaditās, -ātis *f.* *a* lampas. *i. q. qualitas lampadis propria*: VIRG. gramm. epit. 14 p. 86, 26 lapides dicuntur de sua -e, quia ex eis lampades ignis accenduntur; lapides pretiosi ex insito sibi splendore, velut ex quadam lampadum similitudine nominati sunt.

lampadium, -ī *n.*, *λαμπάδιον.* NOT. Tir. 101, 99 (*post* lampas). *cf. Onom.*

lampagio *v.* lampadio.

lampāgo, (-inis) *f.* [*orig. inc. Sch.*] *distinguit a* lappago *André, Lex. des term. de botan. s. v., eandam herbam significari censet Ernout, RevPhil. 15, 1941, 87 et 31, 1957, 195.* *nomen herbae*: PS. APVL. herb. 98 l. 9 herba saxifraga: . . . Itali saxifraga . . ., alii -o. GLOSS. III 567, 43 lembago i. saxifrica.

***lampas,** -adis *f.* (*m. l. 48*) *et* lampada, -ae *f.*, *λαμπάς.* *de orig.*: ISID. orig. 20, 10, 6 -s flamma est in vertice lucens, dicta, quod lambentis motum ostendere videatur. *scrib.* lap- CE 1448, 6 (*e cod.; 'non ante saec. VI' Bücheler*), -ped- TER. Ad. 907 *A.* *masc.* (*an neutr.?*): PAVL. PETRIC. *p. 910, 49* (*sec.* lumen). SACR. Gelas. 1, 105 -e suo (1, 106). GILD. *p. 911, 68.* *de formis: 1) graecae decl.* (*et tertiae lat.*): *sing.: gen.* -os: LVCAN. 6, 354. AVIEN. Arat. 1752 (1632 -is). AVSON. 325, 50 p. 111 P. *cf.* -is: VARRO Men. 489 VERG. Aen. 3, 637 AVIEN. *l. 52.* HIER. epist. 49, 14, 5 RVFIN. Basil. reg. 2 p. 490^{C} SIDON. carm. 2, 433 SEDVL. carm. pasch. 3, 33. *acc.* -a (*cf.* PRISC. gramm. II 330, 12 in Graecis . . . frequenter invenimus auctores . . . Graecos plerumque servantes accusativos, ut . . . -a pro . . . -em, quamvis Plautus 'hanc -em' dixit [*affertur* Cas. 840; -am *duo codd. Prisc.*]): *inde a* LVCR. 2, 79 (*unde pendere vid.* VARRO rust. 3, 16, 9). VERG. Aen. 6, 587. 9, 532 Ov. fast. 5, 160 *et saepe nimirum in poesi dactyl., ceterum* SEN. Ag. 363. *cf.* -em: PLAVT. *l. 57.* PLIN. nat. 2, 100. IREN. 2, 27, 2 (2, 40 H.). HYG. astr. 2, 15 HIER. in Zach. 4, 2 sqq. p. 1442^{A} MART. CAP. 1, 29 FAVST. REI. symb. 2. *plur.: nom.* -es: ACC. trag. 670 (*vix lat. tertiae*). Ov. epist. 12, 138. 14, 25 met. 4, 403 Pont. 3, 3, 60 *et saepe nimirum in poesi dactyl.; ceterum* (*potius lat. tertiae*): SEN. nat. 1, 15, 4. PLIN. nat. 1, 2, 25 (*at* 2, 96 *acc. pl.* -as). HIL. in Matth. 27, 4 GAVDENT. serm. 18, 26 G. PRISCILL. tract. 1, 29. VVLG. *quinquies.* *acc.* -as: TER. Ad. 907 (*nisi lat. I^{ae}*; -es *A*). LVCR. 2, 25 TIB. 3, 8, 6 Ov. rem. 552 *et saepe nimirum in poesi dactyl., ceterum ?* TER. (*l. 67*) *et* PLIN. nat. 2, 96. 35, 78, *posterioribus exemplis I^{ae} lat. attributis.* *cf.* -es: PLAVT. Condal. frg. 1. *?* TER. *l. 67.* ITALA iud. 15, 4 (Lugd.). Matth. 25, 1 (aur. *al.* = VVLG.; -as *var. l.* ITALA). 25, 7 (aur. *al.* = VVLG.). 25, 8 (*item*). AMBR. in psalm. 118 serm. 14, 7, 5. VVLG. *quinquies.* RVFIN. Orig. in lev. 13, 2 PS. ORIG. tract. 14 p. 160, 20. *ceterae formae III^{ae} lat.*: -e: PLAVT. *al.* -bus: PLAVT. Men. 841 (*metro ut vid. invito*; -is *edd. plerique, sc. I^{ae} decl.*). Ov. met. 12, 247 COLVM. 12, 18, 5 ITALA Matth. 25, 3 (aur. *al.* = VVLG.). *al.* -um: PLIN. nat. 34, 88. *2) primae decl.* (*ex acc. sg. graec., sec.* lanterna, lucerna; *dub. trad.* MANIL. 1, 352): *?*PLAVT. *l. 75.* *?*TER. *l. 67.* ITALA Matth. 25, 8 (codd. d f l) -ae (*nom.*, -es *cett. et* VVLG.). TREB. Gall. 8, 1 -is. IVL. VAL. 3, 52 -arum (*at* 2, 27 -s). FVLG. aet. mund. p. 140, 19 -ā. myth. 1, 11 -arum (*iuxta* -bus). HIER. interpr. Iob 41, 11 -ae (*nom.*, VVLG. 41, 10 -es). VVLG. (*ubi ceterae formae III^{ae} decl.*) Ezech. 1, 13 -arum. COMM. apol. 12 -a. *al.* NOT. Tir. 101, 98 -s. *de notione*: ISID. *supra l. 46.* GLOSS. facula. -es: faces vel candelae. -am: *χανδῆλαν. λαμπάδα.*

[Hübner]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

vox maxime poetica legitur inde a PLAVTO, TER., ACC., VARRONE Men., CIC. (*semel, in descriptione operis graeci*). [*tusc. vet., umbr.* lámpana, *cors.* lámpera, *apul.* lámpara, lampa, *neap., abrut.* lamba, *roman.* làmpena, *pedem.* lanpia, *aemil.* lamda; *sard.* lámpadas '*mensis Iunius*', *sard. mer.* lámpaða; *francog.* lampe, *dial. wall., camp., loth.; francoprov.* lampya *etc.; prov. vet.* lampeza, lampera, lampa, *prov.* lampi, *langued.* lampezo, *alvern.* lãpå, lãpézå; *vasc.* lampáda, lampa; *hisp. vet.* lámpada, *hisp.* lámpara; *port.* alâmpada, lampa. *immixta voce q. e.* lanterna: *prov.* lanteza; *cat.* llantía. *cf. M.-L. 4870. Battisti-Alessio III 2157. Wagner II 7sq. Wartburg V 143sqq. Corominas III 21sq. Machado II 1293sq. G.*]

i. q. λαμπάς (*quae vox respondet, ubi nihil notatur*), *taeda, lucerna sim., sive ipsa sive receptaculum, sc. luce comprehensa* (*distinguitur fere a* fax *infra l. 42, a* cereus *l. 72; plus est quam* candela *infra l. 37, quam* lucerna HIER. epist. 49, 14, 5 l. -is comparatione pro nihilo est, -s stellae conlatione non lucet. *ad rem v. Mau, RE VI 1945, 37sqq.*): **I** *strictius*: **A** *generatim*: PLAVT. Men. 841 illi oculos exuram -bus ardentibus. Condal. frg. 1 -es accendite. VARRO Men. 489 pecudes . . . nocte nigra ad lumina -is sequens. LVCR. 2, 25 igniferas. VERG. Aen. 6, 587 -a quassans *Salmoneus imitans fulmen Iovis* (VAL. FL. 1, 841. 3, 125 gravem nodis pinguique bitumine q. -a. *cf.* 8, 262 concutiens. STAT. Theb. 8, 467 quatiens [10, 283 Iuno lunarem q. . . . -a *i. lunae more fulgentem*]. *sim. al.*). 9, 532 ardentem coniecit -a Turnus (*inde* SIL. 14, 305. *cf.* 1, 320 iactat [HYG. astr. 2, 15 p. 13, 16 ut currerent -em iactantes]. 4, 694 iacta -e). OV. met. 4, 403 pingues . . . ardere videntur -es et rutilis conlucere ignibus aedes. 12, 247 *Amycus* -bus (iam pedibus *var. l.*) densum rapuit funale coruscis. COLVM. 12, 18, 5 *dolia* ferreis -bus ardentibus calefiunt, et cum pix imum in fundum destillavit, sublata -e *eqs.* LVCAN. 5, 134 barbarica cum -e Python (*i. Delphi a. 279*) arsit. 6, 135 piceos volvunt immissae -es (*P*, -is *cett.*) ignes. 9, 1006 orta dies nocturnam -a texit *Phariam.* 10, 492 piceo . . . unguine tinctas -as immitti . . . carinis (PETRON. 124 vers. 284 in medias immittite -as urbes. *cf.* STAT. Theb. 12, 279 occulto submittere -a furto). SIL. 4, 784 saevam . . . coruscans -a. 14, 429 nondum . . . intulerat vim Dardana -s (*cf. 427* taedas). STAT. Theb. 12, 365 *Antigone Argiam* astrorum radiis et utraque a -e (*i. Argiae et sua*) vidit. IVV. 3, 285 multum . . . flammarum et aenea -s (*nobilibus nocte praelata; opp.* me, quem luna solet deducere vel breve lumen candelae). ITALA iu l. 15, 4–5 (Lugd.) *Samson* compraehendet vulpes . . . et sumpsit -es et . . . posuit -es singulas inter duas caudas in medio et succendit igni -es (*Vulg. semel* faces). TREB. Gall. 8, 1 servis . . . cum cereis facibus et -is praecedentibus (AMM. 18, 6, 15 *syn.* sebalem facem *ut* PRISC. periheg. 395). IVL. VAL. 2, 27 p. 94, 29 regi gradienti subpetiata est -s ex obvio (*Hist. Alex. M. I p. 84, 16 Kr.* πεύχην). *al.* *in interpretatione nominis apostoli q. e.* Philippus (*cf. civitatis q. e.* Philippenses) *quasi vocis hebr. compositae ex* pî *et* lăppîd: HIER. nom. hebr. p. 64, 23 Ph. os -is vel os manuum (p. 69, 5 os -arum. 76, 29 [*cf. Onom. Vatic. ibid. p. 174, 84* στόμα λαμπάδος *et p. 200, 3* στόμα λαμπάδων]. *inde* EVCHER. instr. 2 p. 144, 1. ARATOR act. 1, 681 -is os [*codd. det.*, cor oris *cett.*], quod Hebraeus ait. ISID. orig. 7, 9, 16 GLOSS.^{L} V Abba PI 41). p. 76, 28 Philippenses os -arum.

B *speciatim*: **1** *in ritibus et sacris*: **a** *nuptialibus*: PLAVT. Cas. 796 progreditur cum corona et -e. 840 tene hanc -em. TER. Ad. 907 hymenaeum . . ., -as, tibicinas. OV. epist. 12, 138 hymen cantatus . . ., accenso -es igne micant. 14, 25 conlucent praecinctae -es auro. PLIN. nat. 35, 78 *pictae sunt* anus -as praeferens et nova nupta. VAL. FL. 8, 278 (*loq. Absyrtus; 276* ignem) fero quatioque hanc -a vestro *Medeae et Iasonis* coniugio (*sensu ominoso ut* STAT. Theb. 4, 133 sontes Furiarum -e nigra quinquaginta ardent thalami *Danaidum.* 11, 491 -e nostra *i. Tisiphones* in thalamos Iocasta venit). STAT. Theb. 8, 235 multa deductam -e fratrum (*sc. Amorum*) Harmoniam. silv. 1, 2, 5 *Musae* quatiunt . . . novena -e sollemnem thalamis coeuntibus ignem. 4, 8, 59 -e prima patricias intrare fores. ITALA Matth. 25, 1 (aur. *al.* = VVLG.) decem virginibus, quae acceperunt -es suas. **b** *funebribus*: ACC. trag. 670 in monte Oetaeo inlatae -es (*rogo Herculis ut* LVCAN. 6, 354 nefandae -os). LVCAN. 7, 800 Libyca succensae -e Cannae. SIL. 2, 667 ardentem -a quassans. 2, 677 flagrantem -a subdit *tumulo.* STAT. Theb. 11, 142 *Polynices* viderat . . . coniugis . . . laceram cum -e maesta (lacera . . . maestam *var. l.*) effigiem . . .; has latura viro taedas erat. VRAN. epist. 11 p. 866^{A} illuminatis -bus . . . sepulturam adeptus est. VITAE patr. 6, 1, 13 ducebat eum *mortuum* tota civitas . . . cum -bus. 6, 3, 13 praeparationem . . . cereorum et -arum. CE 1448, 6 -s funesta.

c *aliis*: OV. fast. 4, 493 accendit *Ceres* gemina pro -e pinus; hinc Cereris sacris nunc quoque taeda datur (STAT. Theb. 12, 270. *cf.* 8, 765 *turpi re aspecta* mystica -s . . . purgavit lumina *Palladis.* silv. 4, 8, 51 *Cereri Actaeae Neapoli* votivam taciti quassamus -a mystae. MART. CAP. 2, 170 in eo *corpore lunae* sistra Niliaca Eleusinaque -s . . . videbantur). SEN. Ag. 363 tibi *Iunoni* votivam matres Graiae -a iactabant. PLIN. nat. 34, 88 *Niceratus* repraesentavit . . . -um accensu matrem eius *Alcibiadis* . . . sacrificantem. ACT. Arv. a. 87 II 47 -b(us) incensis tuscanicas contigerunt (*item* a. 90, 62. a. 91 II 22. *al.*). a. 155, 56 -bus accensis. GREG. M. dial. 1, 5 p. 40, 3 *et* 6 M. (*in ecclesia; syn.* candelas).

2 *numinum*: **a** *Amoris (Amorum), Veneris*: VARRO Men. 204 ut parvulus Amor ardifeta -e arida agat amantis aestuantis. CIC. Verr. II 2, 115 argenteum Cupidinem cum -e. TIB. 3, 8, 6 illius *Sulpiciae* ex oculis . . . accendit geminas -as acer Amor. OV. rem. 552 Lethaeus Amor, qui pectora sanat inque suas gelidam -as addit aquam. Pont. 3, 3, 60 numquam rapido -es igne vacent (*67* faces). STAT. silv. 1, 2, 80 (*loq. Amores*) illam summa leviter . . . -e parcentes et inerti strinximus arcu. IVV. 6, 138 nec pharetris Veneris macer est aut -e fervet; inde (*sc. divitiis uxoris*) faces ardent, veniunt a dote sagittae. AVSON. 325, 50 p. 111 P. quamquam . . . nubila . . . rutilae fuscarent -os ignem. CLAVD. rapt. Pros. 1, 26 qua -e Ditem flexit Amor. ENNOD. carm. 1, 4, 93 (*Venus ad Amorem*) ad abstrusas veniat mea -a fibras *Maximi.* VEN. FORT. carm. 6, 1, 48 conspexit . . . Cupido virginea mitem torreri -e regem. **b** *Furiarum sim.*: SEN. Herc. O. 671 sequitur dira -e Erinys. LVCAN. 3, 15 vidi . . . tenentes Eumenidas, quaterent quas vestris -as armis. PETRON. 124 vers. 277 sanguineam . . . quatiebat -a *Discordia.* SIL. 2, 610 Erinnys -a flammiferis tinctam Phlegethontis in undis quassat (*de eadem re* CLAVD. rapt. Pros. 3, 391 *Megaera* plenos excepit -e fluctus). STAT. silv. 2, 7, 119 pallidum visa matris -e . . . Neronem (*cf. Suet. Nero 34, 4* confessus exagitari se materna specie verberibusque Furiarum ac taedis ardentibus). *v. etiam p. 909, 59.*

II *latius*: **A** *de ignibus caelestibus* (*cf. p. 911, 69*): **1** *fulminum, fulgurum* (*cf. p. 909, 20*): ACC. trag. 331 lucifera -e abietem (ari- *trad.*) exurat Iovis (*nom.*). LVCAN. 1, 532 nunc iaculum longo, nunc sparso lumine -s emicuit caelo. 10, 502 non alio motu . . . quam solet aetherio -s decurrere sulco (SIL. 1, 359 caelo decurrens ignea -s). STAT. Theb. 10, 470 qui tremor inlicita (*vix sanum*, elicita *codd. rec., alii alia coni.*) caeli de -e tactis *hominibus est*, hic fixit iuvenem. *huc fortasse*: VEREC. satisfact. 173 -bus caeli facies rubicunda coruscat *in mundi interitu* (*cf. 171* fulgora). FRG. apoc. p. 153 arcus in caelo parebit et cornum et -a.

2 *solis*: **a** *varia exempla*: LVCR. 5, 402 Sol . . . aeternam succepit -a mundi. 5, 610 rosea sol alte -e lucens (OV. fast. 5, 160 MART. 12, 60, 1). 6, 1198 octavo . . . candenti lumine solis aut etiam nona . . . -e (*cf.* SIL. 15, 214 Hyperionia lux septima -e surgens). VERG. Aen. 3, 637 lumen . . . Phoebeae -is instar (4,6 SEN. Phoen. 87 SIL. 10, 111). 7, 148 prima lustrabat -e terras orta dies. SIL. 1, 193 Phoebi (ENNOD. carm. 1, 1, 20). 6, 157 solis (7, 143 CYPR. GALL. gen. 15 exod. 248. 550. 602 GREG. TVR. Franc. 9, 6 p. 409, 23). 12, 575 prima . . . rubescit -e Neptunus revocatque Aurora labores (*cf.* SIDON. carm. 2, 433 sceptri vice dextram *Aurorae* -is hasta replet). 12, 648 attollens rutilantem -a Titan. 12, 731 redditur . . . flagrantior aethere -s. HOMER. 130 lucem terris dedit ignea -s (*B 48* ἠὼς . . . φόως ἐρέουσα). STAT. Ach. 2, 4 nondum excusso rorantem -a ponto. AVIEN. Arat. 1579 ne liventi piceus color abdat amictu -a. CARM. de mens. 2, 23 *Iunius* Phoebum flectere monstrat iter; -s maturas . . . designat aristas. RVFIN. Basil. reg. 2 p. 490^{C} cotidianos solis ortus et unius -is fulgore illuminatum . . . mundum. MART. CAP. 1, 29 laurus *Phoebi* . . . in -em mundani splendoris accenditur. 1, 77 quem *Solem* iuxta luna . . . ex fraterna fulgorem -e resumebat. PAVL. PETRIC. Mart. 1, 168 prima novo (nova *ed. Jureti*) spargebat -e terras orta dies (*sec. Verg. Aen. 4, 584* prima novo spargebat lumine terras *Aurora; v. etiam l. 35*).

b *in significando solstitio* (*cf.* ISID. nat. 8, 2 [= SVET. frg. p. 177, 3; *inde* GLOSS.^{L} I Ansil. LA 245] solstitium . . . aestivum . . . -s dicitur eo quod ex eo die -s solis claritatem maiorem accipiat [*utroque loco var. l.* -adas]): **α** 'dies -arum': FVLG. myth. 1, 11 *Proserpinam* etiam mater cum -bus raptam inquirere dicitur, unde et -arum d. Cereri dedicatus est, . . . quod hoc tempore cum -bus, id est cum solis fervore, seges . . . requiratur (*cf. l. 64sq.*). **β** *de ipso die solstitii*: Ps. CHRYSOST. de solstit. l. 259sq. solstitium mundi, quando Ioannes natus est, quem diem -em appellant; -da enim erat luminis Christi, a quo lumen acceperat, cum esset adhuc in utero matris (*cf. p. 911, 30*). l. 415 octavo kalendas Iulias, quem -em appellant. Ps. FVLG. RVSP. serm. 56 (*loq. Ioannes ad Christum*) misisti intus lucentem -em tuam, ut ego agnoscerem matrem tuam; o bona -a . . .; si vultis recta lingua vocare diem (*natalem meum*) -arum, diligite spiritum sanctum, sed hoc dolemus, quia sunt multi, qui diem vocant -am et sunt in medio tenebrarum.

3 *stellarum*: **a** *variarum*: MANIL. 1, 352 deltoton . . . dictum, quod -s tertia dispar conspicitur paribus (tertia -a *trad.; locus varie tractatus. de eodem sidere 5, 714* tribus facibus). STAT. silv. 5, 4, 9 Oeteae Paphiaeque . . . -es (*sc. Hesperi et Luciferi, cf.* VEN. FORT. carm. 7, 6, 3 Lucifer . . . terris -a mittit). AVIEN. Arat. 256 inocciduis attollens -a flammis Arctophylax (*gr. 94* ἀρίδηλος, *Germ. 94* flamma). ENNOD. opusc. 1, 82 p. 283, 24 *in descriptione caeli* iubaris -i non sufficeret humilium scintilla sermonum. *in imag.*: Ps. FVLG. RVSP. serm. 4 p. 863^{A} dedit eis *magis peregrinantibus* stellam, ut in nocturna deductione -em. **b** *crinitarum* (PLIN. nat. 2, 96 [*de facibus*] duo genera earum: -as vocant plane faces, alterum bolidas . . .; distant quod faces vestigia longa faciunt priore ardente parte. SERV. auct. Aen. 10, 272 p. 422, 12 alter cometes est, qui -s [lampadias *Masvicius*] appellatur et quasi fax lucet. *cf.* lampadias): MANIL. 1, 846 ignis *cometae* . . . -as (-a *var. l.*) . . . fissas ramosos fundit in ignes. SEN. nat. 1, 15, 4 horum *cometarum* genera sunt pogoniae et cyparissiae et -es et alia omnia, quorum ignis in exitu sparsus est. CALP. ecl. 1, 81 polum . . . igne cruento spargit et ardenti scintillat sanguine -s. PLIN. nat. 2, 100 scintillam *e stella ortam* . . ., cum in caelum se reciperet, -em factam *esse*. PRISC.

[Hübner]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Lyd. solut. 7 p. 85, 25 faces et -es (*Aristot. meteor. 341 b 28 οἱ καλούμενοι δαλοὶ καὶ αἶγες καὶ ἀστέρες*). *in imag.*: Vvlg. Nah. 2, 4 aspectus eorum quasi -es, quasi fulgura.

4 *lunae* (*cf. p. 909, 23. 910, 48*): Val. Fl. 7, 366 -e Phoebes sub decima (*cf.* Nemes. cyn. 123 cum se bina formarit -e Phoebe). Homer. 870 unde ... luna cava et nitida lustraret -e caelum (*in clipeo Achillis*). Mart. 8, 51, 8 cum tota -e luna nitet (Hier. tract. p. 406, 5 quando t. eius -s, totus orbis impletur). Avien. Arat. 1522 rutilantis -e lunae. 1632 -is orbe arcet flammigerae radium facis *solis, i. efficit eclipsin*. 1752 rutilantis -os ignes. Prvd. cath. 5, 6 quamvis innumero sidere regiam lunarique polum -e pinxeris, *Christe* (*cf.* Drac. laud. dei 1, 79 lunarem ... globum fuscata -e tectum). Mart. Cap. 9, 912 -e menstrua. Ennod. opusc. 3, 137 p. 366, 16 noctis -am (*opp.* solis iubar). Ven. Fort. carm. 4, 26, 131 quantum nocte dies distat, sol -e lunae. Arator act. 2, 1153 (*ad 27, 33* quarta decima die) hinc etiam ecclesiae gerit aurea luna figuram, quae quarto decimo de primo -is ortu conspicitur iam plena die (*cf. 1133* primi ... lumina mensis).

5 *arcus caelestis*: Stat. Theb. 10, 121 *Somnus* nec -e clara *Iridis* ... nec voce deae perculsus (*136* iubar).

B *de flammis variis*: Itala gen. 15, 17 (Aug. civ. 16, 24 p. 161, 15 D.) flamma facta est et ... fornax fumabunda et -es ignis ([Vvlg. -s]. I Macc. 6, 39 [recc. LBV]. Vvlg. *l. 25. cf.* Pavl. Petric. Mart. 3, 312 tenebris taetrior ... ignis -e terribili mentita et [in *Barth*] luce micavit). exod. 20, 18 (Aug. quaest. hept. 2, 72 p. 140, 20 = Vvlg.) populus videbat ... -as. Vvlg. cant. 8, 6 sicut -es ignis atque flammarum (Cypr. Gall. exod. 129 conspicua f. -e ... fulgere rub[r]um [*Vulg. 3, 2* in flamma ignis]. 1314 *Moysen* fulgentem -e flammae. *cf.* Prvd. perist. 3, 149 flamma ... -bus in latera stomachumque furit). *de fulgore lucernae*: Max. Tavr. serm. 99, 4 M. lucerna ... vocatur Iohannes (*Ioh. 5, 35*) ...; lucernae obscuratur lumen, cum radius solis effulget; et defectionem quandam -ae suae patitur, cum clarioris lucis splendore superatur.

C *de oculorum fulgore*: Ps. Avg. serm. 47, 1 (*ad Tob. 3, 17*) illuminatis oculorum tuorum -bus.

III *translate* (*hic illic in comparatione*): **A** *respiciuntur res incorporeae*: Lvcr. 2, 79 quasi cursores vitai -a tradunt *gentes caducae* ([*Plat. leg. 776*^{b} *καθάπερ λαμπάδα τὸν βίον παραδιδόντας*]. Varro rust. 3, 16, 9 quod de fructu nihil dixi, nunc cursu -a tibi trado, *ut pergas. cf.* Pers. 6, 61 qui prior es, cur me in decursu -a poscas?). Gavdent. serm. 18, 26 G. ne ipsae in nobis fidei -es defectu operum exstinguantur (*ut -es virginum fatuarum, v. p. 909, 64. cf.* Favst. Rei. symb. 2 [Caspari Anecd. p. 328, 11] fidem velut magnam -am Christus ... exhibuit). Fvlg. aet. mund. p. 140, 19 Sameramis totius libidinis ardore torretur et pueritia luxuriae -a inmoderatis augmentationibus vaporatur. Rvfin. Orig. in Ios. 16, 1 p. 395, 20 fulgore veritatis et -e sapientiae (*cf.* Greg. Tvr. glor. conf. 104 veritatis -em). Comm. apol. 12 statim mihi -a fulsit ..., agnovi deum. Rvstic. Conc.^{S} 1 4 p. 183, 6 sanctitatem ... caliginem dissolventem perfectae circa deum notionis festa -e. Gild. Brit. 93 chron. III p. 77, 22 scientiae ... et bonorum operum. Petr. Chrys. serm. 120 p. 529^{B} iugi factorum -e. Max. epist. p. 2 opinionis tuae -a praelucente (*cf.* Greg. M. in Ezech. 1, 5, 6 opinio longe lateque ut -s lucet). Coripp. Ioh. 3, 110 furor omnis et ira horribili ... turbabunt -e mundum. *de febri*: Sedvl. carm. pasch. 3, 33 Petri validae torrebat -is aestu febris anhela socrum (op. pasch. 3, 4 validi ... -s ardoris).

B *respiciuntur homines* (*Christus l. 59, cf. l. 62*): Gavdent. serm. 18, 26 G. exstinctis animarum suarum -bus (*de virginibus fatuis [v. p. 909, 64], ut* Evcher. form. 7 p. 45, 5 -es: animae iustitia fulgentes). Hier. adv. Pelag. 2, 11 apostolicos igniculos clarissima Christi -e compleamus (Prvd. psych. 57. *cf.* Epiphan. in euang. 19 p. 23, 27 lux mundi est dominus, de cuius -a accensi apostoli nostris animabus offerunt lumen *eqs.*). Vvlg. Is. 62, 1 salvator *civitatis Ierusalem* ... ut -s accendatur. Rvfin. hist. 11, 7 velut -am quandam divina luce fulgentem Didymum dominus accendit (*opp.* perfidiae caligo). Hil. Arel. vita Honorat. 11 l. 11 -as tuas (*i. homines fideles*) fidei igne fulgentes. Vita Hil. Arel. 30 l. 20 loca illuminare accensis fidei calore innumeris -bus (*sc. sacerdotibus*) et supra candelabrum ponere. Gild. Brit. 10 chron. III p. 31, 17 *deus* clarissimos (-as *var. l.*) -es sanctorum martyrum nobis accendit. Ven. Fort. vita Marcell. 2, 5 de illa caelesti -e (*opp.* meae scintillae).

deriv.: lampadarius, *?*lampadio, lampaditas, *?*2. lampena.

compos.: allampado, lampadifer.

lampēdo (*i. λαμπηδών*) splendor Gloss. II p. XXXVII.

1. lampēna, -ae *f.*, *λαμπήνη*. *a* lampas *derivari vid. l. 81, cf.* 2. lampena. *i. q. currus tectus, lectica* (*l. 80*): Itala iud. 5, 10 (cod. 91) ascendentes asinas et sedentes in -is (*gr. cod. Alex. ἐπὶ λαμπηνῶν, Vulg. aliter*). Is. 66, 20 (Hier. in Is. 66, 20 l. 7) in -is mulorum, cum umbraculis (*gr. ἐν λαμπήναις ἡμιόνων, Vulg.* in lecticis et in mulis. Hier. *l. c.* l. 23 Septuaginta et Theodotio dixerunt -as, pro quibus Symmachus lecticas interpretatus est, Aquila *σκεπαστά* posuit, quod et ipsum lecticas opertas pellibus significat. l. 82 -ae splendentia sanctorum intelligenda sunt corpora et animae fide domini illuminatae [*cf. supra l. 56 sqq.*]). *v. etiam* 2. lampena.

2. lampēna, -ae *f.* *a* lampas, *si recte trad., fortasse fictum.*

Gloss.^{L} IV Plac. l 17 -ae: stellae quaedam (quidam *trad.*) sic dictae (sellae *Rönsch, Coll. phil. 287 sq., obloquitur Götz, tacet Lindsay. cf.* Gloss.^{L} V Abba la 31 -ae: stellae fulgentes. *inde* Anth. 19 l. 11 *ad carmen componendum* de vobis, *viri optimi,* -am comtulam spero adiutandi [*vix ad* 1. lampena]).

[lamperbius splendidus, ex graeco partem habet Placid. ed. Mai, class. auct. VI 565.**]**

lampificus, -a, -um. *a* lampare *et* facere, *cf.* contemnificus, terrificus. *i. q. fulgorem lampadis similem efficiens, fulgens*: Vita Amator. (BHL 356) 8 p. 54^{A} -is ornamentis obsita processit; ita enim diverso splendore gemmarum ... perlucebat, ut nitorem solis obnubilaret.

lampium: pulpitum, analogium Gloss. V 603, 43. *orig. inc.*

lampo, -āvī, -āre, *λάμπω*. [*tusc.* lampare, *it. mer.* lambá; *sard. centr.* lampare, *mer.* lampai; *prov.* lampá; *cat.* llampar; *hisp.* lampar. *cf. Battisti-Alessio III 2157. Wagner II 8. Wartburg V 145 sq. Corominas III 21. 1079 sqq. G.*]

1 *i. q. lucere, fulgere*: **a** *proprie*: Cassiod. compl. in apoc. 18, 1 ('terra illuminata est a gloria eius') *angeli* claritas in toto orbe -vit. Ios. antiq. 2, 343 tonitrua ... coruscationesque -antes et fulmina (lambentes, labentes *var. ll., gr. βρονταὶ ... προσεξαπτομένης ἀστραπῆς καὶ κεραυνοὶ δὲ κατηνέχθησαν*). in psalm. 44, 3 forma eius *domini incarnati* decore lactei coloris eluxit aut flavo crine -vit. 118, 127 *topazion* maxime -at, cum solis splendore percutitur. **b** *in imag. et translate*: Ps. Fvlg. Rvsp. serm. 52 p. 920^{B} vigente in nobis potentiae eius (*spiritus sancti*) lumine primogenitorum ecclesiam -antibus faculis introire. Cassiod. inst. 1, 21, 1 *Hieronymus in Bethleem habitavit*, ut ... ad instar solis eius quoque ab oriente nobis -ret eloquium. in psalm. 43 concl. nobis ecclesiasticus ordo ... -vit. 61 concl. -at fides, coruscat veritas, quam debeat ... populus intueri. 71, 6 Ambrosius ille, quaedam ecclesiae candela, mirabili fulgore -vit dicens: '*eqs.*' 131 concl. dicere celsiora, quae de domini adventu clarissimo lumine -verunt.

2 *i. q. illuminare*: Cassiod. in psalm. 4, 7 de quo loco Iohannes *Chrysostomus* (*Migne gr. 50, 819*^{A}) ... quasi multifarias definitionum stellas in crucis declamatione -vit dicens: '*eqs.*'

deriv.: lampabilis. *compos.*: lampificus. *cf.* allampado.

lampreda *v.* naupreda. **lampsanum** *v.* lapsanum.

lampyris, *pl. nom.* -ides, *acc.* -idas *f.*, *λαμπυρίς*. *i. q. cicindela*: Plin. nat. 11, 98 (*cf.* 1, 11, 34) lucent ... noctu laterum et clunium colore -es. 18, 250 *v. vol. III 1050, 44. huc refert Niedermann, Idg. Forsch. 26, 1909, 56, 1* laparis Pol. Silv. nom. anim. chron. I p. 544, 2 *inter* nomina insectorum sive reptancium. *Hübner.*

1. lamyrus *v.* lamirus.

2. lamyrus (*i. λαμυρός*) blandus Gloss.^{L} II Abav. la 28 Gloss V 602, 55. *v. Onom.* *B.*

***lāna,** -ae *f.* [*cognatum c. ind. vet.* úrṇā-, *avest.* varənā-, *got.* wulla, *slavon.* vlъna, *lituan.* vìlna; *omnia generis fem. in* -ā- *sunt. Sch.*] *de orig.*: Varro ling. 5, 113 -a graecum, ut Polybius (*frg. inc. 57 B.-W.*) et Callimachus (*frg. 722 Pf.*) scribunt. Isid. orig. 19, 27, 1 -a a laniando, id est a vellendo, vocata. Not. Tir. 78, 91^{a}. Gloss. *ἔριον. ἐρέα. cf.* Oribas. eup. 2, 1 E 9 Aa p. 469 erias Graeci -am vocant. *inde a* Plavto, Catone. [*val.* lînă; *dalm.* luona; *it.* lana; *sard.* lana; *raet. occ.* lana, launa, *or.* lane; *francog.* laine; *francoprov.* lāna *etc.; prov.* lana, -o; *vasc.* la(a) *etc.; cat., astur.* llana; *hisp.* lana; *port. vet.* lãa, *port.* lã, *dial.* laia (> *hisp.* laya). *cf. M.-L. 4875. Battisti-Alessio III 2159. Wagner II 9. Wartburg V 147 sqq. Corominas III 25. 58 sq. Machado II 1279. G.*]

i. q. ἔριον (*haec vox graece respondet, nisi alia adnotantur; opp.* pilus *p. 915, 12 et* Plin. nat. 8, 191 Inst. Iust. 2, 1, 37, saeta *p. 915, 14, cf. l. 79; plur. de generibus e. g. p. 913, 78* [*cf.* Char. gramm. p. 39, 2 B.], *de quantitate* Hor. *p. 913, 13. 22.* Ov. *p. 913, 24. 58. al. et saepe tam in poesi quam inde a* Colvm. *in prosa; quae* -a *legata contineantur, inquirunt iurisconsulti, maxime* Vlp. dig. 32, 70): **I** *ovium aut indicatarum aut potissimum intellegendarum* (*expresse* Varro rust. 2, 2, 7 -am ... ovium [Pavl. Fest. p. 63 Vlp. dig. 24, 3, 7, 9. *al. cf.* Plin. nat. 20, 29. 28, 111]. Plin. nat. 20, 6 arietis [28, 82]. Prisc. periheg. 430 vervecum. *ad rem v. Orth et Kroll, RE XII 594 sqq.*): **A** *proprie*: **1** *strictius*: **a** *generatim*: **α** *exempla varia paucissima*: Plavt. Men. 120 -am, aurum, vestem ... praebeo (*cf.* Truc. 947 oves et -am ... dabo). Mil. 687 eme, mi vir, -am, unde tibi pallium ... conficiatur tunicaeque. Stich. 376 -am purpuramque multam *advexit.* :: em qui ventrem vestiam. Cato agr. 2, 7 oves ..., -am, pelles. Cic. Verr. II 1, 86 quid a Milesiis -ae publice abstulerit. de orat. 2, 277 (*verba Q. Opimii*) cum tua colu et -a (Catvll. 64, 311 colum molli -a ... amictum. Ov. epist. 9, 116 gravem -a ... colum. 14, 66 -a colusque. Plin. nat. 8, 194 -am in colu et fuso ... durasse. *al.*). Ov. met. 13, 849 pluma tegit volucres, ovibus sua -a decori est, barba viros hirtaeque decent in corpore saetae. *et passim.*

β *iuncturae verbales*: Ⓘ *acc.*: Plavt. Men. 797 inter ancillas sedere ..., -am carere (*cf.* Varro ling. 7, 54 eam tum purgant ac deducunt ..., ex quo carminari dicitur ... -a [Plin. nat. 9, 134. Diosc. *p. 913, 64.* Isid. orig. 1, 39, 4]). CE 52, 8 (*aet. fere Gracch.*) domum servavit, -am fecit (Lvcr. 5, 1354 facere ante viros -am natura

[Heine]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

coegit quam muliebre genus. VARRO frg. Non. p. 322, 1 Ov. met. 6, 31. VLP. dig. 7, 8, 12, 6 [*antea*: expediendam]. 32, 70, 1 sive ... facta est sive infecta. *al.*). TITIN. com. 22 da pensam -am: qui non reddet tempori putatam recte *eqs.* (VARRO rust. 2, 2, 18 ne -a inquinetur, quominus vel infici recte possit vel lavari ac putari). VARRO Men. 190 manibus trahere -am (PAVL. FEST. p. 73 PLIN. nat. 21, 82 IVV. 2, 54. *cf.* detrahere *infra l. 41 et* FIRM. math. 8, 19, 7 pertractent. IVST. 1, 3, 3 tractanti [DRAC. Romul. 2, 30]). ling. 5, 54 '*Veliae*', quod ibi pastores ... ex ovibus ante tonsuram inventam vellere -am sint soliti (5, 130 vellus -a tonsa universa ovis; id dictum, quod vellebant. rust. 2, 11, 9. MARCELL. med. 1, 88 deinter femora. 1, 89 de fronte. ISID. orig. 19, 27, 1. *cf.* PLIN. nat. 29, 34 detonsam ... evolsam [29, 38]). rust. 2, 11, 6 tonsa (HOR. carm. 3, 15, 13 te -ae ... tonsae ... decent. *al. cf. l. 10. 12 et* COLVM. 7, 4, 7 si -am detraxeris ..., si nondum detonderis). 2, 11, 9 demptam ac conglobatam (CALP. ecl. 5, 66 maturas). CIC. phil. frg. V 23 qui conbibi purpuram volunt, sufficiunt prius -am medicamentis (*cf.* inficere *l. 5 et vol. VII 1, 1411, 51 sqq.*). MENOL. Colot. Mai. 11 (CIL I² p. 280) -a lavatur (PLIN. nat. 19, 48. 25, 52. MART. 11, 58, 11 [*v. p. 914, 45*] lota [VLP. dig. 32, 70, 4 PAVL. sent. 3, 6, 82. *al. cf.* SER. SAMM. 93 inlotis]. *et saepius. cf. l. 5. 27*). VERG. georg. 2, 465 alba neque Assyrio fucatur -a veneno. HOR. epod. 12, 21 muricibus ... iteratae. carm. 2, 16, 37 te bis ... murice tinctae vestiunt -ae (LYGD. 3, 17 Ov. ars 1, 251 met. 6, 9. *al.*). 3, 5, 28 medicata fuco. Ov. epist. 3, 70 quae -as molliat, apta manus (met. 2, 411 trahendo. fast. 3, 817. *cf.* PLIN. nat. 31, 66 -as ... emolliunt *aquae marinae*). ars 2, 220 excoluisse. met. 4, 34 ducunt (*cf.* COLVM. 7, 4, 5 -a deducenda vinoque ... insucanda, ... tota est eluenda [7, 5, 6. IVV. 7, 224 ferro. SERV. ecl. 6, 5 in tenuitatem. *adde p. 912,82*]). 6, 19 rudem ... -am glomerabat in orbes (MANIL. 4, 130 nunc glomerare rudes, nunc rursus solvere -as, nunc tenuare levi filo). CELS. 6, 6, 1K bene carp[i]ta (*v. vol. III 492, 78 sq. cf.* PLIN. nat. 29, 35 concerpta. MARCELL. med. 10, 45 decerpta). SEN. Herc. O. 664 aeno repetita. epist. 71, 31 saepius macerata et recocta (*cf.* TERT. cult. fem. 2, 10 l. 2 sucis ... incoquere -as). COLVM. 8, 13, 3 demetere. 12, 3, 6 pectitae (*cf.* PAVL. sent. 3, 6, 79 pectinata [GLOSS. *p. 915, 62*]). PLIN. nat. 8, 192 -ae et per se coactae vestem faciunt. 18, 236 scabendo purgare (M ACR. Sat. 1, 16, 12. *adde p. 912, 81*). 33, 62 *aurum* netur ac texitur -ae modo vel sine -a (MART. 14, 158, 1 tonsis neta [apta *var. l.*, nata *Heraeus*] ministris. VLP. dig. 32, 70, 2 neta). 35, 175 suffiendas. SIL. 16, 568 albentes invertere -as murice. STAT. Ach. 1, 581 tenuare rudes attrito pollice -as (*cf. l. 30*). PS. QVINT. decl. 13, 8 pecori -ae detrahuntur (FRONTO p. 13, 12 v. d. H. APVL. apol. 56. *adde l. 14*). *al.* Ⅱ *nom.*: Ov. ars 3, 187 -a ... sucos bibit (SEN. Herc. O. 664 rubores. PLIN. nat. 8, 193 colorem [35, 44]. *cf.* SEN. epist. 71, 31 quosdam colores semel ducit, quosdam ... non perbibit. PLIN. nat. 9, 134 potat). met. 7, 541 sponte sua -ae ... cadunt (*cf.* PLIN. nat. 11, 231 rarescunt. EVSTATH. Basil. hex. 6, 6, 1 depositam -am facile resumit *aries*).

γ iuncturae nominales: Ⅰ *epitheta* (*cf. l. 2 sq. 19. al.*): CATO agr. 96, 2 meliorem (*cf.* PETRON. 38, 2 parum ... bona [78, 1]). TITIN. com. 3 ab -a soloci ad purpuram data ([FEST. p. 301 *ad l.*: crassa]. FRONTO p. 138, 20 v. d. H. [p. 144 N.]. SERV. auct. georg. 3, 385 hoc est minutam, duram atque hirsutam). CATVLL. 64, 311 molli (*v. vol. VIII 1374, 24 sq.*). VARRO ling. 9, 39 firmior (PS. AVG. serm. Migne suppl. 1, 295 firma, non floccida). rust. 2, 11, 6 a ... sudore recens -a tonsa sucida appellata est (PAVL. FEST. p. 118. 288 CELS. 2, 33, 2. *et saepe.* GLOSS. *οἰσυπηρόν. πιναρόν. ἄπλυτον. καρφώδης*). 3, 16, 28 puram (MARCELL. med. 14, 37). Ov. epist. 1, 78 quae *coniunx* ... -as non sinat esse rudes (ars 2, 220 met. 6, 19 MANIL. 4, 130 STAT. Ach. 1, 581). ars 3, 222 quas geritis vestes, sordida -a fuit. met. 6, 9 bibulas tingebat murice -as (*cf.* MART. 14, 154, 2 ebria ... cum sim de sanguine conchae, non video, quare sobria -a vocer [AVIEN. Arat. 347 veneno]). CELS. 4, 12, 4 sulpurata (4, 13, 3 SCRIB. LARG. 43 MARCELL. med. 15, 93). SEN. apocol. 4, 1 vers. 8 vilis. COLVM. 9, 14, 15 mundam (ITALA *p. 914, 75*. DIOSC. 2, 50 p. 197, 30 -as m. et carminatas [*gr. 2, 73, 1 καθαρὰ διαξανθέντα*]. *al.*). GELL. 12, 1, 15 duriorem (*inde* MACR. Sat. 5, 11, 18. *cf. l. 52*). EDICT. imp. Diocl. JRSt. 45, 1955, 111 grossa (*ibidem* grossioribus). PROB. Verg. georg. 3, 391 crassioris (*cf. l. 51*). MARCELL. med. 9, 68 delicata. CAEL. AVR. acut. 2, 18, 103 limpidis (chron. 1, 1, 9 lenes ac tenues et l. 5, 1, 8). *al.* *ad colorem pertinentia*: CATVLL. 64, 318 candentis (*cf.* PLIN. nat. 33, 109 candida [*al.*]). VARRO rust. 2, 2, 14 variam. VERG. georg. 2, 465 alba (LIV. 24, 16, 18 SEN. nat. 3, 25, 3. *al. cf.* SIL. 16, 568 albentes). PROP. 3, 11, 12 iret ut Aesonias aurea -a domos (Ov. epist. 12, 128 fast. 3, 876. *cf. p. 915, 21 et* DRAC. Romul. 10, 35 ut rutilas subduceret ... -as *Iason*). LIV. 42, 2, 4 pulla (SEN. nat. 3, 25, 4). LVCAN. 2, 367 funerea (*cf.* MART. 14, 158, 1 tristis). PETRON. 54, 4 conchyliata (PLIN. med. 1, 6, 3 MARCELL. med. 9, 37). PLIN. nat. 8, 191 nativas. 8, 193 -arum nigrae (20, 225. *saepius*). SIL. 15, 706 niveae (CLAVD. 18, 276). MART. 9, 49, 5 nitida. PAVL. sent. 3, 6, 79 versicoloria (*cf.* PRVD. perist. 10, 302 discolora). ITALA Hebr. 9, 19 (cod. d *al.* = VVLG.) coccinea (BARNAB. 7, 8. *al.*). VOPISC. quatt. tyr. 13, 2 purpurea (MARCELL. med. 9, 17. *al.*). *al.* *ad regionem pertinentia* (*fusius* PLIN. nat. 8, 190 sqq.): VARRO ling. 9, 39 -a Gallicana et Apula (PLIN. nat. 8, 190 laudatissima A. et ... Italica). PLIN. nat. 29, 33 laudatissima ... Galatica, Tarentina, Attica, Milesia (EDICT. imp. Diocl. JRSt. 45, 1955, 111 Mutinensi ... Terentina vel Ladicena vel Altinata [109 *bis*]. CHAR. gramm. p. 39, 2 B. Milesia, Hispana). MART. 11, 56, 9 Leuconicis. 12, 65, 5 Baeticarum. 14, 156 tit. Tyriae. 14, 157 *et* 158 tit. Pollentinae. Ⅱ *gen.* -ae *pendet a subst.*: CATVLL. 64, 318 -ae vellera (HOR. epod. 12, 21 VITR. 8, 1, 5 PLIN. nat. 31, 46. *al. cf. etiam p. 915, 1*). LVCR. 1, 360 glomere (*v. vol. VI 2, 2061, 36 sqq.*). 6, 1075 corpore (*cf. p. 920, 50*). CELS. 4, 13, 3 abso (7, 26, 5C). MARCELL. med. 20, 145 globum. Ⅲ *gen. qual.*: PLIN. nat. 20, 29 -a coloris, quem nativum vocant. 28, 114 -a nigra primae tonsurae.

b *speciatim*: *α in rebus sacris*: VARRO ling. 7, 24 velamenta his *hostiis* e -a quae adduntur, infulae (*affert* TRAG. *l. 49*). Ov. am. 3, 7, 79 te traiectis ... venefica -is devovet. fast. 2, 21 pontifices ab rege petunt et flamine -as, quis ... februa nomen erat (*res ceterum ignota*). PAVL. FEST. p. 239 effigies ... ex -a Conpitalibus suspendebantur. PLIN. nat. 29, 30 -is auctoritatem veteres Romani etiam religiosam habuere, postes a nubentibus attingi iubentes. ARNOB. nat. 5, 16 -arum vellera, quibus arboris (*sc. pinus*) conligatis ... stipitem. *β in prodigiis*: LIV. 42, 2, 4 -a pulla terra enata. PLIN. nat. 2, 147 (*cf.* 1, 2, 57) -a pluit (*cf.* HIER. chron. a. Abr. 2383d -a caelo pluviae mixta defluxit [*inde* OROS. hist. 7, 32, 8]). OBSEQ. 12 -a ex arboribus nata (*conferendum videtur* PRVD. perist. 10, 302 *fatuos* -a terret discolora in stipite). *γ in re medicinali* (*exempla paucissima, fusius* PLIN. nat. 29, 30 sqq.; *cf.* PLAVT. *infra l. 48 et in iure* VLP. dig. 32, 70, 7 ne ea quidem, quae fomentationis gratia parata sunt vel medicinae, -arum appellatione continentur): CELS. 4, 2, 6 *rosa et aceto* tinctam -am sucidam imponere aliave refrigerantia cataplasmata (4, 11, 6. 4, 12, 9 supra stomachum. *al.* PLIN. nat. 29, 39 fronti. 29, 42 oculis. *et saepius. cf.* SCRIB. LARG. 209 superponere [PLIN. nat. 30, 119]). 4, 5, 8 in gravedine ... fauces -a circumdare (4, 25, 2 alumen. PELAGON. 246 cervicem. *cf.* CELS. 5, 26, 23H -am *vulneri*). 6, 6, 1H linteolo an -a excipiatur *medicamentum* (7, 7, 11 album ovi [7, 7, 14F]. PLIN. nat. 20, 199 sucus). 6, 7, 9A specillum -a involutum (8, 10, 7N regulam. COLVM. 6, 15, 1 picem *eqs.* 7, 5, 18 *bis*. SCRIB. LARG. 56 auriscalpium [230]. PETRON. 54, 4 brachium. *al. cf.* SVET. Dom. 17, 1 brachio ... -is fasciisque ... obvoluto. GELL. 11, 9, 1 Demosthenen -a multa collum cervicesque circumvolutum). *al.* SCRIB. LARG. 41 foramen summum -a sucida tegitur (SER. SAMM. 522 alumen. 653. CAEL. AVR. acut. 1, 10, 75 caput. 2, 6, 27 collum). *al.* PLIN. nat. 20, 61 *sucus lactucae* inponitur etiam oculis in -a (23, 70 *sucus* in -a admotus. 23, 127 sucus adpositus in -a. *sim. saepius*). 31, 127 -ae emolliunt, spongeae coercent. *al.* MART. 6, 41, 1 qui recitat -a fauces et colla revinctus. 12, 89, 1 quod -a caput alligas, ... non aures tibi, sed dolent capilli. TERT. nat. 2, 5, 10 non -is nec antidotis ... ⟨gra⟩tiam meministis, sed medicis. *al.* *abluitur illuvies* (MART. 11, 58, 11 *huc trahit Housman, Herm. 66, 1931, 411*): PALLAD. vet. med. 44 vulnus ... -a tergendum.

2 *per adumbrationem respicitur*: **a** *res lanea*: PLAVT. Mil. 1430 -am ob oculum habebat (*1178* scutulam ob oculos laneam). TRAG. inc. 221 (*v. supra l. 12*) -a[s] ... velatas *hostias* (LIV. 24, 16, 18 pilleatis aut -a alba velatis capitibus [*cf.* 1, 32, 6 capite velato filo; -ae velamen est]. TERT. virg. vel. 17, 2 -is ... non velant caput, sed conligant). HOR. carm. 2, 16, 37 (*v. p. 913, 22*) vestiunt (ITALA Ezech. 34, 3 [Tert. pudic. 7 p. 233, 9, *cf.* VVLG.] lac devoratis et -is vestimini). LVCAN. 2, 367 obsita funerea celatur purpura -a. ARNOB. nat. 5, 16 -arum ..., quibus Ia deficientem *Attin* contexit. *adde l. 79; cf. etiam sub 1b et de ipso vellere e. g. p. 913, 73.* **b** *lanificium*: TER. Andr. 75 -a ac tela victum quaeritans (SCHOL. p. 80, 27 lanificio et filatura). Haut. 278 anus ... ad -am redit. Ov. ars 1, 691 non sunt tua munera -ae. Pont. 3, 8, 11 femina pro -a Cerealia munera frangit. LIV. 1, 57, 9 *Lucretiam* deditam -ae (PHAEDR. 4, 5, 43). MANIL. 4, 380 nec tantum -as Aries nec Taurus aratra ... amabit. CVRT. 5, 2, 19 admovere -ae manus (*cf.* IVV. 6, 497 *serva* admota ... -is). TERT. cult. fem. 2, 13 l. 42 manus -is occupate. *al.*

B *tropice in facete dictis, comparationibus, proverbiis sim.*: **1** *usu vario*: PLAVT. Bacch. 1134 *vetulae* nec lac nec -am ullam habent; ... omnis fructus iam illis decidit. LVCIL. 995 -a, opus omne perit: pallor, tiniae omnia caedunt (*per comparationem* ITALA Is. 51, 8 [Aug. epist. 78, 5, *cf.* VVLG.] sicut -a a tinea comedentur). LVCR. 4, 376 dispereunt, quasi in ignem -a trahatur. Ov. ars 2, 686 *puella in amore* sicca ... de -a cogitat ipsa sua. PLIN. nat. 19, 5 in mollitiem -ae coactum *linum* (*cf.* 19, 13 nullum *linum* est candidius -aeve similius. *sim. al.*). ITALA psalm. 147, 16 (Veron. *al.* = VVLG.) *deus* dat nivem sicut -am. Is. 1, 18 (Tert. adv. Marc. 4, 10 p. 445, 2, *cf.* VVLG.) etsi fuerint delicta vestra ... tamquam coccinum, velut -am exalbabo. Dan. 7, 9 (Lucif. non parc. 30, *cf.* VVLG.) capillus capitis eius *senis* ut -a munda (*inde* apoc. 1, 14 [Cypr. hab. virg. 16. *al.*, *cf.* VVLG.] capilli ... albi velut -a aut nix). CYPR. Fort. praef. 3 (*de tractatu non expolito*) de agno ... -am ipsam et purpuram misi, quam cum acceperis, tunicam tibi ... conficies (*agni Christi ut* HIER. in Is. 53, 8/10 l. 34 nos ... -is operuit, ut algentes infidelitate sua veste calefaceret). CLAVD. 20, 398 leviorem pondere -ae. CARM. Marcell. med. 8, 191 nec mula parit nec lapis -am fert. *in interpretatione allegorica*: AVG. serm. 37, 5, 6 (*ad* prov. 31, 13) -am carnale aliquid puto, linum spirituale. GREG. M. moral. 8, 87 (*ad* deut. 22, 11) per -am ... simplicitas, per linum vero subtilitas

[Heine]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

designatur. 2 vellera -ae *de nubibus* (*per comparationem praeter* VERG.): LVCR. 6, 504 *nubes* concipiunt ... umorem veluti pendentia v. -ae. VARRO AT. carm. frg. 21 nubes [sic]ut v. -ae constabunt (*Arat. 938 sq. νέφεα ... πόκοισιν ἐοικότα. cf.* VERG. georg. 1, 397 tenuia nec -ae per caelum v. ferri. PLIN. nat. 18, 356 si nubes ut v. -ae spargentur. APVL. Socr. 10 p. 143 ITIN. Anton. Plac. rec. A 31 p. 179, 19).

II *variorum animalium*: **A** *quadrupedum*: HOR. epist. 1, 18, 15 alter rixatur de -a saepe caprina ([PORPH.: de nihilo aut ... caprorum pilos non saetam dicens esse, sed -am]. VLP. *l. 10*). VLP. dig. 32, 70, 9 -a legata etiam leporinam -am et anserinam et caprinam credo contineri et de ligno, quam *ἐριόξυλον* appellant (MARCELL. med. 6, 20. *cf.* 28, 49 pili vel -a eius *leporis* de subventrili). OP. imperf. in Matth. 3 p. 648 (*ad 3, 4* vestimenta de pilis cameli) non de -a cameli ..., sed de asperioribus setis cameli (*postea*: non de -a camelina).
B *avium*: MART. 14, 161, 2 pluma, interior cygni quam tibi -a dedit. VLP. *l. 10*. **C** *conchae q. d. pina* (*v. Mus. Helv. 26, 1969, 48 sqq.*): EDICT. imp. Diocl. JRSt. 45, 1955, 111 lanario in -a Mutinensi vel marina pasto (MARCELL. med. 9, 73 PLAC. med. 3, 23 rec. *β*. CASS. FEL. 28 p. 47, 13 [*v. Junel, Stud. 70 sq.*]. GLOSS. masacula. *βρύον*). AMBR. hex. 5, 11, 33 aureum ... vellus aqua nutrit et -am in memorati speciem metalli gignunt litora (*cf.* EVSTATH. Basil. hex. 7, 6, 5 aurosam -am maritimae nutriunt pinnae). PLIN. VAL. 3, 1 aquaticae. ORIBAS. eup. 4, 37 Aa *et* Ab p. 554 maritimam (*om. gr. et* La).

III *arborum* (-am *ἐριόξυλον dicit* VLP. *l. 11. cf. comparationem* PLIN. nat. 13, 90 propior ... huic *arbori liniferae* natura -ae. *nihili est* -a silvestris PALLAD. vet. med. 3, 4. 32, 8 *male intellecto* COLVM. 7, 5, 18): VARRO frg. Serv. auct. Aen. 1, 649 Onesicritos (*134 F 23 Jac.*) ait in India esse arbores, quae -am ferant, item Epicadus in Sicilia, quarum floribus cum dempti sint nuclei, ex his inplicitis mulieres multiplicem conficere vestem. VERG. georg. 2, 120 quid *referam* nemora Aethiopum molli canentia -a velleraque ut foliis depectant tenuia Seres (SERV.: apud Aethiopiam, Indos et Seras sunt quidam in arboribus vermes et bombyces appellantur, qui ... fila deducunt, unde est sericum; nam -am arboream non possumus accipere, quae ubique procreatur. *similiter* SCHOL. Bern.). MELA 3, 62. 63. PLIN. nat. 16, 88 superior pars omnium *arborum* lanuginem ... habet, quae in aliis gentium -a est. MART. CAP. 2, 114 illa herbarum felicium -a, qua indusiari perhibent Indicae prudentiae vates *eqs.* 6, 667 arbores ..., quae -am obducunt instar serici pretiosam (*Plin. nat. 5, 14 et Sol. 24, 8* lanugine). GLOSS. bambacis.

IV *fructuum sim.*: CALP. ecl. 2, 91 sic flore iuventae induimur vultus, ut in arbore saepe notavi cerea sub tenui lucere cydonia -a (MART. 10, 42, 3 dubia est lanugo tibi ...; celantur simili ventura c. -a). MART. 13, 57, 1 Niliacum ridebis holus (*i. colocasiam*) -asque sequaces, improba cum ... fila ... trahes (*cf. 8, 33, 13 et Plin. nat. 21, 87* caule ... araneoso). GREG. TVR. glor. mart. 17 prope ... Hiericho habentur arbores, quae -as gignunt; exhibent enim poma in modum cucurbitarum, ... intrinsecus ... plena sunt -ae *eqs.* ORIBAS. syn. 1, 17, 12 Aa p. 56, 19 Mø. evacuas coloquintidas et ... carnes aut -as eius intra coloquintidas remittes (*v. p. 937, 62*).

in paronomasia c. lac *p. 914, 53. 65. al.*, linum PLIN. nat. 33, 87 GAIVS epit. 2, 1, 5 PAVL. sent. 3, 6, 79. *al.*

deriv.: lanaris, lanarius, lanatus, lanerum, lanester (-stris), laneus, lanitia, lanities, lanitium, lanosus, lanugo, lanula, lanutus.

compos.: lanicus, lanifer, lanifex, lanifica, lanificium, lanifico, lanifricarius, laniger, lanilavius, lanilotor, lanipendens, lanipend(i)a *et* -(i)us, lanipens (*?*), lanoculus. *cf.* altilaneus.

lānāgo *v.* lanugo.

lānāris, -e. *a* lana. *i. q. lanatus*: VARRO rust. 2, 9, 1 pecus pascimus -e. *pro* -rius *p. 916, 3.*

lānārius, -ī *m. et* -a, -um. *a* lana. *-ρις, -ρος p. 916, 3. 25.* GLOSS. *ἐριοπώλης. ἐριουργός.* lanam pectinans. [*1) 'textor lanarum': val.* lînar; *abrut.* lanarə; *francog.* lanier, *dial. pic., wall., loth.; prov. vet.* lanier, *delph.* laniẹ́, *prov.* laniè; *vasc.* laè; *hisp.* lanero. *2) 'ignavus, piger': francog. vet.* lanier (>*sic. vet.* lanieri), *norm.* lanier, *pict.* lâgner. *3) 'falco -us': francog.* lanier (>*it. vet.* laniere, *cat.* llaner); *francoprov. vet., vasc. vet., prov.* lanier, *comit.* ligni. *cf. M.-L. 4876. Battisti-Alessio III 2159. Wartburg V 150 sq. Corominas III 25. sed 2) et 3) huc pertinere negat D. Evans, Lanier (1967), notionem 'ignavus, piger' ad* *lenarius < lenis *revocat Gamillscheg, Etym. Wb. d. franz. Spr.² (1969) 558. G.*] [*pro* lin-: GLOSS.L I Ansil. LA 256. *loco corrupto*: Ps. DIOSC. herb. fem. 21 l. 10.]

1 *pertinet ad lanam tractandam*: **a** *de operariis* (*masc.*): *α nude*: PLAVT. Aul. 508 stat fullo, phyrgio, aurifex, -us (lin- *B¹*); caupones *eqs.* (ARNOB. nat. 2, 38 fullones, -os, phrygiones, cocos *eqs.* EDICT. imp. Diocl. JRSt. 45, 1955, 111 [*cf.* III/IV 21, 1 *περὶ λαναρίων*] *seq.* de fullonibus. FIRM. math. 3, 8, 7. 3, 10, 8. HIER. epist. 53, 6, 2 -i quoque et fullones et ceteri, qui ... vilia opuscula fabricantur). ARNOB. nat. 3, 20 deos ... alios fabros, alios medicos, alios -os, nautas *eqs.* FIRM. math. 8, 19, 12 erit -us (lanatarius *G*), siricarius, textor. DON. Ter. Eun. 455 nomen offensum, ut miles, -us. SCHOL. Iuv. 7, 224 ('qui docet ... lanam deducere ferro'). GREG. TVR. Franc. 7, 14 p. 336, 9 -um ... molinariumque (*antea*: pectinibus insedit lanasque conposuit). CIL VI 9491. 9492. 9493 (= 2364*). 31898 IX 826 XI 6367 XII 4480. 4481. *in serm. graeco*: INSCR. Herm. 7, 1873, 31 *συνεργασία τῶν λαναρίων*. Wiener Denkschr. 54, 2 (1911) p. 112 (*a. 145/6*) *ὁμότεχνον τῶν λαναρίων*. RevA. VI 2 (1933) p. 402 *Βασσιανὸς λανάρις*. SCHOL. Apoll. Rhod. 4, 177 *λανάριοι*. *β cum explicatione*: CIL V 4501 -ri pectinar(ii) sodales (INSCR. NSc. 65, 1940 p. 267 -ri pect. et carminatores). 4504 -ri coa(c)tores (4505. *cf.* VI 9494 [*spur.?*] -us coactiliarius). VI 9669 ⟨negoti⟩atori -o (*cf.* XI 862, 7 negotianti -o). XI 1031 -orum carminator(um) sodalici (*de* GLOSS. carenatoribus: -is [*vol. III 474, 27*] *non constat, v. Lindsay ad* GLOSS.L IV Ps. Plac. c 41). *γ in titulis mutilis*: CIL VI 33869 lanar. INSCR. Afr. Cagnat-M.-Ch. 396 lanari. NSc. 1925 p. 341 lana⟨r(io) carmi⟩natori (*?*).

b *de negotio*: CAPITOL. Pert. 1, 1 ex continuatione -ae negotiationis (*trad.* lign-, *corr. Mommsen coll. 3, 3* tabernam coactiliariam). *f.* -a (*sc. ars*) *pro subst.*: GREG. TVR. Franc. 4, 26 p. 157, 7 erant ... artificis -ae filiae (*vix recte intellegitur mulier, sc. lanifica, vol. II 701, 82. antea*: pauperis cuiusdam).

c *de locis* (*cf.* lanatarius): PASS. Euseb. soc. (BHL 2742) 2 in vico, qui appellatur -us (Lann- *vel* Can- *fere codd., cf. edd. ad l.*). *f.* -a (*sc. taberna vel domus, officina*) *pro subst.*: CIL IX 2226 -as et quae in iis sunt, ... fec(erunt).

2 *pertinet ad genus herbae, sc. struthion*: COLVM. 11, 2, 35 oves Tarentinae radice -a lavari debent, ut tonsurae praeparentur (SCRIB. LARG. 10 *struthion* est r. -a [*inde* MARCELL. med. 1, 10]. CHIRON 252 [Dianaria *Veg. mulom. 2, 6, 7*]. MARCELL. med. 9, 56. Ps. DIOSC. Vind. 2, 163 p. 227, 19 *στρούθιον ... Ῥωμαῖοι ῥάδιξ λανάρα* [*R, σανάρια cett.*], *οἱ δὲ ἕρβα λανάρια*). PLIN. nat. 24, 168 (*cf.* 1, 24, 104) herba -a ovibus ieiunis data lactis abundantiam facit (Ps. DIOSC. herb. fem. 56 [55] *struthion* quidam h. -am vocant ex eo, quod plerique lanam ex ea lavant [*cf.* ISID. orig. 17, 9, 56]).

3 -us *animal quoddam*: POL. SILV. nom. anim. chron. I p. 544, 3 (*inter* nomina insectorum sive reptancium).

cf. lanatarius *et Onom.*

lānātārius, (-a, -um). *e* lanarius *et* lanatus *conflatum.* [*var. lect. p. 915, 80.*] campus -us *i. ad lanarios pertinens*: REG. (= CVRIOS.) urb. p. 93, 1 N. c. -um (lanarium *Huelsen, cf. l. 17*). p. 99, 12 POL. SILV. not. urb. chron. I p. 545.

***lānātus,** -a, -um. *a* lana. *compar.* -ior *l. 69. inde a* LIV., VITR.; *afferuntur omnia exempla praeter l. 59.* [*francog. vet.* lané, *med.* lainé. *cf. Wartburg V 148. G.*] [*e coni. dub.*: CAEL. AVR. diaet. pass. 51 *ut scotomatici* ante oculos tractus ... ₁-os aranearum texti similitudine₁ transire putent (*Rose pro* inlanatas araneorum testis similitudinem, *sed cf. chron. 1, 2, 52* marmorum maculis similes tractus). *corruptum*: GLOSS. III 592, 3 lanalota i. -a.]

I *proprie i. q. lana praeditus, laniger*: **A** *de ornatu naturali*: **1** *animalium, fere ovium*: **a** *ipsorum*: LIV. 22, 1, 13 (*inter prodigia*) capras -as quibusdam factas. COLVM. 7, 3, 2 nisi -as oves emi non oportet (*7* intonsas). 11, 2, 33 pecus -um (PLIN. nat. 17, 188. AVIEN. Arat. 535 in astro -i ... p. [*gr. 238 Κριοῦ, Cic. 10* Aries, *Germ. 240* lanigeri]. orb. terr. 1183 [*Dionys. periheg. 996 μήλοις*]). PLIN. nat. 8, 199 stultissima animalium -a (IVV. 15, 11). *subst.* -ae *i. q. oves*: IVV. 8, 155 -as robumque iuvencum ... caedit. PALLAD. 12, 13, 3 silvestria damnosa -is. **b** *part. corp.*: pellis (GLOSS. *μηλωτή, ἀρναχίς. προβάτιον δέρμα. βαΐτη vel -ης. νάκη*): VITR. 10, 8, 1 p. ... -is involutis *fundulis*. PAVL. FEST. p. 114 in p. -a nova nupta consedere solet. COLVM. 6, 2, 4 laquei, quibus capulantur *cornua iuvencorum*, -is p. involuti sint. SCRIB. LARG. 80 super ... eas *strumas* p. -a non nimium tonsa tegendi gratia inponenda est (*item in re medicinali*: PELAGON. 50 [*cf.* CHIRON 263 VEG. mulom. 2, 7, 1; *Hippiatr. gr. I p. 359, 2 δέρματι ἔχοντι ἐρέαν*]. *al.* CHIRON 463. *et saepius*). VLP. dig. 32, 70, 8 ISID. reg. monach. 13, 1. *alia*: COLVM. 7, 3, 3 ventre *arietis* promisso atque -o. ARNOB. nat. 5, 21 *Iuppiter testiculos arietis* -o exuit ex folliculi tegmine.

2 *fructuum, foliorum*: COLVM. 3, 2, 12 (*inde* ISID. orig. 17, 5, 18) -am ... Aminneam *vitem* ..., quae hoc vocabulum non ideo usurpat, quod sola ex omnibus Aminneis, verum quod praecipue canescit lanugine (PLIN. nat. 14, 22). 3, 2, 17 duae -ae *sc. vites apianae.* PLIN. nat. 15, 48 *mala* in uno Italiae agro Veroniensi nascentia, quae -a appellantur; lanugo ea obducit *eqs.* 21, 147 folia eius *polii* thymo similia tradunt, nisi quod molliora sunt et -iore (-iora *d*) canitie. *subst.* -a *i. q. phlomis herba*: Ps. DIOSC. Vind. 4, 103 p. 258, 19 *φλόμος ἕτερος ... οἱ δὲ λανάτα* (*-αμ H*).

B *de apparatu*: FEST. p. 355 'tutulum': ... quidam pilleum -um ..., quo flamines ac pontifices utaɪtur, eodem nomine vocari *aiunt* (*item* SVET. frg. p. 268, 3. *vix 'ex lana confectum, laneum', cf. p. 930, 76 et* SERV. Aen. 2, 683 'apex' ... dicitur in summo flaminis pilleo virga -a, hoc est, in cuius extremitate modica lana est). MART. 14, 65 tit. soleae -ae (EDICT. imp. Diocl. III/IV 9, 25 Taurinae -ae ['*wahrscheinlich mit Wolle gefüttert*' *Blümner, gr. μαλλωτῶν*]). *subst.* -um (*sc. vestimentum*): PAP. Cairo catal. I 67 006 B, 87 *σίνδιον καὶ λανᾶτα δύο. cf. II 67143 B, 10 περὶ λαναʈίου καὶ στρωμ(άτων).*

II *proverbialiter* pedes -i *i. q. lana impediti, ut vid., incertum qua ratione* (*v. Otto, Sprichw. p. 110 sq. et edd. ad* PETRON.; *sunt, qui afferant Hor. carm. 3, 2, 32* pede poena claudo. *Tib. 1, 9, 4* sera ... tacitis poena venit pedibus): PETRON. 44, 18 dii p. -os habent, quia

[Heine]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

nos religiosi non sumus. PORPH. Hor. carm. 3, 2, 31/2 quod dicitur, deos iratos p. -os habere, quia nonnumquam tarde veniunt nocentibus. *cf. Macr. Sat. 1, 8, 5* Saturnum Apollodorus (*244 F 118 Jac.*) alligari ait ... laneo vinculo ... atque inde proverbium ductum, deos laneos p. habere.

III *tropice i. q. lanae similis*: PLIN. nat. 9, 61 luporum *piscium* laudatissimi, qui appellantur -i a candore mollitiaque carnis (*cf. p. 920, 69*).

deriv.: *λανάτιον? (v. p. 916, 80). cf. Onom. et* lanutus. *Heine.*

focu(s) **lanbron** (*i. λαμπρόν*) PAP. Corp. 277, 6.

***lancea,** -ae *f.* [*cf. λόγχα et fort. hibern.* lāigen '*lancea*' *(ex *lāgīnā?). Sch.*] *de origine: vocem hispanicam esse dicit* VARRO (Gell. 15, 30, 7), *graecam λόγχην* PAVL. FEST. p. 118, *Aetolicam* PLIN. nat. 7, 201. ISID. orig. 18, 7, 5 dicta ... -a, quia aequa lance, id est aequali amento ponderata, vibratur (*cf. l. 29*). *scribitur* -cia *saepe in codd., cf. gr. λαγχία et* PROB. app. gramm. IV 198, 8 -cea, non -cia. NOT. Tir. 77, 63. *de notione*: SERV. *l. 22.* SYNON. Cic. p. 425, 13 ferrum ... telum ... -a. sparus *eqs.* 449, 30 veru ... hasta. -a. vacilla. NON. p. 554, 9 -ae tela sunt non bellica (*affertur* SALL. *l. 34*). ISID. orig. 18, 7, 5 -a est hasta amentum habens in medio. GLOSS. *λόγχη*. III 208, 55 *ξίφος*. *cf.* laga. *de usu*: SERV. auct. Aen. 12, 375 '-a' raro lectum, et est telum missile. *legitur inde a* SISENNA, HIRT:, VERG. *transit in serm. gr. λαγχία.* [*it. vet.* lanza, *it.* lancia (> *sard. mer.* lánča); *raet. occ.* la(u)ntscha, lontscha; *francog.* lance; *francoprov.* lanϑi; *prov. vet.* lansa, *delph.* lāso, *langued.* lanço; *vasc.* lance; *cat.* llansa; *hisp.* lanza (> *sard. centr. et mer.* lántsa); *port.* lança. *cf. M.-L. 4878. Battisti-Alessio III 2160. 2165. Wagner II 11. Wartburg V 151sq. Corominas III 29sq. Machado III 295. G.*] [*falsa var. l. pro* lance *in elocutione q. e.* aequa lance GREG. TVR. Franc. 3, 1 p. 97, 16. 3, 18 p. 120, 1. *cf. l. 14.*]

genus teli missilis, λόγχη (ad rem v. Grosse, RE XII 618sq.):

1 *strictius*: **a** *vario usu*: SISENNA hist. 21 sparis ac -is eminus peterent hostem (SALL. Catil. 56, 3 pars quarta erat militaribus armis instructa, ceteri, ut quemque casus armaverat, sparos aut -as ... portabant. GELL. 10, 25, 2 in historiis veteribus). 29 Galli materibus aut -is configunt (71). HIRT. Gall. 8, 48, 5 -a ... infesta ... femur ... traiecit. VERG. Aen. 12, 375 -a ... rumpit ... loricam. OV. met. 3, 53 *telum Cadmo erat* splendenti -a ferro et iaculum (STAT. Theb. 7, 552 *illud fiet*, ante haec excusso frondescet -a f. APVL. met. 1, 4, 4 -ae f., qua baccillum [*cf. l. 65*] inversi teli ... subit. *cf.* SIL. 1, 539 cuspide [BACHIAR. repar. laps. 8]). 11, 330 -a ... costis immissa. LIV. 10, 26, 11 capita ... -is infixa. 22, 6, 4. 25, 34, 11. 27, 27, 7. 31, 34, 4. SEN. suas. 1, 5 (*verba Cestii*) *Alexander* se ab hac *praeceptoris* urbanitate -a vindicavit (*cf.* LACT. mort. pers. 22 domestici *Christiani* ... -a emendabantur). VELL. 2, 80, 3 cum lacerna eius perforata esset -a. VAL. MAX. 1, 7 ext. 4 -am ... missam. SEN. Thy. 363 militis. benef. 6, 7, 4. dial. 5, 23, 1 -am in convivas torquebat (LVCAN. 1, 210 torta [7, 472]. SIL. 1, 318 impulsa levi torquetur -a nodo [*cf.* 4, 102]. 11, 417 MART. epigr. 11, 4 ANTH. 409, 12. 412, 12. *cf.* SIL. 15, 631 turbine nigro. PRVD. psych. 324 stridula -a torto emicat amento). nat. 1, 1, 14. *al.* CVRT. 6, 1, 15. 6, 5, 26. *al.* LVCAN. 3, 465 nec ... solis excussa lacertis -a, sed tenso ballistae turbine rapta. 4, 201 quā -a dextrā exierit. 7, 140 -a saxo erigitur (*totum pro parte dicitur*). 7, 288 caelum ... tremens cum -a transit, dicere non fallar, quo sit vibrata (librata *var. l.*) lacerto. PETRON. 62, 11, -ā collum eius traiecit. PLIN. nat. 9, 15. 15, 133 *laurus* additur ... militum -is pilisque. VAL. FL. 3, 588 improba Mauri -a. 6, 124 inceptus iam -a temnit eriles *sc. Iazygum senum*. 6, 302. SIL. 4, 618 stat multa in tergo *elephanti* ... -a. *al.* STAT. Theb. 8, 471. 685. 12, 664 silv. 2, 6, 33. 5, 1, 93 FRONTIN. strat. 2, 1, 3. TAC. Germ. 6, 1 maioribus -is utuntur. hist. 1, 79, 4 missili pilo aut -is. 2, 29, 1. 2, 36, 1. 3, 27, 3 PLIN. epist. 1, 6, 1. SVET. Claud. 35, 1 ut speculatores cum -is circumstarent (Galba 18, 1). Dom. 10, 3 *Sallustium Lucullum interemit*, quod -as novae formae appellari Luculleas passus esset. TEST. Galli (CIL XIII 5708) II 23 *inter instrumenta venatoria* (*cf.* APVL. met. 1, 4, 3 venatoriam *ut* AMM. 24, 5, 2). APVL. met. 10, 1, 2 longissimo hastili conspicuam (*cf. l. 39*). TREB. Claud. 14, 6 (*epist. Valeriani*) Herculianas. AVG. loc. hept. 6, 10 p. 616, 15 (*ad Ios. 8, 18*) Gallicanam. SIDON. epist. 4, 20, 3 -is uncatis *Francorum*. THEOD. MOPS. in psalm. 34, 3[a] p. 176, 20 -a, cum de theca sua educitur, nudatur. CIL XIII 3592 Vihansae ... scutum et -am d(onum) d(edit). *al.* **b** *in imag.* (*acced.* quasi *l. 82*): APVL. met. 1, 11, 2 non parvam incussisti sollicitudinem, immo vero formidinem, iniecto non scrupulo, sed -a. TERT. pudic. 7 p. 233, 23 moechiae ... non drachma *est exemplum*, sed talentum, quibus exquirendis non lucernae spiculo [lumine], sed totius ⟨solis⟩ -a opus est. HIER. in Ioel 3, 7 sq. p. 983[A] *filii ecclesiae* habent scutum et -am veteris et novi testamenti. adv. Rufin. 2, 7 p. 428[C] grandi diabolus -a percutitur *inepto Rufini impetu* (*ironice dictum*). 2, 10 p. 431[B] o infelices animas, quae tantis vitiorum -is vulnerantur. psalt. sec. Hebr. 55, 22 molliores sermones eius *amici perfidi* oleo, cum sint -ae (*gr. βολίδες, Itala et Vulg.* iacula), 57, 5 dentes eorum *hominum* -a (*gr. ὅπλον, Itala et Vulg.* arma) et sagittae, et lingua eorum gladius. VVLG. num. 33, 55 *hostes* qui remanserint, erunt vobis quasi -ae in lateribus (*Lugd.* bolides). sap. 5, 21 *homo iustus* acuet ... iram in -am (*gr. aliter*). PETR. CHRYS. serm. 83 p. 434[B] ad discipulos *timidos post Christi obitum congregatos* poena dominicae transierat passionis, et non solum lateribus eorum, sed et cordibus doloris lancea tota figebatur.

2 *latius de aculeo insecti*: TERT. anim. 10, 5 personant culices ...; tubam pariter et -am (hiantiam *var. l. vix recta*) oris illius ostende (adv. Marc. 1, 14 p. 308, 12 muscae spicula, culicis et t. et -am).

de -a *pro abl. instrum.*: COMM. apol. 558 percussus de -a (ITIN. Anton. Plac. rec. A 22 p. 174, 12 = rec. B p. 206, 7. *cf.* BREV. de Hier. p. 153, 11 -a, unde p. est).

in parechesi c. lingua: AVG. serm. 161, 5, 5 ab illo *in corpus tantum saeviente* occidi non potest *homo*, a te *animam interempturo* potest, non -a, sed l.

deriv.: lancearius, lanceator, 2. lanceatus, lanceo, lanceola.

lanceārius, -ī *m. et* -a, (-um). *a* lancea. *scrib.* -cia- *in omnibus inscr.* (*cf.* CIL VI 32964 laciear-), *saepe in codd.; v. etiam l. 16.* -arorum CIL VI 32965. *gen. pl.* -rium *l. 34.* *inde ab* AMM. *transit in serm. gr. λαγχιάριος.* [*francog.* lancier (> *it.* lanziere, lanciere, -o); *prov. vet.* lancier; *cat.* llancer; *hisp.* lancero; *port.* lanceiro. *cf. M.-L. 4880. Battisti-Alessio III 2160. Wartburg V 152. Corominas III 29sq. Machado II 1295. G.*]

nomen generis militum (*cf.* GLOSS. II 362, 24 *λογχοφόρος* -us. LYD. mag. 1, 46 *λαγχιάριοι· ἀκοντοβόλοι. ad rem v. Grosse, RE XII 621sq.*): **1** *subst.* (*iuxta vocem* miles *l. 33*): AMM. 21, 13, 16 cum -is et mattiariis (*v. vol. VIII 491, 31sqq.*). VVLG. act. 23, 23 parate milites ... et equites ... et -os (*gr. δεξιολάβους* [*-βόλους var. l.*], *Itala cod. h* pedites). Ps. RVFIN. Ios. bell. Iud. 3, 120 pedites equitesque necnon et -os (*gr. λογχοφόρους*). NOT. dign. or. 5, 2 (42) -i seniores (CIL XII 673). 6, 7 (47) -i iuniores (9, 16 [38]. *cf. l. 34*). 8, 12 (44) Stobenses. 9, 14 (36) Augustenses. *al.* (*locos congessit Seeck in ed. sua p. 324*). AVELL. p. 34, 17 *virum sanctum quendam* raptum per -os. CASSIOD. hist. 6, 35, 1 millenarius erat circa palatia constitutus dux -orum (*Theodoret. 3, 16, 1 χιλίαρχος ... λογχοφόρων ἡγούμενος*). CIL III 6194 lectus in sacro comit(atu) -us. VI 2759 militavit legione Moesiaca ..., inter -os, in praetorio *eqs.* 2787 mil(es) -us (INSCR. Arch. Anz. 30, 1915 p. 241 n. 16 pedatura militum -um iuniorum). 32964. 32965 aeq(uiti) ex numero -orum; mil(itavit) ... i(n) scola aequitum (*cf. l. 38*). **2** *adi. i. q. lancearіis exercendis sim. destinatus*: CIL VI 32943 in prima *legione* ... mil(itavit) ..., in und(ecima) ..., in -a (*sc. schola, cf. l. 35*) *eqs.* *potius per appositionem l. 33.*

lanceātor, -ōris *m. a* lancea. *scrib.* -cia-. *i. q. vir lancea armatus*: LIB. geneal. chron. I p. 169, 183[a] Tharsis *filius Lotham filii Iapheth*, id est gladiator (-r *var. l.*). 169, 183[b] *de eodem* -r. 169, 195 Thyras *ultimus filius illius Iapheth*, id est -r (sagittarius *var. l.; Hier. nom. hebr. p. 11, 18* timens sive rediens ad superfluum).

1. lanceātus *v.* lanceo.

2. lanceātus, -a, -um. *a* lancea. *i. q. cuspide lanceae praeditus* (*ad vertendum hebr.* ḥ[a]nît): VVLG. II reg. 23, 7 armabitur ferro et ligno -o.

lancella, -ae *f.* *a* lanx *deminutive, cf.* lancicula, lancula. [*neap., abrut.* lanǧellə, ranǧellə, runǧiellə, *apul.* ranǧeḍḍə, *sic., calabr.* lančeḍḍa; *suffixo mutato: abrut.* (la)ngòlə. *cf. M.-L. 4881. Battisti-Alessio III 2160. G.*]

i. q. lanx parva: AVG. serm. coll. Morin 1930 p. 197, 1 'da mihi aliquid vini ...' et ille 'do, veni ...'; ille urnam adtulit et dixit: 'ut iusseras', et ille 'ego putabam te allaturum unam -am ..., revoca vas maius ... et affer aliquid breve'.

lanceo, -āre. *a* lancea. [*it.* lanciare, *sic.* lantsari; *sard. centr.* lanϑare, laϑϑare, lantare, *mer.* lantsai; *francog. vet.* lancier, *francog.* lancer *variis notionibus, dial. wall., pic., norm., loth.; francoprov.; prov. vet.* lansar, *prov., alvern., vasc.* lansá; *cat.* llansar; *hisp.* lanzar; *port.* lançar. *cf. M.-L. 4879. Battisti-Alessio III 2160. Wagner II 11. Wartburg V 153sqq. Corominas III 29sq. Machado II 1295. G.*] [*falso trad.* DIFF. gramm. suppl. 282, 18 sq. -at *pro* lancinat.]

i. q. lancea percutere (DIFF. ed. Beck p. 66 lancinat, qui ...; lanciat, qui veru versat [lancinat qui levius vexat *trad., corr. Bährens*]): TERT. *p. 919, 75 loco non satis perspicuo.* FIRM. math. 8, 20, 6 -ti morientur (8, 27, 5 -tus morietur. 8, 29, 7 *item*). AVG. serm. coll. Morin 1930 p. 617, 24 *Christus voluit* crucifigi, -ari (lancea percuti *corrector codicis*) et mori. Ps. AVG. serm. 217, 3 (*loq. Iudaei*) si non dubitamus magistrum (*Christum*) -are, non debemus dubitare Stephanum lapidare.

lanceola, -ae *f.* *a* lancea *deminutive.* *scrib. in codd. etiam* -cio-. *transit in serm. gr. λαγχιολα p. 919, 1.* [*port.* lançó. *cf. M.-L. 4883. Machado II 1295sq. G.*]

i. q. lancea parva (GLOSS. Loewe, Prodr. 415 modica lancea): **1** *strictius*: GROM. p. 326, 1 *casa quaedam* in scamnum iacet per iugum in -am (*i. ita, ut -ae similis sit*). APVL. met. 8, 27, 2 tunicas albas in modum -arum quoquo versum fluente purpura depictas. CAPITOL. Maximin. 30, 2 -a *pueri* sic fissa est fulmine, ut tota etiam per ferrum finderetur. TREB. Claud. 8, 5 (*epist. Claudii*) spatis et -is *Gothorum devictorum* omnia litora operiuntur. ANON. Vales. 13, 78 ut ei *sectam Eunomianam secuturo* in ecclesia clamaretur 'in trinitatem -am non (*B, om. P*) mittis'. VVLG. III reg. 18, 28 incidebant se ... cultris et -is (*hebr.* r[e]maḥîm). *v. etiam s. v.* laureolum.

2 *latius significatur herba*: Ps. DIOSC. Vind. 3, 144 p. 153, 16

[B.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

λογχῖτις· . . . Ῥωμαῖοι βενέρικαμ, οἱ δὲ λαγκίολα (λανκ-, λακ-, λαμ- *var. ll.*).

deriv.: lanceolatus.

lanceolātus, -a, -um. *a* lanceola. [*a fem.: francog.* lancelée, *norm.* ancerée, anselée, *pict.* mainsolée, naincelée. *cf. Wartburg V 158. G.*] *i. q. lanceolis ornatus* (*cf. p. 918, 77*): LYD. mag. 2, 4 (*de vestibus principis*) χλαμύσι . . . λαγκιολάταις ἀντὶ τοῦ . . . λογχωταῖς.

lancia, lanciārius, lanciātor *v.* lancea, lancea-.

lancicula, -ae *f.* *a* lanx *deminutive, cf.* lancella, lancula. *i. q. lanx parva*: ARNOB. nat. 2, 23 -a *inter res usus cotidiani.* *B.*

lancinātio, -ōnis *f.* *a* lancinare. *i. q. actus lancinandi*: SEN. clem. 2, 4, 2 nullum *genus insaniae* certius quam quod in caedes hominum et -es (laniationes, lamentationes *var. ll.*) pervenit.

lancinātor, -ōris *m.* *a* lancinare. *i. qui lancinat*: PRVD. perist. 10, 1057 quid maximorum -es gregum eviscerata carne crudos criminor?

lancino, -āvī, -ātum, -āre. [*cf.* lacer (*q. v.*). *Sch.*] *de origine, notione, differentiis*: GLOSS.^{L} I Ansil. LA 271 (*al.*) -verunt: lacesserunt. IV Plac. LA 31 -o est lanio frequenter (*item* GLOSS. V 80, 5. 112, 7), per lances dividere (*cf. infra l. 72*). GLOSS. -at: καταχνίζει. multum laniat. vellicat vel trucidat (V 505, 15 v., t., aperit [*obscurum*]). *al. addas p. 824, 32. discernitur a* laniare *et* lacerare *p. 931, 13 sqq. scrib. in codd. saepe* lacin-. lacinio: GLOSS. *p. 824, 36.* NOT. Tir. 70, 53 -at. *legitur inde a* CATVLLO, SEN. *rhet.*, CELSO, SEN. *trag., philos.* [*confunditur in codd. saepe c.* lacerare, laniare, *v. infra.* -tas *deterior var. l. pro* dilancinatas: SOL. 27, 22. *restituendum esse vid.* -at *pro* lanceat: DIFF. gramm. suppl. p. 282, 18 sq.]

i. q. lacerare, discerpere sim.: **1** *corporaliter*: **a** *-antur res* (*cf. infra l. 68. 71*): CATVLL. 29, 17 paterna prima -ta sunt bona *a Mamurra*, secunda praeda Pontica *eqs.* PLIN. nat. 4, 19 tot sinus Peloponnesi oram -ant, tot maria adlatrant. TERT. nat. 2, 7, 5 decreta eorum *regum* ⟨et titu⟩los -atis, imagines detrahitis *eqs.* SYMM. epist. 1, 64, 1 quot auri . . . fuit direptione hostium -tum. GLOSS.^{L} III Abstr. LA 19 (*al.*) '-ta cute': osculis mordacibus laceratum (*terminationibus non congruis. 'Apuleium te audire putaveris' Loewe, Gloss. nom. 155*). **b** *-antur animantia vel partes corporum* (*anima l. 65*): SEN. contr. 2, 5, 6 (*verba Iuni Gallionis*) seca, verbera, oculos (*vix sanum, coni. alii alia*) -a, fac iam *eqs.* (-a faciem *T*). CELS. 1 prooem. 42 mortui . . . viscus omne in conspectum -antis (*Guilandini cod. teste Targa, coniecerat Hey, ALL 11, 1900, 36*; latrocinantis *ceteri codd.*) medici dari. SEN. Thy. 778 -at natos pater artusque mandit. dial. 3, 2, 2 ira . . . alium intra leges . . . -vit *eqs.* (5, 19, 5 gentes totas -at). 5, 40, 4 (*loq. Augustus ad Vedium*) e convivio rapi homines imperas et novi generis poenis (*sc. a murenis*) -ari. 10, 13, 6 (*loq. Pompeius de novo genere spectaculi*) depugnant? parum est; -antur? parum est; ingenti mole animalium *sc. elephantorum* exterantur. nat. 1, 16, 3 (*de Hostio Quadra*) portentum illud ore suo -andum (lacerandum, lenocinandum *var. ll.*). PLIN. nat. 8, 33 *dracones* mollissimas -ant (laniant *var. l.*) partes *elephantorum.* 9, 13 *orcae* gravidas *ballaenas* -ant morsu (SOL. 45, 11 ab equo . . . calcibus m.que est -tus [laceratus, laniatus *var. ll.; Plin. nat. 8, 156* confectum]). 10, 181 feminas *sues* in tantum efferari, ut hominem -ent (lacerent *var. l.*). 11, 116 est volucre canibus peculiare suum malum, aures maxime -ans (lanians *var. l.*). FLOR. epit. 2, 9, 26 Baebium sine ferro ritu ferarum inter manus -tum (laniatum *var. l., Aug. civ. 3, 27 p. 141, 4 D.* laniantium manus). TERT. coron. 14 l. 22 quae (*sc. contumelia, dedecoratio, saevitia*) . . . domini tempora foedaverunt et -verunt. resurr. 8 p. 37, 15 *caro captivi* cubilibus vincta ipsisque stramentis -ta, cum . . . omni tormentorum machinatione laniatur. SOL. 15, 13 Essedonum mos parentum . . . corpora . . . dentibus -are (laniare *var. l.; Mela 2, 9* laniata). 40, 25 ciconiae . . . eam, quae ultima advenerit, -ant (laniant *var. l., Plin. nat. 10, 62* lacerant). ARNOB. nat. 1, 36 membratim. 2, 77 quibus *cruciatibus* corpora -atis et divexatis. PRVD. perist. 10, 460 hoc omne, quidquid -amur (laniamur *var. l.*), non dolet. CYPR. GALL. exod. 914 si . . . pecus . . . rabies . . . luporum -at *eqs.* (lacerat *var. l., cf. Vulg. 22, 13* comestum). APON. 4 p. 82 ne . . . accipitrum daemonum ungulis -etur (lanietur *edd.*) *anima*, ostenditur ei via. MART. BRAC. ira 9 insanire videtur, si quis canem, a quo morsus est, -et (*Sen. dial. 5, 27, 1 aliter*).

2 *incorporaliter*: SEN. epist. 32, 2 diducimus illam *vitam* in particulas ac -amus. TERT. adv. Marc. 1, 1 p. 291, 22 verus Prometheus deus omnipotens blasphemiis -atur *a Marcione.* ARNOB. nat. 2, 8 credulitatem *Christianorum* facetiis iocularibus -are.

in lusu verborum obscuro (*derivationem verbi a* lanx [*cf. supra l. 19*] *subesse coni. Hoppe, Synt. u. Stil d. Tert. 118*): TERT. adv. Marc. 3, 13 p. 396, 12 (= Ps. TERT. adv. Iud. 9, 6) barbaricae gentis infantes in proelium erumpunt . . ., qui ante norint lanceare quam -are (*ibid.*: ante militare quam vivere).

deriv.: lancinatio, lancinator.

compos.: dilancino. *van Wees.*

1. lancio *v.* lanceo. **[2. lancio** *v. p. 851, 13.***]** **lanciola, lanciolātus** *v.* lanceo-. **lancis,** *?* **lancium** *v.* lanx. **lancla** *v.* lancula. **lancterna** *v.* lanterna.

lancula, -ae *f.* *a* lanx *deminutive* (*aliter* VARRO), *cf.* lancella, lanciola. lancla GLOSS. (*v. infra*), *cf. gr.* λάγκλα. langula VARRO, GLOSS. (*v. infra*).

i. q. lanx parva (GLOSS. II 408, 48 πλάστιγξ lanx, planx, -a. III 453, 70 lancla λεκάνη [485, 29 l. λ. i. parva lanx]. IV 316, 56 catinus: lanx, -a): VARRO ling. 5, 120 (*inter vasa*) -am . . . latitudine finxerunt. VITR. 10, 3, 4 *trutinae* caput, unde -a pendet.

landīca, -ae *f.* [*orig. inc. Sch.*] *scrib.* len- GLOSS. *semel. mensuram firmat Cic. fam. 9, 22, 2, ubi* -am *subauditur in vocibus* illam dicam. [*val.* lindic (*?*); *francog.* landie, *anglonorm.* laindie. *cf. M.-L. 4886. Wartburg V 159. G.*]

pars corporis muliebris, νύμφη, κλειτορίς (GLOSS. ἐσχαράδιν): CIL XI 6721, 5 (*s. I med. a. Chr., glandi plumbeae inscriptum*) peto ⟨la⟩ndicam Fulviae. CIC. *v. supra.* PRIAP. 78, 5 *puella* misella -ae (-es *codd.*) vix posse iurat ambulare prae fossis (*i. rugis ligurriendo factis, ita ut -a nimis crassa facta sit*). SORAN. p. 9, 6 a superiore parte *labrorum* descendens in mediis dicta est -a ([*p. 12, 19 Ilb.* νύμφην]. CAEL. AVR. gyn. 1, 13). p. 106, 1 de inmoderata -a, quam Graeci yos nymfin appellant (*cf.* CAEL. AVR. gyn. 2, 112 de immodica -a: quibusdam -is horrida comitatur magnitudo).

deriv.: landicosus.

landīcōsus, -a, (-um). *a* landica. *i. q. magna landica praeditus*: INSCR. Pomp. Della Corte, Case ed abitanti . . .[2] 723^{b} Eupl(i)a laxa, -a. *B.*

lānerum (lav- *codd. potiores*) vestimenti genus ex lana sucida confectum PAVL. FEST. p. 118. *a* lana.

[lānēsco *falso traditum vid. pro* can- ISID. orig. 17, 5, 18 (*emendatur ex Colum. 3, 2, 12*).**]**

lanesta *v.* lanista.

(lānester *vel* **-stris),** -e. *a* lana. *i. q. ex lana confectus*: VOPISC. Aurelian. 29, 1 fuisse in templo Iovis . . . Capitolini pallium breve purpureum -e.

ˣlāneus, -a, -um. *a* lana. GLOSS. III 193, 26 ereum (*i.* ἐρεοῦν): -um. *inde a* PLAVTO, VARRONE, CATVLLO, CIC. [*pedem.* laηña, lani, *cors.* lanniu; *francog.* lange, *dial. wall., occ.; francoprov.; delph.* landzo, *prov.* langi, lani; *port. vet.* lanio. *cf. M.-L. 4888. Wartburg V 159 sq. Machado II 1279. G.*] [*restituitur* lancea FRONTO p. 122, 19 v. d. H. (p. 128 N.).]

1 *proprie*: **a** *i. q. ex lana confectus vel constans*: PLAVT. Mil. 1178 habeas . . . scutulam ob oculos -am (*1430* lanam). VARRO Men. 325 -a tracta. ling. 5, 130 vestis a vellis . . .; -⟨e⟩a (*vix pro subst.*) ex lana facta (HIER. vir. ill. 2 *Iacobus* v. -is non utebatur, sed lineis [*vertitur Hegesippi* ἐρεοῦν, *idem* RVFIN. hist. 2, 23, 6 -o . . . indumento]. *cf.* vestimentum *l. 60 et* VLP. dig. 34, 2, 23, 1. *al.*). CATVLL. 64, 316 -a . . . haerebant morsa labellis *Parcarum.* CIC. nat. deor. 3, 83 *Dionysius Iovi* -um pallium iniecit (*inde* VAL. MAX. 1, 1 ext. 3). VERG. georg. 3, 487 infula (*cf.* PAVL. FEST. p. 113 'infulae' sunt filamenta -a). HOR. sat. 1, 8, 30 -a et effigies erat, altera cerea *eqs.* (PAVL. FEST. p. 121). PROP. 3, 6, 30 cincta . . . funesto -a vitta toro (OV. fast. 3, 30). 4, 6, 6 orbis. PAVL. FEST. p. 115 coronarum. FEST. p. 360 'taenias' . . . sic interpretatur Verrius, ut dicat ornamentum esse -um capitis honorati. SVET. Aug. 82, 1 thorace. PAVL. dig. 41, 1, 26 pr. nec lana vestimento facto *maneret,* sed . . . -um corpus fieret (RVFIN. Adamant. 5, 16 p. 207, 15 in -⟨o⟩ c., quod coactile dicitur [*gr.* ἐρίων]. *cf. p. 914, 8*). *et saepius.* *n. pro subst. i. q. vestimentum -um* (*usu non satis confirmato, ubi* vestimentum *praecedit*): TERT. scorp. 12 p. 174, 8 Eseias ex russeo et coccino niveum et -um repromittit (*Is. 1, 18* velut lana alba erunt *peccata. antea affertur Itala apoc. 7, 14* laverunt vestimentum suum *eqs.*). ITALA lev. 13, 48 (Aug. quaest. hept. 3, 49) aut in lana aut in lineis aut in -is (*gr.* ἐν τοῖς ἐρεοῖς, *om. Lugd. et Vulg.; cf.* AVG. *ad l.* quodlibet -um . . . generaliter de omnibus rebus -is . . . dicere voluit. HESYCH. *ad l.* p. 948^{D} -um: eremi philosophia. *ibidem* 47 in vestimento -o). deut. 22, 11 (Lugd.) non indueris monstruosa, -a et lino in ipso (*gr.* ἔριια, *Vulg.* vestimento, quod ex lana . . . contextum est). VVLG. *p. 930, 23.* **b** *i. q. lanugine ornatus, lanatus*: PLIN. nat. 19, 32 Theophrastus auctor est esse bulbi genus . . ., cuius . . . esse -am naturam, ex qua . . . vestes . . . conficiantur (*hist. plant. 7, 15, 8* ἔριον). PHYSIOGN. 85 p. 114, 15 qui virilia habent magna -aque. ISID. orig. 15, 1, 57 vocatum . . . Mediolanum ab eo, quod ibi sus medio -a perhibetur inventa (*cf. p. 930, 65*). **c** *i. q. ad lanam pertinens*: SCHOL. Verg. Bern. ecl. 8, 77 'ternos colores': id est -os colores (lanae c. *Philarg.*).

2 *tropice de mollitia i. q. lanae similis*: CATVLL. 25, 10 -um latusculum manusque mollicellas *cinaedi.* MART. 13, 89, 1 -us . . . lupus *piscis* (*cf. p. 917, 6*). CASSIOD. in psalm. 147, 17 l. 106 ('nivem sicut lanam') in -am mollitiem.

3 *proverbialiter*: MACR. *p. 917, 4.*

cf. altilaneus. *Heine.*

langa, -ae *f.* *orig. inc., cf.* langurus (*?*). *nomen bestiae*: PLIN. nat. 37, 34 *electrum* Demostratus lyncurium vocat et fieri ex urina lyncum bestiarum . . .; alios id dicere langurium et esse in Italia bestias languros (-rios, -rias, longoros *var. ll.*); Zenothemis -as vocat easdem et circa Padum iis vitam adsignat. *B.*

langē- *v.* langue-.

langōn, *acc. sg.* -ona, *pl.* -onas *m.,* λαγγών, -όνος. SCHOL. Verg. Veron. georg. 2, 93 ('lageos') -on (*desideratur inf. velut* λαγγάζειν) est iuxta dialecticos pedibus infi⟨rmis stare⟩ ac per ebrietatem ruere, unde et pigros vel otio deditos -onas vocarunt. *cf. Onom.*

[Pecere]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

langor *v.* languor.

languēdo aegritudo GLOSS. II 585, 42. effeta: . . . languedine enervata GLOSS. V 288, 39. *a* languere. *falso scrib.* -uid- *utroque loco.*

languēfacio, -ere. *a* languere *et* facere. *i. q. languidum reddere*: CIC. leg. 2, 38 *vis variorum sonorum* et incitat languentes et -it excitatos.

languēns *v. p. 922, 71.*

***langueo** (-u̯-), -guī, -ēre. [*cf.* laxus *et ad* n *infixam gr.* λαγγάζω *(ἀντὶ τοῦ ἐνδίδωσιν Bekkeri Anecd. gr. 106) sim. Sch.*] *scribitur* -gue- *in titulis et saepe in codd.*, -ge- *hic illic in codd. perf.*: -ui (*cf.* PROB. cath. gramm. IV 34, 2 [= SACERD. gramm. VI 485, 10] -ueo, -ui. PRISC. gramm. II 477, 15 'liqueo, licui' et -ueo, -ui pares habent in praeterito et in praesenti syllabas, corripiunt enim paenultimas praeteriti idque usus comprobat [*affertur Ov. met. 6, 291* relanguit *quadrisyllabum*]. *cf. de huiusmodi verbis Leumann, Studi ling. in onore V. Pisani 637 sqq.*): MIRAC. Theclae 5 multis annis -uit; *cetera exempla, sc. in quibus vis inchoativa excludi nequit, v. s.* languesco. lanxit: CIL III 13382 (*post* vixit; *inepte refert ad* languesco *et interpretatur 'mortuus est' Banta, Abweich. Perfektbild. 43*). *part. praes. abl. sg.* -enti (-ente *saepe*): CATVLL. 64, 99 CAEL. Cic. fam. 8, 13, 2 OV. met. 12, 318 GERM. 344 SEN. Herc. O. 975 Med. 727. *gen. pl.* -entum PRVD. apoth. 683 (-entium *saepe*). *tertiae coniug.*: COMM. instr. 1, 26, 16 -is *et hic illic var. ll. in codd.* GLOSS. -uo, -it. *quartae coniug.* -uire PS. SORAN. epit. 35. NOT. Tir. 112, 21 -et. GLOSS. *νωθρεύομαι.* -it: deficit, torpet. *alias explicationes v. sub 1 b. legitur inde a* LVCIL., ACC., CIC. [*val.* lînji; *it.* languire, *pedem.* laŋgi; *francog.* languir, *dial. wall., pic., norm., occ., loth., francoprov.: prov. vet.* languir, *prov., langued., alvern.* langui; *port.* languir. *cf. M.-L. 4889. Battisti-Alessio III 2163. Wartburg V 161 sq. Machado II 1297. G.*]

i. q. viribus destitutum esse, marcere sim.: **1** *-ent animantia*: **a** *in univ.*: **α** *partes corporum*: ACC. trag. 612 Thessala somno pectora -entque senentque (STAT. Theb. 10, 132 *Iuno* increpitans -entia p. *Iovis* dextra). CATVLL. 64, 99 quantos illa tulit -enti corde timores (VAL. FL. 1, 315 fortia -ent corda patrum). LVCR. 3, 947 corpus iam marcet et artus confecti -ent (*cf.* 5, 1008 membra [6, 797 LYGD. 5, 28 SIL. 1, 503. 10, 274. 11, 418 STAT. Theb. 6, 589. *v. et infra l. 82*]). CAEL. Cic. fam. 8, 13, 2 stomacho est . . . nunc ita -enti, ut vix id, quod sibi placeat, reperiat (CELS. 3, 6, 10 *opp.* firmus. 3, 19, 1). CIC. div. 1, 60 cum dormientibus ea pars animi, quae . . . rationis sit particeps, sopita -eat (*cf.* SEN. suas. 5, 1 animus [VAL. MAX. 6, 4, 1 HOMER. 664 IVV. 6, 365[18]. *al.*]). VERG. Aen. 11, 874 laxos referunt umeris -entibus arcus. HOR. epod. 8, 18 fascinum (*cf.* MART. 12, 97, 6 mentula). OV. epist. 18 (17), 161 bracchia. met. 12, 318 -enti . . . manu (SEN. Herc. O. 975. *cf.* LVCAN. 3, 326 dextra [VAL. FL. 4, 40]. SIL. 6, 38 palmis). SEN. contr. 9, 2, 7 oculos (*cf.* LVCAN. 4, 169 lumina [VAL. FL. 4, 388 SIL. 12, 250. 13, 641]. PAVL. NOL. carm. 18, 461 acie). LVCAN. 3, 737 caput labens et iam -entia colla (8, 678). STAT. Theb. 1, 546 ora *Gorgonis occisae* (5, 502). **β** *ipsa animantia*: LVCIL. 400 qui in latrina -et. CIC. Pis. 82 -et iuventus nec perinde atque debebat . . . versatur. Phil. 1, 12 cum . . . e via -rem et mihimet displicerem. de orat. 1, 202 -entem labentemque populum (2, 35 -entis populi incitatio et effrenati moderatio). 2, 186 facilius est . . . currentem, ut aiunt, incitare quam commovere -entem. ac. 2, 6 in eo *otio* . . . hebescere et -ere nolumus (*cf.* nat. deor. 1, 67 otio). Tusc. 2, 5 ut . . . laudem iam -enti Graeciae eripiant. 4, 51 consulem. Att. 4, 15, 7 *ante comitia habenda* Messalla -et, non quo aut animus desit aut amici, sed coitio consulum ⟨et⟩ Pompeius obsunt (*cf. ad Q. fr. 1, 15 [14], 4* M. flaccet). 10, 8, 6 ipse *Caesar* per se etiam -entibus nobis concidat. fam. 10, 28, 2 senatum . . . iam -entem et defessum ad pristinam virtutem . . . revocavi. LVCR. 4, 36 sopore. 5, 1146 genus humanum defessum . . . ex inimicitiis -bat. 6, 1221 -bant pleraque morbo (VERG. georg. 4, 252). *al.* CAES. civ. 2, 14, 1 nostris -entibus atque animo remissis. SALL. Catil. 43, 3. 52, 18. CVLEX 93 -entia corpora somno. HOR. epod. 12, 14 Inachia -es minus ac me . . ., mihi semper ad unum mollis opus. epist. 1, 20, 8 (*ad librum*) in breve te cogi, cum plenus -et amator. TIB. 2, 6, 49 saepe, ubi nox promissa mihi est, -ere puellam nuntiat *lena*. 3, 10, 13 (*1* morbos) quod -eat illa, dixit in aeternos aspera verba deos. LYGD. 4, 22. PROP. 2, 22, 27 *Iuppiter Alcmenae concubuit* nec tamen idcirco -ens ad fulmina venit. 2, 34, 59. OV. am. 3, 7, 27 num mea Thessalio -ent devota veneno corpora? ars 2, 692 *puella voluptatibus fatigata* -eat. PAVL. FEST. p. 75 halonem, id est hesterno vino -entem. PHAEDR. 5, 10, 3 canis . . . -ere coepit annis ingravantibus. *al.*

b *c. respectu morbi levioris, fere i. q. infirmum esse* (*cf.* AVG. civ. 13, 11 p. 570, 13 D. qui in languore sunt, -entes *dicimus. praevalet part. praes. fere pro subst., saepe numero plurali. nonnulla exempla sub a allata huc vergere videntur, velut l. 61. 66; congessimus hic exempla certiora*): **α** *proprie*: OV. am. 2, 2, 21 *puella* ibit ad adfectam, quae non -bit, amicam: visat et indiciis aegra sit illa tuis *sc. custodis* (PETRON. 101, 10 visere -entem. *cf.* HIER. epist. 52, 3, 2 visitatio -entium. 52, 15, 1 visitare *ut* 60, 10, 5). AVG. imp. epist. Suet. Tib. 21, 7 attenuatum te esse . . .; si te -ere audierimus *eqs.* SEN. clem. 1, 5, 1 parcendum . . . inprobandis civibus non aliter quam membris -entibus. COLVM. 9, 5, 3 quae -entibus adhibentur. 9, 5, 6 sunt . . . remedio -entibus cytisi. 12, 3, 8 ut . . . salubria -entibus praebeantur *valetudinaria*. 12, 11, 2 SCRIB. LARG. praef. p. 3, 12. CE 1035, 4 (*s. I, ut vid.*) septima -enti summaque visa dies. MART. 5, 9, 1. PS. QVINT. decl. 8 *saepe*. CE 1551 D, 1 (*s. II*) -entem . . . dum flet Pomptilla maritum. POMPON. dig. 38, 1, 34 dum -et libertus, patrono operae . . . pereunt. TERT. anim. 24, 5 si -enti *leoni* theriacam composuerit. coron. 8 l. 13 meminit . . . Esaias (*38, 21*) Ezechiae -enti aliquid medicinale mandasse. adv. Marc. 4, 11 p. 449, 21 medicum, ad quem pertinent qui -ent. patient. 1 p. 1, 17 -entium, qui cum vacent a sanitate *eqs.* pudic. 9 p. 237, 16 medicus -entibus magis quam sanis necessarius. GARG. MART. 92. 145 VOPISC. Aurelian. 19, 3. HIER. epist. 39, 2, 8 (*opp.* sanus sum). PAVLA Hier. epist. 46, 2, 2 holera, -entium cibos (*cf. Rom. 14, 2* infirmus, *ubi gr. ἀσθενῶν*). *al.* **β** *in imag. et translate, maxime de haereticis*: ITALA I Tim. 6, 4 (Tert. adv. Marc. 1, 8 p. 292, 20. *al., cf.* VVLG.) si quis . . . non acquiescit sanis sermonibus . . ., superbus est, nihil sciens, sed -ens circa quaestionem (Ambr. in psalm. 118 serm. 7, 9, 2 *al.* languescens, *gr. νοσῶν περί c. acc.*). HERM. Pal. (= vulg.) sim. 9, 23, 2 in fide -ent. HIL. in Matth. 7, 6 quod in eo *Petro* ante -bat, dei verbo invalescens ministerio tamquam publico salutis operatum est. FILASTR. 138, 4 -enti saeculo in fine plus contulit medicinae *deus*. PELAG. in Tit. 2, 8 ('verbum sanum') nullius adulationis accessione -ente[m] (*pro* -ens). RVFIN. apol. Orig. 1 p. 554[C] philarchiae morbo -entes. SVLP. SEV. chron. 2, 40, 6 morbo quodam (*sc. haeresibus*) ecclesiis -entibus. *al. dubitanter huc referamus*: EVSEB. EMES. serm. 19, 11 salvati sunt tunc et David . . . et tres pueri . . . propter infirmitatem illorum, qui adoraverunt imaginem . . .; mirabilia facta sunt in -entibus locis (*fort. significantur amphitheatra sim., quae pagani fide christ. carentes frequentant*): quidam a feris salvati sunt, quia -bant loca (*pro ipsis spectatoribus, ni fallimur*), a quibus et passio martyrum agitabatur.

2 *-ent res*: **a** *actiones, affectus sim.*: **α** *varia exempla*: LVCR. 4, 765 meminisse (*pro subst.*) iacet -etque sopore. 4, 1124 officia *amantium*. CIC. off. 1, 133 sine contentione vox *Catulorum* nec -ens nec canora. 3, 3 nec eam solitudinem -ere patior, quam mihi adfert necessitas. AETNA 164 conceptae -ent vires animosque remittunt. OV. ars 2, 436 amor (SIL. 14, 182). Pont. 1, 4, 3 iam vigor et quasso -ent in corpore vires. GERM. 77 illis *extremis Ophiuchi stellis* -et honos, umeris manet integer ardor. VAL. MAX. 3, 8, 3 fax tribunicia, quae temeritatem eius ruentem comitaretur et -entem . . . inflammaret. 4, 3, 14 Epiroticis armis -entibus (HOMER. 507 spes exacuit -entia militis arma). PHAEDR. 3 epil. 15 -entis aevi dum sunt aliquae reliquiae. SEN. Herc. O. 308 dolor. benef. 5, 22, 4 -entem amici fidem erexit (5, 23, 1 fides non cessat, sed -et). dial. 3, 7, 1 id . . . retinere, sine quo -bit actio et vis . . . animi resolvetur. LVCAN. 3, 692 *naufragi* incertas . . . manus ictu -ente . . . exercent. SIL. 17, 360 (*Iuno ad Iovem*) mihi gratia -et et cecidit iam primus amor. MART. 1, 46, 1 -et protinus et cessat debilitata Venus *ad opus immodice incitata* (IVV. 11, 167). TAC. hist. 1, 39, 2 -entibus omnium studiis, qui primo alacres fidem . . . ostentaverant. SER. SAMM. 603 irrita coniugii sterilis si munera -ent. ARNOB. nat. 1, 28 ab eo *Christo* deposcimus rebus fessis -entibusque tutamina. PRVD. cath. 4, 86 ira. *al.* **β** *audacius in poesi de rebus languore per se insignibus* (*cf. p. 925, 45 sqq.*): HIL. Macc. 91 -entem pone timorem. CLAVD. rapt. Pros. praef. 10 corda . . . -entem dedidicere metum.

b *naturales, corporeae*: LVCR. 5, 832 aliut putrescit et aevo debile -et, porro aliut ⟨suc⟩crescit *eqs.* (*simul in universum dicta*). VERG. Aen. 10, 288 -entis pelagi (MANIL. 3, 631 pelagus iactatum -et in undas. *cf.* 5, 211 -et . . . suis Neptunus in undis). 11, 69 -entis hyacinthi (*cf.* CALP. ecl. 2, 76 herbas). MANIL. 4, 845 signa suo pariter cum sidere (*cf.* GERM. 344 astro. LVCAN. 2, 723 plaustra Bootae. STAT. Theb. 1, 693 portitor Vrsae. *addas p. 925, 64*). SEN. Herc. O. 735 -et omne vellus *sanguine Nessi tinctum* et perdit comas. Med. 727 vado. LVCAN. 5, 454 caelo -ente fretoque. 5, 544 *sol* orbe . . . exhaustus medio -ensque (*cf.* 8, 471 nec Phoebus adhuc nec carbasa -ent). VAL. FL. 7, 24 aristas. SIL. 4, 490 stagni -entia quaerit. 7, 259 fluctus. STAT. Theb. 12, 305 iubar *lunae*. MART. 10, 30, 12 nec -et aequor, viva sed quies ponti *eqs.* SVET. Aug. 92, 2 demissos . . . -entesque ramos convaluisse. PRVD. ham. 964 aestu. perist. 2, 345 vapor.

structurae notabiles: c. abl. rei causam indicantis saepe, c. abl. personae p. 921, 63. c. praepos.: circa: SEN. suas. 5, 1 *et supra l. 15*. de: GELL. 16, 6, 2. ex: *supra p. 921, 50*. sub *aliqua re*: ENNOD. dict. 14, 6 p. 468, 24. unde: AVG. serm. 182, 3, 3. in *aliquid: l. 54. acc. intern.*: NICET. psalm. 44 aliud.

part. praes. **languēns,** -entis *v. supra, formas p. 921, 20 sqq.; nota l. 50 sq. p. 921, 75 sqq. distinguitur a* languidus *p. 924, 21. fort. huc pertinet* GLOSS. II 585, 52 languis (-uens *De Vit*) lentus.

in parechesi c. labi *p. 921, 46. 50.*

deriv.: languedo, languesco. *cf.* languidus, languitas, languor.

compos.: collangueo, elangueo; languefacio; languificus.

***languēsco,** -guī, -ere. *a* languere, *cf.* longisco. *scrib.* -gue- *in titulo p. 923, 37 et saepe in codd.*, -ge- *hic illic in codd. perf. exempla omnia huc relata sunt, excepto uno p. 921, 16, ubi vis inchoativa excluditur. v. etiam p. 921, 18.* NOT. Tir. 112, 34 -it. GLOSS. (ἐξ)ασθενῶ. ἀῤῥωστῶ. *inde a* CIC., CATVLLO, LVCR., VERG. [*port.* langue(s)cer. *cf. Machado II 1297. G.*] [*vix recte tradi vid.* AETNA 429 genus hoc lapidis . . . quod nullas adiunxit opes, et (*aegre intellegitur pro 'etiam'*) -uit ignis (et languet in ignes *var. l.*, elanguit *Jacob, cui* *[Pecere]*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

adstipulantur edd. plurimi). TAC. hist. 1, 33, 2 indignatione -at *falso pro* indignatio elanguescat (*vel* rel-).]

i. q. vires amittere, marcescere sim. (*notio inchoativa augetur adiecto verbo* coepi *l. 21. 37; accedit abl. limitationis l. 10. 80,* in *c. abl. rei effectae l. 39. 51, c. acc. l. 51. p. 924, 2 [cf. etiam l. 39], acc. nudus sec. exemplar graecum l. 52,* ex *l. 47; vis passiva indicatur per* ab *l. 77*): **1** *-unt animantia*: **a** *in univ.*: *α -unt ipsa animantia*: CIC. de orat. 3, 197 numeri atque voces, quibus et excitamur . . . et lenimur et -imus. fin. 4, 65 hebes acies est cuipiam oculorum, corpore alius -it. Cato 28 orator metuo ne -at senectute (*cf.* 37 nec -ens succumbebat senectuti). Phil. 8, 4 consensus . . ., si nos -imus, debilitetur necesse est. 12, 8 legio hoc nuntio -et et mollietur . . ., excident gladii *eqs.* Att. 13, 39, 1 *filius patri irascitur,* hic autem iam -uit et ait sibi illum iure iratum. LVCR. 4, 930 unde perturbari anima et corpus -ere possit (OV. trist. 3, 3, 39 nec mea consueto -ent corpora lecto. PLIN. paneg. 18, 3 nec animus modo, sed et corpora ipsa. *cf.* AVG. nat. et grat. 20, 22 substantia corporis). CVLEX 201 vidit caesum *serpentem* -ere. PROP. 1, 13, 15 te toto vinctum *a puella* -ere collo . . . et cupere . . . animam deponere. OV. am. 2, 10, 35 mihi contingat Veneris -ere motu, cum moriar, medium solvar et inter opus. CVRT. 6, 1, 11 Laconum acies -ere . . . coepit. COLVM. 6, 34, 1 fastidio ciborum -it pecus. LVCAN. 4, 281 *Caesar* deflagrare minaces *hostes* incassum et vetito passus -ere bello. COD. Theod. 12, 1, 32 rei publicae incommodum est curias hominum paucitate -ere. *al.* *β -unt partes corporum*: CATVLL. 64, 188 -ent lumina morte (*cf.* ITALA psalm. 87, 10 [Sangerm. = VVLG.] oculi mei -uerunt prae inopia [*gr. ἠσθένησαν, Veron. al.* infirmati sunt]. HIER. in Matth. 26, 43 p. 199^{B} -bant . . . et opprimebantur apostolorum oculi negatione vicina [*Itala et Vulg.* gravati, *gr. βεβαρημένοι*]). LVCR. 3, 595 videtur . . . supremo -ere tempore voltus molliaque . . . cadere . . . membra. 4, 951 debile fit corpus -untque omnia membra (CORIPP. Ioh. 2, 467 fessa sopore). PORPH. Hor. epod. 12, 8/9 ('pene soluto') penis . . . -uit. FIRM. math. 4, 1, 5 medullae . . . tenuati corporis fatigative -unt.

b *c. respectu morbi levioris, fere i. q. infirmum fieri* (*exempla certiora*): *α proprie*: SVET. Nero 51 ter . . . per quattuordecim annos -uit, atque ita, ut neque vino neque consuetudine reliqua abstineret. CE 422, 5 (*a. 127*) sextus *annus* ut excessit, coepi -ere in annum *septimum*. PAVL. dig. 29, 5, 22 cum -ret, questus est se veneno occidi. TERT. pall. 3, 2 *cervus* serpente pastus -it in iuventute (-tem *var. l., cf. vol. VII 1, 791, 51 sqq.*). resurr. 47 p. 97, 23 quod percussum est, sanans, quod -uit, medicans. ITALA Is. 38, 9 (Hier. *ad l.*) quando -uit et surrexit de infirmitate sua (*gr. ἐμαλακίσθη, Vulg.* cum aegrotasset). Os. 14, 10 (Priscill. tract. 9, 122) inpii . . . -ent in eis *viis dei* (*gr. ἀσθενήσουσιν, Vulg.* corruent). HIER. epist. 54, 15, 4 si privignus -uerit et condoluerit caput. adv. Pelag. 3, 11 corpus, quod numquam -uerit. reg. Pachom. 41. PALLAD. hist. mon. II 9 p. 354^{C} exemplum Giesi (*IV reg. 5, 27*) veniet super te, cuius ex passione -es (*gr. p. 44, 16 B. οὗ καὶ τὸ πάθος νοσεῖς*). *β translate*: ITALA *p. 922, 15* (*cf. Theod. Mops. ad l.* languorem dicit cogitationem eorum, eo quod relinquentes pietatem *eqs.*). CONC.^{S} I 2 p. 105, 28 in hoc estis sensu lapsi et in hanc tantam stultitiam -uistis (I 3 vers. Tur. p. 189, 18 in . . . stultitia, II 3, 1 p. 88, 21 stultitiam *tantum, I 5 p. 336, 6* tanta stultitia aegrotastis, *gr. I 1, 4 p. 18, 3 τοσαύτην νενοσήκατε τὴν μωρίαν*).

2 *-unt res*: **a** *actiones, affectus, facultates sim.*: CIC. orat. 6 non est, cur eorum, qui se studio eloquentiae dediderunt, . . . -at industria (TAC. ann. 2, 38, 3). Tusc. 2, 31 cedet . . . virtuti dolor et animi inductione -et (OV. met. 8, 523 crescunt ignisque d.que -untque iterum). LVCR. 3, 1040 *senectute* memores motus -ere mentis (*cf.* SEN. Oed. 817 prima -it senum memoria longo lassa sublabens situ). LIV. 7, 12, 11 *Galli erant* iis corporibus animisque, quorum omnis impetu vis esset, parvā eadem -ret morā (HOMER. 971 QVINT. inst. 4, 1, 67). 28, 25, 11 tranquillam seditionem iam per se -entem repentina quies . . . Hispanorum fecit. SEN. nat. 6, 18, 6 *spiritus* cum senectute -it et . . . marcet. epist. 23, 8 cursu *fluminis* -ente (VAL. FL. 3, 236). OCTAVIA 190 iuvenilis ardor . . . furit, -it idem facile *eqs.* LVCAN. 7, 246 rabies . . . paulum -uit. SIL. 13, 325 irae -unt . . . et vis mollita senescit (TAC. ann. 11, 37, 2 Ps. QVINT. decl. 17, 7). STAT. Theb. 12, 727 minae. QVINT. inst. 11, 3, 2 adfectus omnes. TAC. Agr. 39, 3 impetus famae et favor exercitus (ann. 4, 21, 1. 12, 12, 2). hist. 3, 31, 1 Vitellianorum animi (*cf. supra l. 14. 16*). 3, 58, 4 coepta initiis valida spatio -ere. PLIN. epist. 1, 16, 8 eiusdem *Saturnini* nunc honor . . . et gratia quasi satietate -it. 3, 9, 19 ne . . . satietate . . . iustitia cognoscentium severitasque -ret. 4, 9, 11 dicentis calor et audientis intentio. 7, 3, 3 voluptates. 8, 20, 1 cupido. *al.* **b** *naturales, corporeae*: LVCR. 5, 769 suo si fulget luna nitore, cur nequeat certa mundi -ere parte? (TAC. ann. 1, 28, 1. *item de sideribus*: MANIL. 4, 853 [*855* lassata]. DRAC. laud. dei 1, 675 ab immensis . . . flammis *solis*). VERG. Aen. 9, 434 volvitur Euryalus leto . . ., purpureus veluti cum flos succisus aratro -it moriens *eqs.* (de *plantis ut*: SEN. Phaedr. 768 *forma cito perit*, -unt folio ut lilia pallido. COLVM. 4, 15, 4. 11, 3, 50 PLIN. nat. 18, 138 VAL. FL. 7, 361). HOR. carm. 3, 16, 35 Bacchus in amphora -it (PORPH.: quasi senescit et per hoc veterascit. *cf. p. 925, 75 et* BVC. Eins. 2, 26 -it senio B.). OV. met. 8, 523 (*l. 57*) ignis (*cf. p. 922, 84 et* CAEL. AVR. acut. 1, 15, 118 flamma. SALV. eccl. 2, 35 lumen). fast. 2, 775 fluctus (*cf.* CVRT. 4, 7, 22 fons. SIDON. epist. 2, 2, 1 aqua). PLIN. nat. 27, 133 colore in luteum -ente. Ps. APVL. Ascl. 25 nec fecunda tellus erit et aer ipse maesto torpore -et.

in parechesi c. labi: SIDON. epist. 2, 2, 1.

compos.: e-, ob-, relanguesco.

languidē *v. p. 926, 3.* **languīdo** *v.* languedo.

languidulus, -a, -um. *a* languidus *deminutive. scrib.* -dol- *in parte codd.* PRVD., PAVL. PETRIC.

i. q. languidus (*vi deminutiva vix perspicua*): CIC. or. frg. A VI 1 humus erat . . . coronis -is . . . cooperta. CATVLL. 64, 331 coniunx, quae tibi . . . -os . . . paret tecum coniungere somnos. ANTH. 33, 2 *Phoebe* -os pueri *Endymionis* respiciens oculos. PRVD. cath. 5, 143 de -is fota natatibus (*sc. olei*) lucem . . . flamma iacit. AVG. catech. rud. 10, 15 *gallinae* -is plumis teneros fetus operit. PAVL. PETRIC. Mart. 2, 660 consumptis iam tabida membris . . . -os stratis reiecerat artus filia. 5, 682 donec . . . ora . . . -o tremulus *esox* reseraret hiatu.

languidus, -a, -um. *cf.* languere, languor. -gi- LVCR. 1, 651 (*OQ*). *compar.* -ior *inde a* CIC.; *superl. non occurrit.* SYNON. Cic. p. 443, 16 segnis. remissus. -us. aeger. aegrotus *eqs.* GLOSS. *νωθρός. νοσερός. ἀδρανής.* inbecillis. enervatus. -a: lenta. -i: *ἐξησθενηκότες. distinguitur a* languens: ISID. diff. 1, 554 timidus est, qui semper timet, timens vero, qui ad tempus formidat ex causa; tali intellectu distinguuntur . . . -us et l. NOT. Tir. 112, 33 -um. *inde ab* ACC., VARRONE, CIC. [*val.* lînced; *sard. centr.* lámbiđu. *cf. M.-L. 4890. Wagner II 6. G.*] [*sensu obscuro, si recte traditur*: MART. 5, 24, 13 Hermes *gladiator* casside -a timendus (*cf. quae adnotavit Heraeus*).]

i. q. viribus destitutus, marcidus sim. (*in fig. litotes q. d.* non -us *l. 42. p. 925, 34*): **I** *languent animantia*: **A** *in univ.*: **1** *de partibus corporum*: ACC. praetext. 18 sopore placans artus -os. CATVLL. 25, 3 cinaede Thalle, mollior . . . pene -o senis (SER. SAMM. 675. *cf.* CATVLL. 67, 21 -ior tenera . . . pendens sicula beta. OV. am. 3, 7, 66 iacuere velut praemortua membra turpiter hesterna -iora rosa. MART. 11, 29, 1 virilia). 64, 219 lumina (LAVREA epigr. 6 OV. met. 1, 716 MART. 14, 5, 1. *cf.* QVINT. inst. 11, 3, 76 *oculi* [PORPH. Hor. carm. 1, 36, 17/18 'putres oculos', videmus enim ex vino o. quasi -os fieri. FIRM. math. 2, 10, 2]). LVCR. 5, 887 membra . . . deficiunt fugienti -a vita (6, 1268 CVLEX 207 OV. epist. 20 [21], 156. 228 LVCAN. 3, 8. *aliter l. 32*). HOR. epod. 2, 64 fessos vomerem . . . boves collo trahentes -o (STAT. Theb. 6, 749. *cf.* 8, 639 cervix [10, 306]). PROP. 2, 18, 6 faceret scissas -a ruga genas. OV. epist. 9, 136 iacet in gremio -a facta manus (fast. 3, 20 SEN. contr. 9, 4, 4 SEN. Phoen. 659 CVRT. 8, 14, 32 SIL. 14, 537. CIL VIII 18042 frg. Ca 1 manibus non -is). PAVL. FEST. p. 231 'plauti' appellantur canes, quorum aures -ae sunt ac flaccidae (CELS. 2, 6, 1). SEN. Ag. 238 vultu (Herc. O. 1555 QVINT. inst. 11, 3, 159. *cf.* LVCAN. 9, 1034 effigies. SIL. 10, 457 ora). nat. 4, 13, 7 stomachus . . . solutus et aestu suo -us. SIL. 3, 504 corda. APVL. met. 9, 13, 2 *muli* nares -as adsiduo pulsu tussedinis hiulci. SER. SAMM. 431 praecordia. PRVD. perist. 1, 26 venis. AVG. serm. coll. Morin p. 60, 21 pennae ipsae *gallinae pullos alentis* non collectae et alacres, sed hispidae et -ae.

2 *de ipsis animantibus*: VARRO Men. 139 corpori (CELS. 2, 1, 11 hebes, umidum, -um. SEN. epist. 66, 24 LVCAN. 4, 307). rust. 2, 11, 9 qui . . . vellunt *oves*, . . . habent ieiunas, quod -ae minus aegre radices lanae retinent. CIC. Verr. II 3, 31 Catil. 2, 10. Phil. 8, 21 -iores postea facti sumus, quam M. Antonii . . . audaciam . . . perspeximus. de orat. 1, 226 philosophus tam mollis, tam -us, tam . . . enervatus. ad Q. fr. 1, 2, 16 qui antea . . . fuerant . . . -iores, nunc . . . se cum bonis coniungunt. LVCR. 4, 864 multa per os exhalantur, cum -a anhelant *animantia*. CAES. Gall. 3, 5, 1 BELL. Alex. 25, 1. SVLP. RVF. or. frg. Quint. inst. 4, 2, 106 somnone te -um an gravi lethargo putem pressum? SALL. Iug. 51, 3 omnibus labore et aestu -is. or. Macri 8 -os socordesque. HOR. epod. 5, 56 ferae . . . sopore -ae. sat. 2, 4, 39 carm. 3, 19, 21. TIB. 1, 9, 56 cum . . . iuvenem lassaverit . . ., *uxor* . . . tecum . . . -a . . . cubet. PROP. 1, 3, 2. 38. RVT. LVP. 2, 7 (*e Lycone*) -us, qui cubando sit defatigatus. OV. am. 3, 7, 3 *puellam* in nullos tenui male -us usus. met. 2, 454 *Diana* venatu fraternis -a flammis. *al.* PRIAP. 47, 4 amica rivalem lasciviendo -um . . . reddat. SEN. Herc. O. 834. dial. 5, 7, 2 generoso repulsa iram exprimet, -o inertique tristitiam. epist. 41, 6 *leo* impetu acer . . . praefertur illi -o et bratteato. 122, 4 qui se tenebris dicaverunt . . ., -i et evanidi albent. LVCAN. 1, 504 -us aevo . . . parens. PETRON. 132, 8 vers. 2 -ior coliculi . . . thyrso. *al.*

B *c. respectu morbi levioris, infirmitatis* (*exempla certiora; m. pro subst. maxime l. 77. p. 925, 10*): COLVM. 11, 1, 18 *si sauciatus* noxam ceperit, adhibeat fomenta, sive aliter ⌊-ior est, in⌋ (-iorem ut *trad.*) valetudinarium . . . deducat. MART. 9, 85, 1 -ior . . . si quando est Paulus . . ., non se, convivas abstinet ille suos (*quae seq., v. p. 927, 18*). IVV. 1, 122 sequitur . . . maritum -a vel praegnas . . . uxor. ITALA Matth. 14, 14 (cod. a *al.* = VVLG.) curavit -os eorum (infirmos *cett., gr. ἀῤῥώστους*). Marc. 16, 18 (cod. n) supra -os imponunt manus suas (languentes, aegros [*item Vulg.*], aegrotos *cett., gr. ut supra*). act. 14, 7 (cod. h) infirmus . . . -us ⟨pedibus⟩ (*gr. ἀδύνατος . . . τοῖς ποσίν, Vulg.* infirmus p. *tantum*). GARG. MART. med. 11 fastidio -os ad cibum provocant *lactucae.* FIRM. math. 3, 2, 24 insanos, lunaticos, melancholicos, -os. *et saepe.* AMM. 27, 7, 4 iracundiores sunt incolumibus -i. CHIRON 343 -us toto corpore erit (*Hippiatr. gr. I p. 102, 5 ἀῤῥοφεῖ*). HIER. reg. Pachom.

[Pecere]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

43 nec poterit -us ingredi cellam vescentium. 46 (si ... aegrotaverit) ne in ullo frater -us contristetur. VVLG. II Esdr. 2, 1 eram quasi -us ... (2) dixitque mihi rex: quare vultus tuus tristis est, cum te aegrotum non videam? Is. 1, 5 super quo percutiam vos ultra ...? omne caput -um ..., non est in eo sanitas. act. 19, 12 ut ... super -os (*gr. ἀσθενοῦντας*) deferrentur ... eius sudaria ..., et recedebant ab eis languores. RVFIN. Orig. in gen. 14, 4 olera, -orum ... cibus (*cf. p. 922, 11*). AVG. in euang. Ioh. 114, 3 -i sanati, leprosi mundati. serm. 30, 4, 5 de natura sana laudas creatorem, excludis a -a salvatorem. serm. RevBén. 41, 1929, 12 l. 99 surrexit vetustissimus -us, continuo sanatus est. HIPPOCR. aer. 3 mulieres -as et reumaticas (*gr. νοσεράς*). *al.*

II *languent res*: **A** *actiones, condiciones sim.*: **1** *varia exempla*: CIC. Lig. 28 -iore ... studio in causa fuistis. Brut. 220 *orationes Curionis* (*cf.* SEN. contr. 3 praef. 7 *Cassii Severi* genus dicendi non remissum aut -um, sed ardens et concitatum. SEN. dial. 2, 18, 3 *Chaereae sermo* -us sono. QVINT. inst. 4, 1, 67 *or. Cic. pro Lig. habita* erat multo futura -ior, si esset aliter figurata). Tusc. 2, 47 est in animis ... naturae molle quiddam, demissum, humile, enervatum, quodam modo et -um. 2, 51 cave turpe quicquam, -um, non virile. 5, 16 quos nullae ... laetitiae ... -is liquefaciunt voluptatibus (SEN. dial. 7, 12, 2 modestae ac paene -ae). 5, 25 (*tractatur Theophrasti sententia de fortuna vitae rectrice*) negant ab ullo philosopho quicquam dictum esse -ius. Att. 3, 17, 2 quae ... scribis de nostra spe, intellego esse -iora. 10, 11, 3 consilia. 11, 9, 1 in dies iam Balbi ... litterae -iores. CAES. civ. 1, 21, 5 remisso ac -o animo (SEN. contr. 9 praef. 5 SEN. dial. 4, 17, 2 epist. 92, 8. 114, 23 -o fluidoque. *al.*). SALL. Iug. 53, 6 dolus ... nihil -i neque remissi patiebatur. CIRIS 461 -a fessae virginis in cursu moritur querimonia longo. OV. am. 3, 4, 10 ipsa potestas *peccandi* semina nequitiae -iora facit. Pont. 2, 4, 4 cura. LIV. 3, 65, 8 vis potestatis ... -ior (*cf.* vires: PHAEDR. 3, 2, 9 app. 10, 8). VAL. MAX. 8, 10, 3 remisso vultu et -a voce et soluto genere orationis. 9, 3, 6 quod ... causam suam -o patrocinio protexisset. PHAEDR. 5, 1, 13 gressu delicato et -o. SEN. Phaedr. 832 pallore. Phoen. 46 poenae -as longae moras (poenas ... morae *trad.*). benef. 7, 29, 2 fidem (SOL. 9, 9 durant vestigia non -ae fidei. CONC.^{S} I 5 p. 352, 28 prava fides ... profane -a [*gr. I 1, 4 p. 60, 19 κακοπιστία ... νοσοῦσα τὸ βέβηλον*]). dial. 1, 5, 9 -a ingenia et in somnum itura. PLIN. nat. 15, 121 -a auctoritas patrum facta est ac ... emarcuit maiestas. TAC. ann. 1, 50, 4 ne pax quidem nisi -a et soluta inter temulentos *erat*. 15, 49, 4 dissoluta ... mens et ... vita somno -a. PLIN. epist. 2, 17, 13 turbati maris ... fragorem et sonum ... -um ac desinentem. 9, 13, 4 ira. APVL. met. 9, 16, 1 amoris -i desidia. 9, 39, 7 anhelitu. SOL. 1, 63 *concepta femina* crura *matris* ... praepedit -a tarditate (*Plin. nat. 7, 41* crurum ... levis tumor). 27, 11 *Carthago restituta* ignobilis humili et -o statu. *al.* **2** *audacius in poesi de rebus languore per se insignibus* (*cf. p. 922, 50 sqq.*): VERG. Aen. 12, 908 in somnis oculos ubi -a pressit nocte quies (*Hom. X 199 ἐν ὀνείρῳ tantum*. STAT. Theb. 11, 548 -a somno, ... regnis effeta q.). PANEG. in Mess. 181 otia (CLAVD. rapt. Pros. 1, 277). SEN. Herc. f. 1069 frater durae -e mortis. LVCAN. 5, 504 solverat armorum fessas nox -a curas. IVVENC. 2, 370 (*fort. interpol.*) ieiunia.

B *res corporales quasi animatae* (*accedit* quasi *l. 66*): **1** *lucidae* (*cf. p. 924, 33 sqq.*): LVCR. 1, 651 acrior ardor ... conductis partibus *ignis* esset, -ior porro disiectis. 5, 652 sol ... suos efflavit -us ignes (5, 758. *cf.* CENS. 8, 13 quia -o radio *solis* infirmum lumen ... mittatur). SEN. Herc. f. 126 iam rara micant sidera prono -a mundo (*cf.* nat. 1, 11, 2 *parhelia* nihil habent ardoris, hebetes et -i. AVIEN. Arat. 482 cervix *Equi* ... -a marcenti vix est spectabilis igne. 822 -a *sidera* [*gr. 385 ἠερόεντα*]. CLAVD. 8, 186 stella ... dubitanda nihil nec crine retuso -a). nat. 2, 18 *fulguratio est* aëris ... iactatio -um ignem ... aperiens (PLIN. nat. 34, 79 STAT. silv. 1, 5, 58). 7, 5, 5 flammam aequalem ... nec ullo loco intermissam aut -am. PLIN. nat. 9, 141 grano *hysgini* -us sucus. 12, 43 colore -o in candidum vergente. 37, 34 lyncurium ... e maribus fulvum et igneum, e feminis -ius atque candidum. 37, 182 syrtitides ... stellas continent -as (*Sol. 2, 43* languentes). STAT. Theb. 10, 117 *in domo Vulcani* -a succiduis exspirant lumina flammis. PLIN. epist. 6, 20, 6 iam hora diei prima, et adhuc dubius et quasi -us dies. **2** *liquidae*: HOR. carm. 2, 14, 17 flumine -o Cocytos errans (CLAVD. carm. min. 28, 28 *Nili. cf.* SEN. Herc. O. 141 Ismenos tenui flumine -us. 1951 Acheron. nat. 3, 27, 9 Rhenus ne spatio quidem -us, sed latissime ... aquas impellit). LIV. 1, 4, 4 posse quamvis -a mergi aqua infantes (*antea*: lenibus stagnis. SEN. nat. 6, 7, 3 aliae *aquae* -iores ... leniter ac quiete fluunt). SEN. Herc. f. 554 stat nigro pelagus gurgite -um (*cf.* mare: SEN. epist. 53, 1 nat. 2, 6, 4. fretum: STAT. Theb. 10, 143 MART. 8, 51, 16). AVIEN. ora 478 stagno. orb. terr. 159 -a ... aequore iam fesso sese trahit unda. *respicitur gustus*: HOR. carm. 3, 21, 8 -iora vina (PORPH.: vetustate lenita. *cf. p. 923, 81*). **3** *variae*: OV. fast. 5, 318 violas arere ... filaque ... -a facta croci (*de herbis ut*: GERM. 338 radix. SEN. Thy. 164 foliis. CALP. ecl. 2, 51 plantaria. PLIN. nat. 17, 12 arbores. 20, 219. 21, 23. 22, 50). Pont. 2, 1, 2 *Tomis*, -a quo fessi vix venit aura noti (*de ventis ut*: 4, 10, 44 SEN. Herc. O. 711 OCTAVIA 880 ANTH. 475, 4). SEN. Herc. O. 1069 *cantu Orphei* haesit ... rota *Ixionis* victo -a turbine. LVCAN. 5, 421 ne Pompeiani ... -a iactatis comprendant carbasa remis. 7, 502 quis -a tela, quis contenta ferat (*cf.* HIER. epist. 1, 7, 3 -us ... in feminam mucro delabitur et ... torpet). PETRON. 134, 12 vers. 2 tellus ... siccatis arescit -a sucis. AMM. 23, 4, 13 -iori murorum parti ... admovet *helepolim*.

adv. **languidē,** *compar.* -ius. *i. q. marcide, aegre sim.*: **1** *c. verbis*: CIC. Att. 7, 3, 11 putasne ... verendum esse, ne aut obiciat id nobis aliquis, si -ius *agemus*, aut repetat *Caesar aes alienum*, si fortius? CAES. Gall. 7, 27, 1 -ius in opere versari. BELL. Afr. 18, 5 cum ... hostes -e tela neglegenterque mitterent. SALL. hist. frg. 2, 42 Octavius -e et incuriose fuit, Cotta promptius. SEN. benef. 2, 17, 4 si cum tirone ..., non tam rigide nec tam excusse, sed -ius *pilam mittemus*. dial. 6, 9, 2 quae multo ante provisa sunt, -ius incurrunt. CVRT. 4, 16, 4 *Mazaeus* quamquam validior erat, ... perculsis -ius instabat. 9, 9, 13 moliebantur. COLVM. 11, 1, 17 ne ... familia cunctanter et -e procedat, sed cum vigore et alacritate animi. PETRON. 98, 1 non servus publicus tam -e agit *quam Ascyltos*. PLIN. nat. 18, 53 cacumine *herbae* -e nutante. 37, 92 *carbunculi* masculi appellantur acriores et feminae -ius refulgentes (37, 94 qui -ius lucet. *cf.* SOL. 52, 62 chrysoberylli ... -ius micantes [*Plin. nat. 37, 76* paulo pallidiores]). PS. QVINT. decl. 13, 6 *apis* defecta nisu volandi adhuc per terram -e repit (AVIEN. ora 128 navigia lenta et -e repentia). PLIN. paneg. 30, 2 Nilus cunctanter alveo sese ac -e extulerat. RVFIN. hist. 9, 1, 9 qui ... -ius et ignavius egerant, ... medicinam poscere (*opp.* fideliter et viriliter, *gr. τὰ τῆς πίστεως νενοσηκότες*). AVG. op. monach. 21, 25 -ius educati laborem operum corporalium sustinere non posse. 47, 16, 30 *sermo* ad aures corporaliter sonans, in propinquo clarius, in longinquo -ius. SORAN. p. 15, 6 femina *in utero* ... tardius et -ius movere incipit (*opp.* velocius et exercitius, *gr. p. 32, 7 Ilb. βραδυτέρας καὶ ὠθρωτέρας sc. κινήσεις*). ARNOB. ad Greg. 20 p. 430, 4 ut ... delectationi corporis -ius reluctemur. DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 14 *animus* -ius et obscurius operabitur (*gr. Migne 44, 169^{D} ἀτόνως*). **2** *c. adi.*: PLIN. nat. 13, 34 in Arabia -e dulces traduntur esse palmae.

deriv.: languidulus.

languificus, -a, -um. *a* languere *et* facere, *cf.* horrificus *sim. i. q. languidum faciens*: Q. CIC. carm. frg. 6 -os ... Leo proflat ... calores.

languis *v. p. 922, 73.*

languitās, -ātis *f. cf.* languor. GLOSS. II 245, 58 *ἀῤῥωστία* ... morbus, languitudo, infirmitas, -s, egritudo. 247, 29 *ἀσθένεια* ... inbecillitas, languitudo, -s, langor. 585, 45 -s: languor.

languitūdo, -inis *f. cf.* languitas, *ubi testimonia.*

langula *v.* lancula.

***languor,** -ōris *m. cf.* languere. *scrib.* -guo- CE 1241 INSCR. Afr. Gsell I 2438 PAP. Corp. 279 col. 5, 28 *et saepe in codd. inde ab A* PLAVTI, *A* TER., *S* EVCHER.; -go- INSCR. christ. Rossi II p. 267 n. 19, 6 (*e cod.; citatur* MAXIM. eleg. 1, 6) *et saepe in codd. plur.* (*sub IA2 tantum*) COLVM. 7, 7, 2 PS. QVINT. decl. 2, 18 *et saepius inde ab* ITALA. *producitur* -or *in thesi* LVCIL. 391. *de notione*: NON. p. 338, 23 torpor et inertia (*affertur* CIC. off. 1, 123). p. 338, 25 defectio et dissolutio (*affertur* VERG. Aen. 9, 436). GLOSS. *νωχέλεια. ἀσθένεια. νόσος. νωθρότης. v. etiam ad IA2 praemonita.* NOT. Tir. 112, 32. *legitur inde a* PLAVTO, TER., LVCIL., CIC. [*val.* lîngoare; *it. vet.* langore, *ligur. vet.* langor; *francog.* langueur, *norm.* langueu; *prov. vet.* langor; *vasc.* langou; *port.* langor. *cf. M.-L. 4891. Battisti-Alessio III 2163. Wartburg V 163. Machado II 1297. G.*] [*confunditur in codd. c.* angor *p. 927, 65. falso tradi vid.* CAEL. AVR. chron. 1, 4, 97 lavacrum -um (longioribus *Bendz, Caeliana 94*) intervallis adhibendum.]

1. laqueo, -āvī, -ātum, -āre. *a* laqueus. *inter verba act. coniug. primae afferunt* CHAR. gramm. p. 473, 11 B. PRISC. gramm. III 469, 28. *inf. perf.* -asse VEN. FORT. GLOSS. *βροχίζω. παγιδεύω.* -are: vincire, alligare. -ari[a]: collum ligari. *legitur inde a* GRATT., MANIL., COLVM. [*it. vet.* lacciare, *it.* allacciare; *francog. vet.* lacier, *francog.* lacer, *dial. wall., pic., norm., occ., pict., burg., loth.; francoprov.; prov. vet.* lasar, *prov.* laçá; *cat.* llasar; *port.* laçar. *cf. M.-L. 4907. Battisti-Alessio III 2146. Wartburg V 177 sqq. Machado II 1283. G.*] [*dub.*: SEN. epist. 48, 8. PS. AVG. serm. WSt. 50, 1932 p. 136, 32 (*v.* liquo).]

i. q. laqueo vincire: **1** *proprie*: **a** *generatim*: GRATT. 29 (43) ipsum medio cassem quo nascitur ore per senos circum usque sinus -bis (-as bis *pars codd. et edd.*). MANIL. 5, 659 extentis -are profundum retibus et pontum vinclis artare. COLVM. 6, 19, 3 corpus -tum et distentum temonibus obligatur. SOL. 25, 10 *serpentes* pedes *elephantorum* nodis ligant, ut -tis cruribus inpediant gradiendi facultatem (*cf. Plin. nat. 8, 33*). AMM. 31, 2, 9 *Huni* hostes . . . contortis laciniis inligant, ut -tis resistentium membris equitandi vel gradiendi adimant facultatem. ORIENT. comm. 1, 146 agmina . . . ferarum . . . -ta plagis. CASSIOD. hist. 9, 47, 3 ut eum iactu -ret (*antea*: alligaret. *cf. Sozom. 7, 26, 8 βρόχον, σχοινίον*). **b** *c. respectu suspendendi*: ITALA Matth. 27, 5 (cod. *δ*) *Iudas* -vit se (*Vulg.* laqueo se suspendit, *gr. ἀπήγξατο. cf.* ITIN. Anton. Plac. rec. A 27 catenam . . ., cum qua se -vit infelix Iudas. PS. AVG. serm. Cas. 1 p. 166 b 1 tu *Iudas* pendes gutture -to). SCHOL. Stat. Theb. 11, 644 Erigone . . . se . . . -vit (*cf. Hyg. fab. 130, 3* suspendio se necavit). CASSIAN. conl. 16, 18, 2 qui manu sua quempiam -verit. VEN. FORT. carm. 10, 6, 41 viduae genito -to, deinde reducto.

2 *in imag. et translate*: **a** *vario usu*: IVVENC. 1, 523 si te forte oculi dextri -verit error (*Matth. 5, 29* si oculus . . . scandalizat te). FVLG. aet. mund. p. 156, 9 Saul . . . adipatae gregis -tum adfectu et taurorum pinguium muscipulatum adpetitu. ASTER. ad Renat. (RevBén. 47, 1935) p. 106 ubi quibusdam decipulis errantem ceperit virum vel . . . si -verit monachum. CASSIAN. inst. 7, 7, 3 cum huiuscemodi cogitationibus -averit mentem. ORIENT. comm. 1, 369 *Salomon* ducitur in facinus vetito -tus amore. PETR. CHRYS. serm. 11 p. 222^{A} istis . . . hominis filium tu, *diabole*, -are non posses (*cf.* EPIPHAN. in euang. 14). 18 p. 249^{A} non -emur auguriis, non divinatione fallamur, non capiamur sortibus *eqs.* 105 p. 493^{A} *diabolus* mendacio decepit Evam, . . . cupiditate -vit Iudam *eqs.* CASSIOD. hist. 10, 5, 1 populum Celticorum Arianis retibus -tum (*Theodoret. 5, 30, 1 ὑπὸ τῆς Ἀρειανικῆς θηρευθέντα σαγήνης*). in psalm. 19, 9 -ti pravis desideriis (*seq.* se . . . nexuosis erroribus inligare). VEN. FORT. carm. 4, 26, 90 infelix quisquis maculosis actibus usus ante redemptorem se -asse videt. GREG. M. dial. 4, 50 p. 310, 20 M. ut . . . valeat *spiritus deceptor* animam ex una aliqua falsitate -are (illaqueare *var. l.*). THEOD. MOPS. epit. in psalm. 34, 7^{a} ad p. 177 tectis me captionibus, ut interficerent, -are voluerunt [me]. PS. VIGIL. THAPS. c. Arian. 1, 1 Evam serpens in paradiso dolosis persuasionibus -vit. **b** *proverbialiter*: PAVL. NOL. carm. 23, 79 fit laqueus -tus (*sc. a diabolo*) homo et sua praeda latronem decipit. EVAGR. sent. mon. 33 (Leclerq, Scriptorium V 2, 1951, 206) qui ponit laqueum, conprehendetur ab ipso, et qui abscondit eum, -bitur ab illo (*altera versio Migne 20, 1182^{C}* disperiet, *gr. ἁλώσεται*). *huc respicere videtur* PS. CYPR. or. 1, 1 contra diaboli minas . . . munitum pectus concedas, ne . . . hostis letalibus laqueis implicemur . . .; -etur (loquetur *T*), concidat *eqs.*

[Pecere]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

p. p. p. **laqueātus,** (-a), -um *fere pro adi.*: **1** *i. q. in modum laquei conexus*: CE 1037, 3 illa licet collo *amantis* -os inliget artus *eqs.* **2** *i. q. implicatus, flexuosus*: POTAM. tract. 2 p. 1416^{B} (*de martyrio Isaiae*) patuerunt ... internorum viscerum ... -a commercia.

compos.: e-, il-, 2. oblaqueo.

2. laqueo *v.* 1. laqueatus.

*?***laqueolus,** -ī *m. a* laqueus *deminutive.* [*it.* lacci(u)olo, *venet.* tsolo; *raet. centr.* čol; *francog. iud.* laçol; *prov. vet.* lasol; *vasc.* lassoü; *cat.* llassol. *cf. M.-L. 4908. Battisti-Alessio III 2147. Wartburg V 180. G.*] *i. q. laqueus, quo hostes capiantur* (*cf. p. 962, 15*): HEGES. 5, 50 p. 406, 2 *Tiridates* -o (iaculo *var. l.*; laquei iaculo *coni. Hofmann, vol. VII 1, 74, 76, cf. p. 960, 48*) insertus in potestatem hostium vivus concesserat, ni ... gladio nodum informem (*cf. vol. VII 1, 1476, 75 sqq.*) ... intercidisset (*seq.* laqueos iacere atque hostem innectere. *gr. 7, 250 βρόχον, deinde τὸν τόνον κόψας. Ps. Rufin.* laqueo, *deinde* rupisset laqueum).

ᵸlaqueus, -ī *m.* [*vox procul dubio denominativa; radix* *lac- (lacio, *cf.* illicio *sim.*) *sensu decipiendi tantum obvia parum convenit. Sch.*] *scrib.* lac-: TAB. devot. Audollent 250B, 10 (*s. III*) laç⟨ueos⟩. *genus masc. affirmant* CAPER gramm. VII 101, 12 DVB. NOM. gramm. V 583, 4; *neutr.* ITALA *p. 963, 56. 964, 12.* GLOSS.; *fem.* (*sec.* muscipula) ITALA *p. 963, 54.* NOT. Tir. 91, 90. SYNON. Cic. p. 427, 34 insidiae ... decipula, -i *eqs.* GLOSS. *βρόχος, παγίς. ποδάγρα, ἁρπεδόνη. βροχίον. ἀγχόνη. legitur inde a* PLAVTO, LVCIL., CIC., CAES. [*val.* laț; *it.* laccio, *pedem.* las, *abrut. vet.* lazzo; *sard. centr.* láttu, lán$\eth$u, *mer.* láttsu; *raet. occ.* latsch, *or.* lats; *francog.* laz, lacs, *dial. wall., pic., norm., occ., centr.; francoprov.; prov. vet.* latz, *delph. vet.* las, *prov.* las; *cat.* llas; *hisp.* lazo; *port.* laço. (> *basc.* lakio, *alb.* lak). *cf. M.-L. 4909. Battisti-Alessio III 2147. Wagner II 15 sq. Wartburg V 180 sqq. Corominas III 59. Machado II 1283. G.*]

I *usu stricto i. q. restis ad vinciendum apta, παγίς* (*gr. respondet, nisi alia adnotantur*; funium -i *p. 964, 24 et* HIL. in psalm. 118 heth 14 p. 431, 9 nun 2 p. 475, 5): **A** *instrumentum suspendendi vel strangulandi*: **1** *proprie*: PLAVT. Aul. 78 ⟨meum⟩ -o collum quando obstrinxero. Cas. 113 proin tu te in -um induas (*cf.* CALP. decl. 42 cum -um induisset [APVL. met. 1, 16, 4. 6, 30, 6]). 392 paratum oportet esse iam -um tibi. CIC. fin. 5, 28 qui aut -os aut alia exitia quaerant. CIL I^{2} 2123 quei sibei ⟨la⟩queo manu(m) attulissent. SALL. Catil. 55, 5 -o gulam fregere (MARCELL. chron. II p. 93, 490. *cf.* LVCAN. 2, 154 -o fauces elisaque guttura fregit. TAC. ann. 6, 40, 1 fauces ... iam exanimis -o vexatae. PS. AVR. VICT. epit. 40, 5 fractis -o cervicibus). HOR. sat. 2, 2, 99 cum deerit egenti as, -i pretium. 2, 3, 131 -o uxorem interimis matremque veneno. epist. 1, 16, 37 contendat -o collum pressisse paternum. 1, 19, 31 nec sponsae -um famoso carmine nectit *Alcaeus* (CALP. ecl. 3, 87 ab ... ilice. QVINT. inst. 8, 5, 23. AVSON. 23, 1 p. 316 P. collo [4 aptavit c. ... -um]. *cf.* OV. met. 10, 378 -o ... innectere fauces. ARNOB. nat. 3, 27 innectuntur cervicibus -i). OV. ars 1, 284. epist. 2, 142 colla ... -is inplicuisse. rem. 17 -o collum nodatus amator a trabe ... pependit. met. 6, 134 *Arachne* -o ... ligavit guttura (Pont. 1, 6, 39 colla). 7, 604 animam -o claudunt (*cf.* Ib. 550 animae -o sit via clausa). 14, 735 cum foribus -i religaret vincula summis (Ib. 614 vincula per -i fac tibi guttur eat). CARM. de bell. Aeg. 49 -is ... artis ... animam ... effundere. LIV. 42, 28, 12 -o dependentem (*cf.* SEN. epist. 4, 4 pependit [PLIN. nat. 14, 119 OROS. hist. 5, 16, 18]). SEN. contr. 7, 1, 21 non est imperatum, ut manu occiderem, non ut -o, non ut mari. *al.* VAL. MAX. 6, 1 ext. 3 -is sibi ... spiritum eripuerunt. 7, 3 ext. 5 de -o et suspendio cogitabat. 9, 12 ext. 1 *miseri* ferrum acuant, venena temperent, -os adprehendant. SEN. Phaedr. 259 -one vitam finiam an ferro incubem? (FRONTIN. [?] strat. 4, 7, 5 VOPISC. quatt. tyr. 5, 2. *al. cf.* TAC. Germ. 6, 4 infamiam -o finierunt). Phoen. 148 artis colla -is inseri. epist. 70, 12 sive ferrum appetit sive -um sive aliquam potionem venas occupantem. LVCAN. 6, 543 *Erictho* -um nodosque nocentis ore suo rumpit, pendentia corpora carpsit. 8, 655 -um collo tortosque aptare rudentis. 9, 107 enses aut -os aut praecipites ... iactus. PLIN. nat. 2, 156. 14, 119. 28, 49 -um suspendiosi circumdatum temporibus. STAT. silv. 5, 3, 77 -o ... illa supremo inclusit gemitus. QVINT. decl. 270 p. 108, 23 vultus ... -o tumentes. TAC. ann. 3, 50, 1 neque carcer neque -us, ne serviles quidem cruciatus. 4, 70, 3 vincla et -us. 5, 9, 2. 6, 25, 3 *Agrippina* -o strangulata (SVET. Tib. 53, 2). 14, 48, 4 carnificem et -um. 15, 57, 2 vinclo fasciae ... in modum -i ad arcum sellae restricto indidit cervicem. SVET. Tib. 54, 2 -os et uncos. Vitell. 17, 1 iniecto cervicibus -o. CALP. decl. 10 contentus -us adulescentis colla tenuabat. AMPEL. 2, 6 *Erigone* se suspendit -o (APVL. met. 5, 16, 4 -o nexili. MIN. FEL. 23, 7 de -o. VVLG. *p. 960, 50. al.*). *et passim. in quibusdam locutionibus vergit ad notionem q. e. suspendium*: OV. met. 10, 388 -i ... requirere causam. 10, 417 indicium -i coeptaeque minatur mortis. PLIN. nat. 36, 12 ad -um eos conpulisse (PORPH. Hor. epist. 1, 19, 30. *cf.* PS. QVINT. decl. 15, 9 *dolor* saepe egit in -os, in praecipitia compulit). QVINT. decl. 260 p. 67, 12 si ... mollior frons ad -um, ad praecipitia, ad qualemcumque vitae festinasset exitum (CALP. decl. 29 *seq.* properavit ad mortem. *cf.* VAL. CEM. hom. 20, 9 proditus quidem ductus ad supplicium, sed proditor currit ad -um). IVV. 10, 53 cum Fortunae ipse *Democritus* minaci mandaret -um (*cf. Apul. met. 9, 36, 4* suspendium ... mandare). SEN. contr. exc. 8, 1 tit. orbata post -um sacrilega. **2** *translate*: CIC. Verr. II 4, 37 homini iam perdito et collum in -um inserenti subvenisti. HOR. carm. 3, 24, 8 non mortis -is (*cf. l. 79. p. 963, 53. 67. 964, 20*) expedies caput. AMBR. Tob. 14, 46 strangulat ... animam -us creditoris. AVG. nupt. et concup. 2, 13, 27 quibus -is peccati naturalis suffocetur adsertio. Ps. AVG. serm. ed. Mai 36, 2 *Thomas* paene perfidiae -o suffocatus. GREG. M. moral. 2, 38 quos volentes in peccati -o strangulant *spiritus maligni* (6, 44 p. se -o strangulant).

B *instrumentum capiendi, impediendi, retinendi sim.*: **1** *proprie*: **a** *in re militari*: *α avertuntur tormenta*: CAES. Gall. 7, 22, 2 *Galli* -is falces (*sc. murales*) avertebant. LIV. 36, 23, 2 Aetoli ... non -is, ut solet, exceptos declinabant ictus *arietis.* VITR. 10, 16, 12 *Massilitani* permiserunt -um et eo ariete constricto ... suspenso capite eius non sunt passi tangi murum. VEG. mil. 4, 23 alii -is captos arietes ... in obliquum trahunt. *β capiuntur hostes*: MELA 1, 114 nec ferro dimicant *Ixamatarum feminae*, sed quos -is intercepere trahendo conficiunt. VAL. FL. 6, 133 doctus ... Auchates patulo vaga vincula gyro spargere et extremas -is adducere turmas. VEG. mil. 3, 23 catafracti equites ... capi faciles et -is frequentur obnoxii. HEGES. *et* PS. RVFIN. *p. 961, 15. 16.*

b *in re venatoria*: VERG. georg. 1, 139 -is captare feras et fallere visco (HOR. epod. 2, 35 leporem et ... gruem. TIB. 2, 6, 23 volucres [ANTH. 415, 53]). HOR. epist. 1, 16, 51 metuit foveam lupus accipiterque suspectos -os. OV. epist. 18 (19), 13 volucrem -o ... ducitis. met. 11, 73 suum -is, quos callidus abdidit auceps, crus ubi commisit volucris *eqs.* 15, 473. GRATT. 89 fuit et -is aliquis curracibus usus. MANIL. 5, 186 mendaces ... parant foveas -osque tenaces. PHAEDR. 4, 2, 17 *mus* -os et muscipula effugerat. SEN. Phaedr. 45^{b} alius ... portare plagas, alius teretes properet -os. 75. dial. 5, 16, 1 -os fera, dum iactat, adstringit; sic aves *eqs.* nat. 4^{a}, 2, 15 *Tentyritae crocodilos* fugientes ... iniecto trahunt -o. epist. 89, 22 insatiabilis gula ... alia hamis, alia -is, alia retium variis generibus ... persequitur. OCTAVIA 413 (*?*). PROC. dig. 41, 1, 55 in -um, quem venandi causa posueras, aper incidit (VLP. dig. 9, 2, 29 pr.). PLIN. nat. 8, 215. 9, 36 -um inici supinae *testudini.* TEST. Galli (CIL XIII 5708) 2, 24 volo ... omne instrumentum meum, quod ad venandum et aucupandum paravi, mecum cremari cum ... retibus, plagis, -is *eqs.* PLIN. paneg. 43, 5 opertos praeda -os. ITALA psalm. 123, 7 (Sangerm. *al.* = VVLG.) anima nostra sicut passer erepta est de -o venatorum (*Veron.* muscipula). NEMES. auc. 5 adductos -i cum senseris orbes. IVVENC. 2, 492 *passeres* -os incurrere. VVLG. eccles. 9, 12 aves -o comprehenduntur. Am. 3, 5 numquid cadet avis in -um terrae absque aucupe? *al.* *i. q. rete sim.* (*captantur pisces*): EVSEB. EMES. serm. 28, 11 nec pisces a -is cum vi trahuntur quamdiu et capiuntur. BOETH. cons. 3 carm. 8, 5 non altis -os montibus abditis, ut pisce ditetis dapes.

c *vario usu*: PROP. 2, 34, 48 non ante ... taurus succumbit aratro, cornua quam validis haeserit in -is (*cf.* SEN. Phaedr. 1086 implicuit cadens *Hippolytus* -o tenaci corpus et ... nodos ligat. COLVM. 6, 2, 4 -i, quibus capulantur *cornua iuvencorum.* CLAVD. carm. min. 18, 16 *mulae* exutae -is). OV. ars 2, 578 Mulciber obscuros lectum circaque superque disponit -os *eqs.* (*cf.* met. 4, 177 catenas retiaque et -os. IVV. 10, 314 nec erit *adulter* felicior astro Martis, ut in -os numquam incidat). met. 11, 252 ignaram *Thetin* -is vincloque innecte tenaci. fast. 3, 323 *Faunus et Picus* emissi -is (*syn.* vincula. *huc spectat* ARNOB. nat. 5, 2 manus, quae constringi -is et nodorum possent inligationibus coerceri). LIV. 1, 26, 8 'i, lictor, colliga manus'; accesserat lictor iniciebatque -um. SCRIB. LARG. 84 utrem si quis medium -o constrinxerit. *ibid.* si quis super -um percusserit venam in brachio. FRONTIN. strat. 1, 5, 26 buculos -is ad arbores alligaverunt. APVL. met. 8, 22, 4 *mulier* -um sibi nectit infantulumque ... eodem funiculo nectit seque per altissimum puteum ... praecipitat. ARNOB. nat. 5, 11 Liberum ... innectentem -os mobiles (*seq.* circumpositi -orum morsus). SYMPH. 252 -o conexa tenaci *scopa. al.*

2 *in comparatione, imagine, metaphora*: **a** *usu profano et communi*: *α exempla varia*: PLAVT. Truc. 395 ut esset aliquis -us et redimiculum, reversionem ut ad me faceret denuo *miles.* LVCIL. 990 -is, manicis pedicis, mens inretita est (*de amore ut* TIB. 1, 9, 46 poteram ad -os cautior esse tuos. OV. ars 3, 591 cadit in -os ... amator). CIC. Verr. II 1, 13 artioribus apud populum Romanum -is tenebitur. 2, 102 videte, in quot se -os induerit, quorum ex nullo se ... expediet. OV. ars 2, 595 nec vos rivali -os disponite. VAL. MAX. 3, 2, 12 *Crassus* iectos ab ea (*sc. fortuna*) libertati suae ... -os ... rupit. 7, 4 ext. 2 aciem ... astutiae copulatam -is. SEN. Thy. 287 quibus captus dolis nostros dabit perductus in -os pedem? benef. 7, 4, 1 teneo te; volo videre, quomodo ex his -is, in quos tua sponte decidisti, expliceris. IVV. 7, 50 -o tenet ambitiosum ... scribendi cacoethes. 13, 244 dabit in -um vestigia noster perfidus et ... patietur carceris uncum *eqs.* DECL. in Catil. 55 quos ... tetenderit ibi coniurationis -os aut quas catenas scelerum conflaverit nobis. APVL. met. 6, 5, 3 quo ... tantis -is inclusa vestigium porrigam ...? 10, 24, 2 *uxor* coepit puellam ... crudelissimis -is mortis insidiari. 10, 24, 5 fraudis extremae lapsa decipulo -os insidiarum accessit. 10, 27, 3 -is fraudium pessimarum uxor inducta. CYPR. domin. orat. 20 expeditus et succinctus nullis -is rei familiaris involvitur. GALLICAN. Avid. 2, 2 sponte ... fatales -os inciderit (SORT. Sangall. 4, 7 in -o. QVEROL. p. 48, 23 R.). FRG. Vat. 248 (*a. 330*) necessitatis *[Pecere]*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-is adstricti (Cod. Theod. 11, 34, 2). Firm. math. 1, 4, 1 animus terrenis sordium -is impeditus. *al.* Amm. 29, 1, 43 impiae falsitatis. Clavd. 26, 475 se ... velut clausum -is *Alaricus conspicit*. Cod. Theod. 6, 4, 2 cuius (*sc. necessitudinis praefecturae*) -is vinciantur. 8, 4, 28, 1 condicionum. Novell. Theod. 22, 1, 1 alios curialibus oneribus, alios discussionum -is implicavit. Valent. 27, 1 colonatus. Cod. Iust. 10, 32, 64 pr. curialium munerum. *al.* *verborum* (*fere i. q. sophisma*): Cic. Caecin. 83 aequitatem rei verbi -o capi. de orat. 1, 43 Stoici ... disputationum suarum atque interrogationum -is te inretitum tenerent (*cf.* Tusc. 5, 76 ut iam a -is Stoicorum ... recedamus). fat. 7 Chrysippi. Plin. epist. 1, 5, 7 nec me -is tam insidiosae interrogationis involveram. Gell. 1, 2, 4 *adulescens philosophiae sectator* syllogismorum captionumque dialecticarum -is strepebat. Lact. inst. 2, 8, 56 sic adsentiar, ut aliis illum (*sc. Cottam*) -is teneam. Avg. ord. 2, 4, 11 videte, rogatio quos -os habeat. Boeth. herm. pr. 1, 9 p. 114, 2 argumentationis. Vigil. Thaps. c. Eutych. 5, 5 gloriantur syllogismo ...; sed videte ..., quomodo, dum -os innectunt, inextricabiles ipsi quaestionum nodos incurrunt. *legum, iuris sim.*: Cic. Cluent. 150 putant ... minus multos sibi -os legum et condicionum ac iudiciorum propositos esse oportere (Sest. 88 Cael. 71 Cod. Theod. 7, 1, 8. 7, 22, 9. 14, 10, 4. *et saepe. cf.* Prvd. perist. 10, 203 Iuliae *sc. legis*). Mil. 40 cum M. Antonius ... illam beluam (*sc. Clodium*) iudici -os declinantem, iam inretitam teneret. Qvint. inst. 5, 7, 11 *testes* a patronis diversae partis inducuntur in -os. 5, 10, 101 plurimi, cum in hos inexplicabiles -os inciderunt, omnem ... conatum velut adstricti certis legum vinculis perdiderunt. Gell. 13, 10, 1 scientia ad enodandos plerosque iuris -os utebatur *Labeo* (Cod. Theod. 3, 6, 1 pr.). Paneg. 4, 38, 4 veterum *legum* calumniosae ambages recisae captandae simplicitatis -os perdiderunt. Cod. Iust. 11, 9, 4, 4 (*a. 424*) ne quis ... in -os novae constitutionis incurrat. *β locutiones proverbiales*: Cic. Verr. II 5, 151 si ... ex his te -is exueris ac te ... explicaris, in illas tibi maiores plagas incidendum est (*cf.* or. frg A VII 8 mihi duos -os in causa esse propositos, ut, si me altero expedissem, tenerer altero [*sim.* Nicet. spir. 2]. Apvl. met. 8, 16, 6 peiores inhaesimus -os. Vvlg. Is. 24, 18 qui se explicaverit de fovea, tenebitur -o [*sim.* Ier. 48, 44]). Ov. ars 1, 646 *puellae* in -os, quos posuere, cadant (*cf.* rem. 502 in -os auceps deciderat ... suos [Ambr. Ioseph 5, 22 *domina* retia sua misit et indagine sui capta est, -os suos sparsit et suis haesit vinculis. Ven. Fort. carm. 2, 16, 39]. Val. Max. 8, 6, 4 domesticis -is constrictum. Itala psalm. 9, 16 [Sangerm. *al.* = Vvlg.]. Hier. adv. Pelag. 1, 11 proprio captus es -o. Vvlg. Sirach 27, 29 qui -um alii ponit, peribit in illo. *cf. l. 17. p. 960, 80*). Sen. dial. 9, 10, 1 tibi ignoranti ... fortuna ... -um impegit, quem nec solvere possis nec rumpere (*cf.* Plin. epist. 2, 8, 2 numquam hos artissimos -os, si solvere negatur, abrumpam?). Lact. inst. 2, 3, 3 prudens et sciens pedem -o inserit (6, 12, 13 prudens ac sciens in hos se -os induit).

b *usu christiano* (*cf.* Hil. in psalm. 140, 15 -us ... est adhortatio voluptatum et incentivum adpetitionis inhonestae, quod modo -i fallens capit. Evcher. form. 7 p. 46, 14 -us: dolus [*affert* Vvlg. psalm. 56, 7]. Cassiod. in psalm. 140, 11 [9] -i sunt diversa carnis desideria, quibus mentes humanae blandis nexibus illigantur. *in locis* Italae *legitur etiam* muscipula *vel* rete): *α generatim*: Ⓘ *in script. sacris*: Itala psalm. 17, 6 (Veron. *al.* = Vvlg.) praevenerunt me -i mortis (Vvlg. II reg. 22, 6 prov. 21, 6). 30, 5 (*ibid.*) educes me de -o isto, quam (*Veron.*, quem *cett.*) occultaverunt mihi. 90, 3 (Sangerm. *al.* = Vvlg.) liberavit me de -o venantium (*cf. p. 962, 38*). 140, 9 (*ibid.*) custodi me a -o, quod (*Sangerm., Hil. in psalm. 140, 15*; quem *cett. et Vulg.*) statuerunt mihi. prov. 20, 25 (Rufin. Orig. in lev. 11, 1 p. 448, 22) -us est viro forti cito aliquid de suis sanctificare (*Vulg.* ruina). Luc. 21, 34 (cod. a *al., cf.* Vvlg.) ne ... instet super vos repentaneus dies ille tamquam -us. I Tim. 3, 7 (cod. d *al.* = Vvlg.) ut non ... incidat ... in -um diaboli (6, 9 II Tim. 2, 26 [*ibid.*]). *al.* Vvlg. Iudith 9, 13 capiatur -o oculorum suorum in me. Sirach 9, 3 ne respicias mulierem multivolam, ne forte incidas in -os illius. 51, 3 liberasti corpus meum a perditione, a -o linguae iniquae. Is. 24, 17 formido et fovea et -us super te, qui habitator es terrae. *al.* Ⓘⓘ *apud eccl.* (*exempla selecta*): Tert. uxor. 1, 3 l. 39 (*de* I Cor. 7, 35) *apostolus nobis* -um non imponit (Hier. adv. Iovin. 1, 13 p. 231^{C} = epist. 49, 7, 3). Cypr. Demetr. 16 mortis aeternae -is vinctos (unit. eccl. 2 zel. 10 Lact. epit. 58, 9 inst. 4, 26, 15 Firm. err. 24, 2 Avg. serm. 32, 20. *al. cf.* Firm. err. 23, 1 mortalibus [Compvt. Carth. 1, 1]. 25, 2 mortalitatis [25, 3 Avg. in epist. Ioh. 8, 7]). ad Donat. 14 implicantis mundi -is solvi (epist. 76, 7). epist. 1, 1 (*ad II Tim. 2, 4*) molestiis et -is saecularibus obligari non debent (mortal. 26 Avg. c. Pelag. 4, 10, 28 Pallad. hist. mon. I 42. *cf.* Cypr. Fort. 7 tit. saeculi [mortal. 7]). 4, 2 servus dei ..., qui se diaboli -is implicavit (Novatian. Cypr. epist. 30, 3 Rvfin. hist. mon. 1 p. 403^{A} Avg. civ. 14, 11 p. 30, 27 D. pecc. orig. 17, 18. *al. cf.* Cypr. zel. 3 inimici [Fvlg. Rvsp. epist. 4, 8 Bachiar. repar. laps. 8 Vitae patr. 3, 129]. Lact. inst. 4, 30, 2 adversarii. *sim. saepius*). 43, 3 letales (52, 4 zel. 14 Ps. Cypr. or. 1, 1). 59, 14 delictorum (Sacr. Leon. 1040). 65, 4 erroris (Ivvenc. 3, 12. 402. 4, 731 Rvfin. hist. 4, 16, 3 Avg. serm. 12, 2, 2. *cf.* Ivvenc. 4, 98 errantum). unit. eccl. 23 fallaciae. Lact. inst. 6, 22, 5 cavenda sunt ... oblectamenta ista tamquam -i et plagae. Hil. in psalm. 140, 15 habemus ... -os in hominibus malae adhortationis. Ambr. Abr. 1, 9, 91 infirmitatis (Ps. Avg. serm. ed. Mai 186, 2). Hel. 1 , 1 *diabolus* cibum velut escam -i praetendit, ut sie inlaquearet adpetentiam corporalem *eqs.* Nab. 6, 28 *peccator* semper in -is, semper in vinculis, numquam liber a compedibus. Noe 10, 34 labiorum. Hier. epist. 51, 6, 10 (*Epiphan.*) Origenis. Pavl. Nol. carm. 5, 36 vitemus -os, quos letifer implicat anguis (*i. diabolus*). Avg. c. acad. 2, 8, 21 superbiae (virg. 43, 33). conf. 10, 31, 44 concupiscentiae. *et saepe. β speciatim de hominibus vel rebus insidiosis*: Itala psalm. 68, 23 (Sangerm. *al.* = Vvlg.) fiat mensa eorum in -um ([-o Veron., cod. 136 Cas.]. I Macc. 1, 35 [rec. L = Vvlg.] facti sunt in -um magnum. 5, 4 [*ibid.*] erant populo in -um et scandalum. Vvlg. Is. 8, 14 *dominus erit* in -um et in ruinam habitantibus Ierusalem). Os. 5, 1 (Lucif. Athan. 1, 35, *cf.* Rufin. Greg. Naz. orat. 1, 57, 2 Vvlg.) ut -um (-us *Vulg.*) facti estis ad insidiam et sicut retia extensa ad aviarium venantis. Vvlg. eccles. 7, 27 *mulier* -us venatorum est. thren. 3, 47 formido et -us facta est nobis vaticinatio et contritio. Os. 9, 8 propheta -us ruinae factus est. *inde apud eccl.*: Ambr. in psalm. 118 serm. 8, 36, 1 oculus ... meretricis -us amatoris est (*cf.* Evseb. Emes. serm. 7, 23 *oculus virginis* non videatur, ne fiat -us videntibus, ne muscipulum occurrentibus). Avg. conf. 5, 3, 3 Manichaeorum episcopus, Faustus nomine, magnus -us diaboli (5, 7, 13 Faustus, qui multis -us mortis extitit).

C *instrumentum, quo corpora leventur*: Sall. Iug. 94, 2 Ligus saxa ... -is vinciebat, quibus adlevati milites facilius escenderent (*cf.* Cvrt. 7, 11, 15 alii manibus eminentia saxa complexi levavere semet, alii adiectis funium -is evasere). Hil. c. Const. 8 (*inter miracula martyrum*) elevari sine -is corpora et suspensis pede feminis vestes non defluere in faciem (*cf. Sulp. Sev. dial. 3, 6, 4* hos sublatis in sublime pedibus quasi de nube pendere).

D *instrumentum ad detrahendum aptum* (*cf. p. 962, 31*): Octavia 798 membra *statuae Poppaeae* per partes trahunt deducta -is. Lvcan. 6, 638 corpus ... inserto -is feralibus unco per scopulos ... trahitur. *huc pertinere videtur* Plin. nat. 35, 4 honorem *imaginum* non nisi in pretio ducentes, ut frangat heres furisque detrahat -us (-ū *var. l.*, -is *Urlichs*, -o *Detlefsen et pro dat. accipiens Mayhoff*).

II *usu dilatato*: **A** *in compar. de ramis conexis*: Cvrt. 6, 5, 15 occulti ramorum velut -i perpetua saepe iter eludunt (*16* nodi, in se implicati arborum rami). **B** *de torque*: Tert. cult. fem. 2, 13 l. 25 *cervix* margaritarum et smaragdorum -is occupata. **C** *de spira serpentis*: Prvd. c. Symm. 1 praef. 24 vipera sarmentis -os corporis implicans. *ambigue dictum l. 4.*

deriv.: 2. laquearius, 1. laqueo, ?laqueolus. *cf.* lacatismus, 2. lacunar, 2. laquear. *Pecere.*

ˢlăr (Lăr), laris *m.* [*vox fortasse etrusca. Sch.*] *de origine: a gr. λαύρα derivat* Arnob. (*v. infra*). *obscurum* Gloss. Prisc. gramm. suppl. p. CLXXVIII -r ignis a graeco †καταlieo, id est uro. *de scriptura*: las- (*antiquos in cas. obliquis sic dixisse testantur* Varro ling. 6, 2 ab -sibus -res. Pavl. Fest. p. 264 -sibus, fesiis pro ... -ribus, feriis. Qvint. inst. 1, 4, 13 Scavr. gramm. VII 13, 14 Gloss.): Carm. Arv. (ce 1) *ter.* las (*cf.* Exc. Bob. gramm. I 548, 29 legimus et -s et -r. Gramm. suppl. 115, 22 -s, quod et -r dicitur. Gloss. V 369, 54 -s -ris): *non legitur. abbreviatur, notatur*: larib: CIL I^{2} 2193. lar (*cas. obliq.*): CIL I^{2} 1762. 1825 *et saepe.* la: CIL III 3460. l: CIL X 8067^{12} (*iuxta* fam *i.* familiar-, *cf.* 8068$^{3.4}$ Inscr. NSc. 1908 p. 369; *vix* CIL IX 3424). *de prosodia*: Prisc. gramm. II 223, 13 producitur in nominativo ... -r (*de quantitate non constat, quamvis* -r *pro longa sit ante caesuram* Ov. fast. 5, 141, *corripiatur* Epigr. Bob. 8, 9). 326, 7 corripiunt paenultimam genetivi ... -r -is. *de numero* (*cf.* Char. gramm. p. 34, 14 B. -es ...; sed legimus et -r, -is. *sim.* Diom. gramm. I 327, 28. Gloss. II 325, 48 pluraliter tantum declinabitur, dicitur et hic -r): *plur. occurrit inde a* Carm. Arv., *sing. inde a* Plavto. *de formis: gen. pl.* -um R. Gest. div. Aug. *et passim in inscr. et codd.*; -ium Liv. 40, 52, 4 (*dub. an recte*). Non. p. 531, 11 (*ante* familiarium *in explicanda vetere lege; error fortasse ex analogia ortus*). *in parte codd.* Plin. nat. 2, 16. 28, 267. *dat. pl.* -rub- Fast. ann. Num. Antiat. (NSc. 1921 p. 83 sqq.) Iun. 27. *de notione*: Cic. Tim. 38 quos Graeci *δαίμονας* (*gr. 40^{d}*) appellant, nostri opinor -es (Plvt. quaest. Rom. 51 p. 277^{A}. Apvl. Plat. 1, 12 daemonas ..., quos genios et -es possumus nuncupare). Apvl. Socr. 15 p. 152 hunc *animum humanum a corpore solutum* vetere Latina lingua ... lemurem dictitatum; ex hisce ergo lemuribus (*cf. p. 965, 69*) qui posterorum suorum curam sortitus placato et quieto numine domum possidet, -r dicitur familiaris; (p. 153) qui vero ob adversa vitae merita nullis [bonis] sedibus incerta vagatione ceu ... exilio punitur, inane terriculamentum bonis hominibus, ceterum malis noxium, id genus plerique larvas perhibent; cum vero incertum est, quae cuique eorum sortitio evenerit, utrum -r sit an larva, nomine Manem deum nuncupant *eqs.* (Arnob. nat. 3, 41 Varro ... l. esse dicit -es, quasi quosdam genios et functorum animas mortuorum. Avg. civ. 9, 11 p. 382, 16 D. Mart. Cap. 2, 162. *cf.* Serv. Aen. 6, 152 apud maiores ... omnes in suis domibus sepeliebantur, unde ortum est, ut -es colerentur in domibus; unde etiam umbras larvas vocamus [a -bus *add. auct.*], nam dii penates alii sunt). Tert. apol. 13, 4 domesticos deos, quos -es dicitis (Porph. Hor. sat. 2, 3, 281 Gloss.). Cens. 3, 2 eundem esse genium et -em multi veteres memoriae prodiderunt. Arnob. nat. 3, 41 *-es*, quos arbitratur vulgus vicorum atque itinerum deos esse ex eo, quod Graecia vicos cognominat

[Hübner]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

λαύρας (*sic Ursinus*, laude *trad.*). *ibid.* Nigidius ... modo tectorum domumque custodes, modo Curetas ⟨ait⟩ illos ..., modo digitos Samothracios *eqs.* (DIOM. gramm. I 478, 25 SCHOL. Stat. Theb. 4, 787 HYG. fab. 139, 4). *ibid.* Varro similiter haesitans nunc esse illos manes et ideo Maniam matrem esse cognominatam -um, nunc aerios ... deos et heroas pronuntiat appellari *eqs.* (AVG. civ. 7, 6 p. 282, 17 D. *aerias animas* vocari h. et -es et genios. *cf. etiam l. 45. 62*). *alia v. infra.* *legitur inde a* CARM. ARV., NAEV., PLAVTO. [*it.* alare, -i, arali, *tusc.* (*Lucca*) làrie, *aemil.* laro, *venet.* lari; *raet. or.* laris; *francoprov.* la; *prov. vet., langued.* lar; *vasc. vet.* laa, *vasc.* la *etc.; cat.* llar; *hisp.* llares; *port. dial.* lar, laria. *cf. M.-L. 4910. Battisti-Alessio I 105. Wartburg V 182. Corominas III 36. Machado II 1300. G.*] [*confunditur* -es *c.* parens: SEN. Herc. O. 318. 353 LVCAN. 9, 992.]

nomen dei Romani: **I** *de deo ipso vel eius imagine*: **A** *strictius*: **1** *usu communi* (*exempla selecta*): CARM. ARV. (CE 1) enos -ses iuvate (*ter*). INSCR. arae Consi (Tert. spect. 5) -es compito (*sic Heinsius*, coillo *trad.*) potentes (*cf.* VARRO ling. 6, 25 Compitalia dies attributus -bus. OV. fast. 2, 616 *Lara* geminos ..., parit qui compita servant ..., -es. PLIN. nat. 3, 66 compita -um). NAEV. com. 102 -es ludentes peni pinxit bubulo. PLAVT. Aul. 386 haec (*sc. tusculum et coronae*) imponentur in foco nostro -i, ut fortunatas faciat gnatae nuptias. Merc. 834 di penates meum parentum, familiai -r pater. 836 alios deos penates persequar, alium -em, aliam urbem, aliam civitatem. Trin. 39 -em corona ... decorari. ENN. ann. 620 -es, tectum nostrum qui ... curant. AFRAN. com. 277 a -bus missa sum. VARRO Men. 463 suspendit -bus ... pilas, reticula ac strophia. ling. 5, 74 vovit ... Quirino, Vortumno, -bus. 9, 61 Maniam matrem -um (ACT. ARV. a. 183 II 11. *al. v. vol. VIII 443, 39 sq. cf. supra l. 18*). CIC. leg. 2, 19 lucos in agris habento et -um sedes. 2, 27 posita in fundi ... conspectu religio -um. 2, 55 quod genus sacrificii -i vervecibus fiat. nat. deor. 3, 63 aedem -um (CIL I² 1825. R. GEST. div. Aug. 19 [*vertitur in gr. ναὸν ... ἡρώων ut* app. 2]. *al. cf.* TAC. ann. 12, 24, 1 sacellum -um). VERG. Aen. 8, 543 *Aeneas* hesternum (*i. quem heri adierat; var. l.* externum *sc. Euandri*) ... -em parvosque penates ... adit. HOR. epod. 2, 66 renidentes. sat. 1, 5, 66 donasset iamne catenam ex voto -bus *post manumissionem*. 2, 3, 165 aequis. 2, 5, 14 ante -em gustet *poma* venerabilior -e dives. 2, 6, 66 ante -em proprium (SCHOL.: aut ante deos domesticos aut in -e proprio). TIB. 1, 1, 20 agri custodes. 1, 3, 34 antiquo (2, 1, 60 OV. trist. 4, 8, 22. *cf.* TIB. 1, 10, 15 patrii. *sim. al.*). PROP. 3, 3, 11 Hannibalem ... -es Romana sede fugantes. OV. fast. 1, 136 haec *frons ianuae* populum spectat, at illa -em. 2, 634 incinctos (*cf.* PERS. 5, 31 subcinctis). Ib. 81 plebs superum, fauni satyrique -esque. LIV. 8, 9, 6 Mars pater, Quirine, Bellona, -es *eqs. al.*

2 *indicantur*: **a** *varia genera* (*saepe per adi.*): familiaris (GLOSS. *θεοὶ vel ἥρωες κατοικίδιοι. anteponitur* f. *nonnisi l. 49*): PLAVT. Aul. 2 ego -r sum f. (*i. ἥρως fabulae Menandreae*). Mil. 1339 saluto te, ⟨-r⟩ f., priusquam eo. Rud. 1207 CATO agr. 2, 1. 143, 2 POMPON. Atell. tit. VARRO frg. Char. gramm. p. 166, 1 B. (*ex Romano*). CIC. Quinct. 85. dom. 108 deos penates et f. meos -es expulit. Phil. 14, 10 rep. 5, 7 leg. 2, 42 CIL I² 1762. *al. v. etiam p. 964, 70.* *alia exempla*: PLAVT. Merc. 865 viales ([diales *Non. p. 476, 8*]. ACT. ARV. a. 214 b 8 ⟨-i v⟩iali [*sing. ut* CIL III 1422]. CIL II 2417. XI 3079 conpitalibus, v., semitalibus. INSCR. Dessau 9251 semitales, curiales, v. *al.* SERV. Aen. 3, 302 manes piorum, qui -es v. sunt). TAB. triumph. Aemil. 11 aedem -bus permarinis vovit (LIV. 40, 52, 4. *dies eorum erat dec. 22*: FAST. ann. Num. Antiat. [NSc. 1921 p. 83 sqq.]. Iul. Praen. [CIL I² p. 238]. Ost. [CIL XIV 4547]). OV. fast. 5, 129 praestitibus (PLVT. quaest. Rom. 51 p. 276F *πραιστίτεις*). PLIN. nat. 21, 11 publicorum privatorumque (CIL II 816 V 2795 VI 456 XI 697). SVET. Aug. 31, 4 compitales (CIL XIII 11816 -bus c. sive quadriviis. *al. v. supra l. 16. 52 et vol. III 2074, 57 sqq.; sing.* INSCR. Dessau 9252 -i c. *cf.* SERV. auct. georg. 2, 383 compitalicii. *Dionys. ant. 3, 70, 2 ἡρώων. 4, 14, 3 ἥρωσι προνωπίοις*). CIL VI 975 (*a. 136*) reg. XIII vico -um alitum. reg. XIV vico -um ruralium (*an* putealium*? v.* INSCR. Dessau 6073). 455 (*a. 168*) ⟨-b⟩us Augg. colleg⟨iu⟩m -um praedio⟨rum⟩. 646 Silvano, -i agresti (*cf. l. 63*). ACT. Arv. a. 213 l. 27 militaribus (MART. CAP. 1, 48 -r caelestis nec non etiam m. CIL III 3460. 3463). HIER. in Is. 57, 7/8 post fores domorum idola ..., quos domesticos appellant -es (CIL III 4160. *cf. p. 964, 81*). MART. CAP. 2, 162 manes ... appellati lemures ... in -es domorum urbiumque vertuntur. CIL VI 459 -bus salutaribus. VIII 12918 custos lar(um) min(orum) (*dubitanter solvit Schmidt*). IX 725 lar(ibus) cas(anicis) (*suppletum sec. 2100* Silvano casanico. *cf.* III 3491 ⟨Silva⟩no domest⟨i⟩co et lar⟨ibus⟩). XI 2096 -i victori. CE 20, 8 aram dicavit ... Concordiae, Granno, Camenis, Martis (*i. belli?*) et pacis -i. **b** *certi homines vel coetus, quorum -es sunt*: VARRO ling. 5, 49 -um Querquetulanum sacellum. VERG. Aen. 5, 744 Pergameum. 9, 259 Assaraci ... -em (SIL. 3, 566). CIL VI 448 (*a. 2 a. Chr.*) -bus Augustis (*al. v. vol. II 1396, 83 sqq.*; A. *postponitur nonnisi* CIL V 4865. *cf.* CIL II 5929 Augustales. V 3259 -bus A(u)gustorum). PAVL. FEST. p. 102 Hostiliis -bus immolabant, quod ab his hostes arceri putabant. SEN. Herc. f. 917 Tyrium (STAT. Theb. 4, 374). LVCAN. 9, 992 Aeneae. VAL. FL. 2, 246 Iliaci. SIL. 1, 659 Laurentem. STAT. Theb. 10, 585 Cadmeos. silv. 4, 5, 2 Teucros (Ach. 1, 933). MART. 11, 4, 1 sacra -esque Phrygum. IVV. 12, 113 cadat ante -es Gallittae victima. APVL. apol. 53 apud -es Pontiani. CARM. c. pag. 3 qui colitis ... Palladium Priamique -es. CIL III 4038 colleg(io) magno -um et imaginum domini (VI 671 Antonini Pii. *cf.* 692 Silvano sancto sacro -um Caesaris ... et collegi magni. IX 2481 c. -um Marcellini. *v. etiam p. 965, 64 et vol. III 1594, 3 sqq.*). VI 10266 iussu decur(ionis) -um Volusianorum (10267). XII 2677 cultor(es) -um Sex. Antoni Mansueti et L. Valeri Rufini. *al.*

B *latius, sc. inclusa notione domus* (*cf. II A*): CIC. Verr. II 3, 27 relinquent arationes, relinquent -em familiarem suum? (LIV. 1, 29, 4 -em ac penates tectaque. PS. QVINT. decl. 13, 4 avitos -es. APVL. met. 1, 19, 12. AMM. 20, 4, 4 relictis -bus transrhenanis. *cf. p. 967, 41 et* HOR. epod. 16, 19 profugit ... agros atque -es patrios. OV. fast. 1, 478 deserit Arcadiam Parrhasiumque -em). 3, 125 qui ... in agros atque ad suum -em familiarem redirent (AMM. 16, 11, 7. *al. cf.* CIC. Sest. 30 reditus in suas civitates, ad suos -es familiares. Att. 16, 4, 2 nisi ad -em suum liceret *sc. reverti* [VAL. MAX. 2, 10, 2(*?*). SEN. Ag. 782. *al. similiter l. 48. 84*]). Phil. 14, 10. fam. 1, 9, 20 a meis -bus in provinciam est profectus. CATVLL. 31, 9 peregrino labore fessi venimus -em ad nostrum *eqs.* VARRO ling. 5, 92 pauper a paulo -e. SALL. Catil. 20, 11 illos *divites* binas ... domos continuare, nobis -em familiarem nusquam ullum esse. VERG. georg. 3, 344 omnia secum armentarius Afer agit, tectumque -emque (SERV. auct.: -em deos dicit penates, id est ignem, unde focum faciat). HOR. sat. 1, 2, 56 patrium mimae donat fundumque -emque. carm. saec. 39 mutare -es et urbem (SIDON. carm. 9, 292). epist. 1, 7, 58 gaudentem parvisque sodalibus et -e certo (curto *codd. rec., sed cf.* SEN. Med. 21 incerti -is. 478 certum. AVIEN. orb. terr. 282 certi -is inscia gens *Maurorum*). 2, 2, 51 inopem ... paterni et -is et fundi paupertas impulit audax, ut *eqs.* TIB. 1, 7, 58 *quem* candida ... antiquo detinet Alba -e. 2, 4, 54 ite sub imperium sub titulumque, -es (*de venditione, item* OV. rem. 302 sub titulum nostros misit avara *puella* -es). OV. am. 1, 8, 113 di tibi dent nullos ... -es *eqs.* fast. 5, 652 *comites Herculis* montibus ... ponunt spemque -emque suum (COD. Theod. 7, 21, 4 -em adque domicilium. *cf.* OV. trist. 1, 10, 40 constituisse -em [CASSIOD. var. 3, 21. *al.*]. VLP. dig. 25, 3, 1, 2 collocarent [AVIEN. ora 198]. APVL. met. 8, 23, 2 statuere [*al.*]. VOPISC. Prob. 24, 1 locaverunt [*al.*]. AMM. 17, 13, 3 fixere). *al.* SEN. contr. 7, 1, 18 patria, populo, -e (*Madvig*, patri populari *sim. trad.*) carere (*cf.* CVRT. 5, 12, 2 sine pignore, sine -e, ... exulem). GERM. 124 nulliusque -em, nullos adit illa penates (*cf.* MART. 12, 57, 2 cur ... parva rura ... -emque villae sordidum petam). *et saepius.* *in imagine*: HOR. epist. 1, 1, 13 ne ... roges, quo me duce, quo -e tuter (*i. quam sectam sequar, cf. p. 967, 24 et vol. V 1, 1981, 1 sqq.*).

II *metonymice* (*exempla certiora; ceterum cf. I B*): **A** *de domicilio, sede sim.*: **1** *strictius* (*cf.* SYNON. Cic. p. 422, 8 domi. in urbe ... apud sedes. apud -es. 422, 18 domus. sedes. penates. aedes. sacra. arae. penetralia. foci. -es *eqs.* ISID. orig. 20, 2, 24 antiqui domos -es dicebant. GLOSS. domus. domus honesta. foculare intra domum. *οἰκίαι. al.*): **a** *hominum*: TRAG. inc. 199 extulisti saucios patrio -e. LABER. mim. 110 eques ... ⟨e⟩ -e egressus meo domum revertar mimus (SIDON. epist. 1, 9, 3 -bus egrediebantur. CASSIOD. var. 6, 1, 6 -es proprios ... egredere. *cf.* OV. rem. 237 a -bus patriis exire). HOR. carm. 1, 12, 44 avitus apto cum -e fundus. 3, 29, 14 parvo sub -e pauperum cenae (SIL. 7, 173 parvosque -es humilisque subire limina ... tecti. *al. cf.* APVL. met. 1, 23, 6 contentus -e parvulo). PROP. 4, 1, 128 in tenues cogeris ipse -es. 4, 8, 50 ad primos ... -es (*i. portam*). 4, 10, 18 qui tulit a parco (*Jacob*, aporco *trad.*) frigida castra -e. OV. fast. 6, 95 -e communi soceros ... receptos (LIV. 26, 25, 12 urbe, tecto, mensa, -e. *cf.* SIDON. epist. 1, 9, 1 Pauli ... venerandis -bus excepti). 6, 362 -e pulsa suo est *Roma* (LVCAN. 1, 278 pellimur e patriis -bus. SIL. 7, 558 pulsus -e. *al.*). Pont. 1, 1, 10 latere sub -e privato. 1, 7, 58 (*57* domus) vestro sub -e semper eram. VAL. MAX. 7, 7, 3 in proprio -e (*sic Madvig*; iure *codd., tuetur Halm*) procreato filio (*cf.* IVV. 8, 14 natus in Herculeo Fabius -e. CAPITOL. Alb. 4, 3 natus -e modico, patrimonio pertenui. AVIEN. carm. ad Nort. 3 -e cretus Vulsiniensi, Romam habitans. CE 1238, 3 pau⟨p⟩ere progenitus -e sum parvoq(ue) parente). SEN. Herc. f. 197 me mea tellus -e secreto tutoque tegat (*cf. 200* parvae ... domus). Phoen. 594 parva me abscondat casa ..., liceat exiguo -e pensare regnum? (APVL. met. 1, 21, 6 *avarus* e. -e inclusus). LVCAN. 5, 528 o vitae tuta facultas pauperis angustique -es (PLIN. paneg. 47, 6 -em a., *opp.* domo principis. AVIEN. ora 614 a. -is tenuique censu civitas. *al.*). 6, 511 summittere tecto aut -bus ferale caput (*cf.* APVL. met. 5, 7, 6 tectum et -em nostrum ... succedite). PERS. 5, 109 modicus voti, presso -e. STAT. Theb. 2, 439 anne feret luxu consueta ... hunc regina -em *pauperem*? silv. 3, 1, 83 *tenuis casa* magnum Alciden humili -e parva premebat. 3, 3, 197 tu *pater defunctus* custos dominusque -is (MART. 11, 48, 3. *cf.* IVV. 3, 110 matrona -is). 4, 8, 23 Lucina pium ... intravit ... -em (5, 1, 146 VEN. FORT. carm. 1, 1, 14). MART. 9, 43, 12 privatos ... habitare -es. 10, 61, 5 -e perpetuo, ... turba sospite (*cf.* APVL. met. 11, 19, 1 -em temporarium mihi constituo). APVL. apol. 21 vivo gracili -e. met. 9, 24, 1 femina ... -em mariti pudice gubernabat. 9, 31, 3 unum -em varie dispergit venditionis ... fortuna. AVIEN. orb. terr. 495 *Tybris* Romanos ... -es ... praelambit (*Dionys. periheg. 355 οἶκον. cf.* ora 708 unda lambit oppidum -emque fusa). SYMM. epist. 1, 1, 5 (vers.) armenta ... eruta Geryonae de -e. AMM. 16, 7, 1 abire ... in -em (*cf.* 31, 10, 3 reversus in -em. RVFIN.

[Hübner]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

hist. 8, 17, 10 agere in propriis -bus [*gr. ἐν τῇ ἑαυτῶν ἑστίᾳ*]. Cod. Theod. 7, 13, 6 pr. in priore -e derelictam *uxorem*. Cassiod. var. 1, 17, 4 in -bus propriis esse. *sim. al.*). Cod. Theod. 8, 12, 3, 1 extra patriam et provinciam ... extra provinciam -emque suum. Iord. Get. 153 provincias ... sibi tamquam -es proprias vindicaret. *al.* *audaciora*: Stat. Theb. 1, 587 (*582 Lino exposito* cunabula ... gramineos dedit herba toros et vimine ... texta domus) fata nec illum concessere -em. Ps. Alex. c. Dind. coll. p. 183, 8 non sumus incolae huius mundi, sed advenae ...; properamus enim ad -em patrium (*i. ad superos*). Carm. laud. dom. 29 *sepulcro aperto* reserata est ianua leti horrendumque -em iam lux ingrata retexit (*cf. l. 22*). Prvd. perist. 10, 782 (*de matre Maccabaeorum*) per huius alvi fida conceptacula, per hospitalem mense bis quino -em. **b** *deorum, nympharum* (*cf. infra l. 54*): Prop. 4, 3, 54 raris ... adsueta kalendis vix aperit clausos una puella -es. Stat. Theb. 10, 88 qua ... atria Somni securumque -em segnis natura locavit. Mart. 9, 61, 15 sub hac latuit rustica fronde Dryas atque oluere -es ... Lyaeo. Prvd. perist. 2, 511 mors ... martyris mors vera templorum fuit, tunc Vesta Palladios -es impune sensit deseri (*cf.* c. Symm. 2, 967 ante ... quam Palladium, quam Vesta penates sub -e Pergameo servarent igne reposto). Clavd. rapt. Pros. 1, 136 Phoebus largitur Amyclas et Delon Clariosque -es. carm. min. 53, 86 Mimas *gigas* Lemnum ... cum -e Vulcani ... eruit undis. CE 442, 4 in -e Ditis (*cf. l. 11*). **c** *rerum*: Amm. 16, 10, 13 Romam ..., imperii virtutumque omnium -em. Boeth. cons. 1, 3, 2 W. cuius ab adulescentia -bus obversatus fueram, Philosophiam (*cf. p. 966, 40*).

2 *latius de aliis sedibus, latebris sim.*: **a** *animalium*: *α variorum*: Verg. georg. 4, 43 *apes* effossis ... latebris sub terra fovere (fodere *var. l.*) -em penitusque repertae pumicibusque cavis exessaeque arboris antro (*inde* Coripp. Iust. 4, 33 dulces ... -es in pumice figunt). Hil. gen. 96 (*ad deum*) donas ... regna hominum pecudumque -em requiemque volucrum (*cf.* Evstath. Basil. hex. 7, 4, 4 singula genera *beluarum maritimarum* in stationibus a natura sibi datis velut in regionibus terrarum -em proprium incolere coguntur [*gr. p. 156C ὥσπερ ... πατρίσιν ... ἐναυλίζεται*]). Avien. Arat. 1855 lupus ... affectans ... locos hominum lectumque -emque sponte petens (*gr. 1127 ἵνα οἱ λέχος ... εἴη*). Avian. fab. 34, 10 in propriis -bus ... grana legit *formica hieme.* *β avium* (*in imag. ap.* Clavd.): Ov. fast. 3, 242 nunc avis in ramo tecta -emque parat. Val. Fl. 4, 45 *fluctus* rapit halcyonis ... fetumque -emque (*48* domus. *Stat. Theb. 9, 360* domum madidosque penates). Stat. Theb. 8, 617 *hirundines* repetunt ... hospitia atque -em ... relictum stantque super nidos. Clavd. carm. min. 19, 8 *carmina* nidum pennis confisa relinquunt et -e contempto non reditura volant (*cf. Hier. epist. 47, 3, 1 opuscula* evolaverunt de nidulo suo). Avian. fab. 21, 6 *vox rustici* turbavit ... nidos *cassitae,* suaserat et (suasit et e *Ellis*) -bus continuare fugam. **b** *rerum*: Pallad. ins. 116 castaneae prunus *insita* iussa tenere -em (*cf. 130* cubilia). Carm. de aegr. Perd. 149 (*antea*: splenis ... cubilia, fellis ... domus) sunt omnia sana, per proprium digesta -em.

B *de foco, igni* (*cf. p. 966, 45 et* Gramm. suppl. 113, 29 -r id est ignis [Gloss. V 369, 54]. *exempla afferimus certiora*): Colvm. 10, 354 innata ... -is (-i *Gesner*) ... favilla (*cf. vol. VII 1, 1690, 79*). Sedvl. carm. pasch. 1, 260 hic *superstitiosus* laticem colit, ille -em (*op. pasch. 1, 25* cultor ... flammarum).

III *transfertur ad alios deos, ad hominem*: CE 1527 A, 2 (*a. 166/180*) nostri publice -r populi, sancte Medaure (*i. Aesculapi*) ..., parva magnus in effigia. 492, 13 -r mihi haec *uxor* quondam, haec spes, haec unica vita. *dub. an huc* Mart. Cap. 1, 54 Neptune ..., -r omnium cunctalis.

in parechesi: Apvl. met. 1, 8, 1 -i et liberis. Avien. Arat. 1855 lectumque -emque.

deriv.: laralia, lararium. *v. etiam Onom.* (Lara, Larentia, Larunda).

compos.: larifuga, larophorum.

laragātum *v.* laricatum.

larālia, (-um) *n.* *a* lar. Fest. p. 253 popularia sacra sunt, ut ait Labeo, quae omnes cives faciunt nec certis familiis adtributa sunt: Fornacalia, Parilia, -a *eqs.*

larārium, -ī *n.* *a* lar. [*vasc.* larę, larέy, łarę; *port.* lareira, -o. *cf. M.-L. 4910. Wartburg V 182. Machado II 1300. G.*]

i. q. aedes, ubi lares colebantur (*cf.* Gloss. Verg. Aen. 12, 199 ed. Hagen p. 524, 9 -a, ubi lares penates habitant): CIL IX 2125 (*a. 236*) signum scultum lara⟨rio⟩. Capitol. Aur. 3, 5 tantum ... honoris magistris suis detulit, ut imagines eorum aureas in -o haberet. Lampr. Alex. 29, 2 in -o suo, in quo et divos principes ... *et* Christum, Abraham et Orfeum ... habebat ac maiorum effigies. 31, 4 *Vergili* imaginem cum Ciceronis simulacro in secundo -o habuit ...; (5) Alexandrum vero Magnum inter optimos et divos in -o maiore consecravit. Vopisc. Tac. 17, 4 in -o dii omnes ... conciderunt. *Hübner.*

larbasis, -im, -ī *f. et* -on *n.*, *λάρβασον.* *nomen lapidis*: Plin. nat. 33, 101 (*cf.* 1, 33, 34 de ... -i) in ... argenti metallis invenitur ... spumae lapis candidae ...; stimi appellant, alii stibi, alii alabastrum, aliqui -im (turbasin *var. l.*). Diosc. 5, 109 p. 211, 4 de lapide stibio: ... larvoson.

larbus, -ī *m.* *orig. inc.* [*fem.: prov.* larba. *cf. Wartburg V 182. G.*] *nomen piscis*: Pol. Silv. nom. anim. chron. I p. 544, 17 -us.

lārdārius, lārdiolus *v.* larid-.

*?***lardo** Gloss. *vol. III 502, 6. obscurum.*

lārdum, lāredum (-dus) *v.* laridum. **larex** *v.* larix. **largātus** *v.* laricatum. **largē** *v.* largus. **largiēns, largienter** *v.* largior. *B.*

largifico, -āre. *a* largificus. *i. q. largiri* (*ni fallimur textu manco*): CE 934, 2 (*Pompeis, v. etiam* CIL I² 2540) *vol. VI 2, 1766, 7.*

largificus, -a, -um. *a* largus *et* facere. *i. q. largus*: Pacvv. trag. 414 grando mixta imbri -o. Lvcr. 2, 627 argento sternunt iter *Magnae Matris* ... -a stipe ditantes.

deriv.: largifico.

largifluus, -a, -um. *a* largus *et* fluere. *i. q. large fluens*: Lvcr. 5, 598 *e sole* mundi patefactum totius unum -um fontem scatere. Anth. 893, 3 manant lacrimis -is genae. Ivvenc. 1, 102 -is humiles opibus ditavit egentes (*Luc. 1, 53* esurientes implevit bonis). Zeno 2, 2 communis ... undae ... magnitudo ... -a.

largiloquus, -a, -um. *a* largus *et* loqui. *i. q. large loquax*: Plavt. Cist. 122 ubi saburratae sumus *meretrices,* -ae extemplo sumus, plus loquimur quam sat est. Mil. 318 non tu tibi istam praetruncari linguam -am iubes?

largīmentum, -ī *n.* *a* largiri. *fere i. q. largum donum*: Fvlg. myth. 2 praef. p. 35, 18 haec non nostra sunt, sed eius (*dei*) donum, et quae ampliora eveniunt, non hominis, sed divinum est -um.

***largior,** -ītus sum, -īrī *et* largio, -ī(v)ī, -īre. *a* largus. *de formis: fut.* -ib-: Plavt. (*alias* -iar) Bacch. 828. Ivvenc. 2, 560 (-itur *var. l., quam redarguit Hanssen, Textkrit. zu Iuvenc. 44 sq.*). Cassiod. Ios. antiq. 4, 116. *imperf.* -ib- Prop. 1, 3, 25. *imper. fut. depon. antiquus* -ito: Ter. Ad. 940 (*teste* Gloss. V 536, 59; -itor *codd. Ter.*). Lex Vrson. (CIL I² 594) 132, 30 (*antea*: dato, donato). -go(r) Gloss. *activis* (*cf.* Non. p. 470, 29 -i pro -re [*afferuntur* Lvcil., Acc.; *Cato* illargibo]. Prisc. gramm. II 392, 21 -o pro -or dicebant *vetustissimi contra consuetudinem* [*affertur Sall. p. 969, 56*]. 393, 9 eorum *verborum item utrasque formas exhibentium* ... usus tam apud Caprum quam Plinium et Probum invenies): Lvcil., Acc. -i. *?*Calp. decl. 17 -veris *var. lect. deterior* (-iebaris *cod. potior*). *?*Hier. epist. 38, 4, 3 -emus *cod. N* (-emur *cod. B*). Iord. Rom. 354 -ierat (*antea*: adiecerat). Greg. Tvr. Thom. p. 105, 22 -res (-reris *WR,* praestares *ed. Nauseae*). vit. patr. 4, 4 p. 676, 29 -ire (*ibid.* p. 677, 2 -itum *passive*). Gloss. -go. *de notione*: Synon. Cic. p. 422, 9 dat ... concedit. -itur *eqs.* 446, 27 tribuit. dat. -itur. *eqs.* Gloss. *φιλοτιμοῦμαι.* (*ἐν*)*δαψιλεύομαι.* -itur: gratificatur. *legitur inde a* Plavto *aliisque scaenicis,* Rhet. Her., Cic. [*it.* largire; *francog. med., francoprov. vet.* largir. *fortasse a viris doctis restituta. cf. M.-L. 4912. Battisti-Alessio III 2169. Wartburg V 183. G.*] [*variat cum.* elargior Pers. 3, 71 Schol. Cic. Bob. p. 155, 11. *falso tradi vid.* -imur *pro* largiter Qvadrig. hist. 88. *ad* largus *traximus* Plavt. Asin. 290 -ior.]

1 *i. q. succidia porcina* (NON. p. 171, 1 succidia, quod est -um [*cf. l. 79*]. SVET. frg. 170 arvina: pingue durum ...; alii arvinae nomine -um dicunt [*inde* SERV. auct. Aen. 7, 627]. *plur. non nisi* OV. *l. 61. in proverbio l. 64*): PLAVT. Capt. 847 iubes ... -um atque epulas foveri (lar..dum *B, deficit A*; -um ac pernas *Schöll, loco vix sano. 850* pernam). 903 quanta pernis pestis veniet, quanta labes -o! 907 ibo, ut ... ius dicam -o. Men. 210 glandionidam suillam, -um pernonidam (*cf. vol. VI 2, 2029, 32*). LVCIL. 79 ut lurcharetur -um et carnaria (POMPON. Atell. 169). CATO agr. 83 -i l(ibras) IIII (*in sacris faciendis ut* OV. fast. 6, 169 pinguia cur illis *Iuniis* gustentur -a Kalendis *Carnae deae* [*in eadem re* MACR. Sat. 1, 12, 33 -o]). HOR. sat. 2, 6, 64 uncta satis pingui ponentur holuscula -o (*cf.* PETRON. 39, 11 strabones, qui holera spectant, -um tollunt). 2, 6, 85 -i frusta. PETRON. 70, 2 de -o palumbum *faciet cocus*. 76, 6 *navi imposui* vinum, -um, fabam *eqs.* PLIN. nat. 28, 155 -um iusque decocti potum (*in re medicinali ut* 28, 158. 174. 227 elixum. 230. 29, 42 [*inde* PLIN. med. 2, 1, 4. 2, 10, 6. 3, 25, 2]. PELAGON. 462 CHIRON 835 VEG. mulom. 2, 80, 2 MARCELL. med. 9, 68. 15, 46. 27, 76. 34, 47. ANTHIM. 14 *Francorum remedium unicum*). CIL IV 8561 lard(i). STAT. silv. 4, 9, 34 grave (*i. quod male digeritur*). MART. 5, 78, 10 pallens faba cum rubente -o. IVV. 11, 84 natalicium cognatis ponere -um. EDICT. imp. Diocl. III/IV 4, 7 -i optimi. SPART. Hadr. 10, 2 *inter cibos castrenses*. CAPITOL. Gord. 28, 2 (*inter cibos maxime necessarios ut* GALLICAN. Avid. 5, 3 *et in epistulis Valeriani* [TREB. trig. tyr. 18, 9 Claud. 14, 3 VOPISC. Prob. 4, 6]. VEG. mil. 4, 7). DON. Ter. Ad. 380, 2 'salsamenta' aut salsi pisces sunt aut -um. PALLAD. 1, 17, 1 pavimentum ... -o pingui decocto adsidue perfricandum. 13, 6 pernas ... et -um conficimus non solum mense hoc (*sc. Iunio*), *sed tota hieme* (*confectio describitur Colum. 12, 55, ubi* succidia). CHAR. gramm. p. 130, 8 B. 'latera -i' vitiose quis dicit, satis est enim -um dicere, nihil enim aliud intellegi potest; nam latera non sunt nisi capita (*vix sanum, desideratur* latera) -i. SCHOL. Iuv. 11, 82 ('terga suis ... pendentia crate') in crate pendens -um. APIC. 7, 296 (7, 9, 4 M.) -i coctura. EXPOS. mundi 54 Lucania ... -um multum foras emittit (*cf.* 59 Spania). COD. Theod. 7, 4, 2

[B.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cum militibus . . . -um vel recens forsitan caro . . . erogabitur, ungulas orisque tantummodo summitatem praecidi . . . praecipimus, ne porcina . . . separetur *eqs.* 7, 4, 6 (= Iust. 12, 37, 1) -um, . . . carnem vervecinam. 12, 6, 21, 1 (= Iust. 10, 72, 9, 1). CASSIOD. var. 2, 12, 1 speciem -i nullatenus iubemus ad peregrina transmitti (12, 14, 6). ANTHIM. 14 de -o . . ., qualiter melius comedatur: . . . de cute vero ipsa nihil praesumatur. *ibid.* de crudo . . . -o, quod solent . . . Franci comedere. 52 napi . . . cum carnibus vel -o cocti.

2 *t. t. carnificum, nomen tormenti ceterum ignoti*: PASS. Pont. Cim. (BHL 6891) 12 eculeum, ungulam, faculas, -um (laminam *Delz in plagulis*), nervum.

deriv.: lar(i)darius, 2. laridus. *cf. Onom.*

1. lār(i)dus *v.* laridum.

2. lāridus, -a, -um. *a* laridum. *i. q. e larido constans*: COD. Theod. 8, 4, 17 pro octogenis libris -ae carnis . . . singuli solidi perferantur (*sic R; textus lacunosus in T, sed* dae *exstat*). *B.*

larifuga, -ae *m. a* lar *et* fugere. *i. qui lares deserit, domo fugit*: PETRON. 57, 3 (*libertus quidam de Ascylto*) -a nescio quis, nocturnus, qui non valet lotium suum. *Hübner.*

larignus, -a, -um. *a* larix, *cf.* lariceus. *i. q. e ligno laricis constans*: VITR. *l. 40. cf. Onom.*

larion hedera GLOSS. III 568, 10. *obscurum.*

lariōnes *v. s.* turio.

larix, -icis *f.* (*m.*). [*orig. inc.; videtur peregrinum. Sch.*] *derivatur a nomine castelli q. e.* Larignum VITR. 2, 9, 15 *sq.* ISID. orig. 17, 7, 44. *masc.* VITR. (*sed* CET. FAV. 12 *fem.*), *fem.* PLIN. nat. 16, 219. 222. PALLAD. (*sec.* CET. FAV.). *scrib.* -rex PALLAD. (*sed* CET. FAV. -rix). ISID. *l. c.* GLOSS.^{L} I Ansil. LA 351. *legitur inde a* VITR., *transit in gr.* λάριξ, -ικος. [(*it.* làrice), *venet.* larsa, larzo, lares, *langob.* lăres, larza *etc.*, *aemil.* lars, lăriz, laris, *abrut.* large, arğe; *raet. occ.* larš, lăriš, *centr.* lérəš, *or.* lăriš; *francoprov.* arzə, larzə, lăže, lărži *etc.* (*inde francog. med.* large, larege, larèze), *comit.* łardze, -a *etc.* (*inde theod.* lărche). *cf. M.-L. 4916. Battisti-Alessio III 2170. Wartburg V 193 sq. G.*]

nomen arboris (*ad rem v. Stadler, RE XII 422 sq., qui vocabulum gr. q. e.* πεύκη *a* PLIN. *saepe voce q. e.* -x *verti monet*): 1 *de ipsa arbore*: VITR. 2, 9, 14 -x . . ., qui non est notus nisi is municipalibus, qui sunt circa ripam fluminis Padi et litora maris Hadriani *eqs.* (15) *ea materia reperta est a Caesare, cum oppugnaret* castellum munitum, quod vocaretur Larignum *defensum turri larigna, quae incendi non potuit.* (16) ideo id castellum Larignum, item materies larigna est appellata. LVCAN. 9, 920 *Psylli ad angues pellendos* -es . . . urunt. PLIN. nat. 13, 100 *Homerus tradit* cedrum . . . -emque . . . uri (ε 60 κέδρου τε . . . θύου τε . . . δαιομένων. *non* κέδρου *verti, sed aliam versus formam subesse coniecit Morel, Phil. Woch. 45, 1925, 429*). 16, 30 *gignuntur gallae in ea.* 16, 43 sqq. *passim de materie, resina* (*sexu tam masc. quam fem., v.* 16, 47. 59. 187; *fusius* 24, 32 sq., *v. etiam* 28, 194. *cf. infra sub* 2), *foliis non decidentibus* (16, 80). 24, 28 -is folia *medentur.* 24, 136 chamaepeuce -i folio similis. PALLAD. 12, 15, 1. VEG. mil. 4, 34 (*v. app. crit.; trad. def. Andersson, Stud. 175 sq.*). 2 *de resina* -*is* (*cf. l. 45 et* GLOSS. III 602, 45 -e(m) medicamen. 625, 65 -e idest rasina pinia): MARCELL. med. 16, 14 ad . . . tussim . . . -is *tot.* 36, 23 ad podagram . . . -is *tot.* ORIBAS. syn. 1, 17, 21 Aa p. 58, 18 Mø. -em cocliarem unum (*gr. deest*). 9 add. p. 398 -em calicem unum. *ibid.* p. 401 -e coclear. *ibid.* -em calicem bibat . . .; quod si laragatum (*i.* laricatum) bibere non potuerit *eqs.* (*cf. Svennung, Unters. zu Pallad. 526*). RVF. podagr. 4.

v. Onom. (Larice).

deriv.: laricatus, *?* lariceus, larignus.

larna rasorium GLOSS. V 603, 16. *obscurum. an* lamna, lima, ralla *?*

laron *v.* larus. *B.*

larophorum, -ī *n. a* lar *et* -phorum (-φόρος), *cf.* aristophorum *sim. fere i. q. lararium*: CIL III 1952 Curia Prisca Matri magnae fanum rifecit, signa posuit, -um, cymbala, tympana *eqs.* ('*tripus est sigillis candelabrisque sustinendis aptus*' *Mommsen coll. VI 30972* delficam cum laribus et ceriolaris).

larsus v. larvus. *Hübner.*

lārua (lārva), -ae *f.* [*vox fort. etrusca, apud ipsos Etruscos a* lar *derivata. Sch.*] *derivant a* lar VARRO *p. 964, 76.* SERV. Aen. 6, 152. *scribitur etiam* -rb- (*cf.* MARTYR. gramm. VII 186, 9 b mutam decenter in scriptura tenebit. *sim.* CASSIOD. *ibid.* 186, 7) *hic illic in codd.* -rv-, -ru- *in inscr. et plerumque in codd. trium syllabarum est ap.* PLAVT., *duarum ap.* HOR., ANTH., CE, *al.* NOT. Tir. 58, 73. *masc. in serm. vulgari p. 978, 50. neutr.* -um (*sec.* ἄγαλμα, simulacrum, *si recte trad.*) GLOSS. II 215, 37. *de notione*: SYNON. Cic. p. 419, 6 cineres. ossa. reliquiae. manes. inferi. animae. umbrae. -ae. simulacra. GLOSS. δαιμόνιον, εἴδωλον. φάντασμα. portentum, diabulus. simulacrum. daemon vel umbra errans. umbra aut maleficus vel incantator. HESYCH. λάρεις· λάραβες (λάρβες *Niedermann*). τοὺς Κυρίτας (Κούρητας *idem*), Ῥωμαῖοι οὕτως. *cetera v. s.* lar, *specialia infra. legitur inde a* PLAVTO, STILONE, PLANCO. [*vix recte tradita var. lectio teste Salvagnio* OV. Ib. 144 ossea -a (o. forma *codd. servati omnes*). *falsa var. l.* -as *pro* umbras VEG. mulom. 3, 1 2, 4.]

nomen geniorum malorum, tam de animis mortuorum quam de numinibus quibusdam (*distinguuntur* mortui *p. 978, 14; ad rem v. Kock, RE XII 878 sqq. Latte, Röm. Relig. 99, 1*): 1 *strictius*: PLAVT. Amph. 777 quin tu istanc *Alcumenam* iubes pro cerrita circumferri? :: edepol qui facto est opus, nam haec . . . -arum plenast. Aul. 642 -ae hunc atque intemperiae insaniaeque agitant senem. Capt. 598 deliramenta loquitur, -ae stimulant virum. PAVL. FEST. p. 87 *faba* lemuralibus iacitur -is. p. 119 larvati: furiosi et mente moti, quasi -is exterriti. FEST. p. 129 (*Stilo*) manias . . ., quas nutrices minitentur parvulis pueris, esse -as, id est manes deos deasque (MART. CAP. 2, 163). SEN. apocol. 9, 3 qui contra hoc senatus consultum deus factus . . . erit, eum dedi -is et proximo munere inter novos auctoratos ferulis vapulare placet (*sensu ambiguo de servis ornatu larvali vestitis dici coniecit Heinze, Hermes 61, 1926, 66*). PLIN. nat. praef. 31 nec Plancus inlepide, cum diceretur Asinius Pollio orationes in eum parare, quae ab ipso aut libertis post mortem Planci ederentur, ne respondere posset: 'cum mortuis non nisi -as luctari'. APVL. apol. 64 (*quae praecedunt v. infra l. 60 sqq.*) pro isto mendacio . . . deus iste (*Mercurius*) . . . obvias species mortuorum, quidquid umbrarum est usquam, quidquid lemurum, quidquid manium, quidquid -arum, oculis tuis oggerat. met. 6, 30, 1 nec noctis intempestae manes -asque formidatis? 9, 29, 3 *postulat uxor* -a vel aliquo diro numine immisso violenter eius *mariti* expugnari spiritum. NON. p. 44, 20 (*v. s.* larvatus). p. 135, 13 lemures: -ae nocturnae et terrificationes imaginum et bestiarum. AMM. 14, 11, 17 sauciabantur eius sensus circumstridentium terrore -arum. 28, 1, 7 praesagia sollicitare -arum. SERV. Aen. 6, 152 umbras -as vocamus. HIER. epist. 40, 2, 2 placet mihi de -is . . ., de Niliacis ridere portentis. PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 7, 389 veluti -is exagitati (*gr.* δαιμονῶντες). PRVD. c. Symm. 1, 497 cave . . . prodigia ⌊et -as⌋ (*var. l.* esse deos) solito tibi fingere cultu. 1, 631 quascumque solent Capitolia claudere -as. 2, 840 -as sanguine placant. PAVL. PETRIC. Mart. 2, 613 semet cum sociis istaec mendacia -is sevisse. 5, 408 ut . . . torqueret trepidas captivo in corpore -as. 5, 732 expulsas captivo a pectore -as. GREG. TVR. Franc. 9, 21 -as inergia famulante nomen eius *regis* invocantes audieram. vit. patr. 4, 4 eiciebat . . . daemonia . . .; sed cum eorum exorcizatione -a non fuisset expulsa *eqs.* 19, 4 p. 741, 2 (*de energumenis sanatis*) nec moratur -a egredi e corpore. VEN. FORT. Mart. 1, 440 imposita . . . manu puero fera -a recedit (*Sulp. Sev. Mart. 17, 4* inmundum . . . spiritum). 2, 136 quamvis varia tegeretur -a figura. 2, 277 territa Martini . . . nomine -a refugit. 3, 285 tibia . . . -am iaculata sagittat. 4, 160 agmina -arum trepidabant ore, rotatu. 4, 523 -as . . . tegmine pullatas, tristi terrore sonoras *eqs.* (*Sulp. Sev. dial. 3, 15, 1* daemones). VITAE patr. Iurens. 1, 4 p. 134, 5 vexatos daemoniis ceterisque diaboli -is. 3, 13 p. 159, 25 dabat . . . contra (*var. l.* contraria) -is ac miseris (*var. l.* miseriis) scripta mandata. CIL XIII 7555^{III} data nomina ad inferas -as (*Hirschfeld*; ad infer(orum) fanu(m) *Zangemeister*). TAB. devot. Rev. Archéol. V 30 (1929) p. 424 n. 228 (*v. vol. VI 3, 3055, 42*). CE 1448, 7 (*e cod.*; '*non ante saec. VI*' *Bücheler*) mancipatur -is (mancipatura arvis *trad., corr. idem*) umbrisque truditur imis.

2 *in imag. et latius*: a *de hominibus*: α *malis* (*contumeliose dictum*): PLAVT. Cas. 592 amator . . ., qui me atque uxorem ludificatust, -a. Merc. 981 etiam loquere, -a? (983). PETRON. 44, 5 (*loq. libertus*) -as sic istos (istas *Scheffer*) *aediles* percolopabant. ANTH. 794, 32 (*fort. medii aevi*) tam terribilis -a pudorque patris. β *evisceratis, infirmis sim.*: PETRON. 62, 10 in -am intravi, paene animam ebullivi (ut -a *Bücheler; cf. vol. VII 1, 768, 37 sqq.*). ANTH. 931, 130 (*fort. medii aevi*) sordibus et multo similis squalore sepultis vix inter vivos -a videnda vagor.

b *de rebus*: α *i. q.* προσωπεῖον (GLOSS.): HOR. sat. 1, 5, 64 nil illi -a aut tragicis opus esse cothurnis. β *de figuris quibusdam* (*cf.* GLOSS. σκελετός): PETRON. 34, 8 -am argenteam attulit servus sic aptatam, ut articuli eius vertebraeque laxatae in omnem partem flecterentur. APVL. apol. 63 mendacium vestrum fuit macilentam vel omnino evisceratam formam diri cadaveris fabricatam, prorsus horribilem et larvalem (*var. l.* larvilem); quodsi compertum habebatis tam evidens signum magiae *eqs. ibid.* hiccine est sceletus, haeccine est -a, hoccine est quod appellitabatis daemonium? *ibid.* hunc qui sceletum audet dicere, profecto ille simulacra deorum nulla videt aut omnia neglegit; hunc denique qui -am putat, ipse est larvatus (*sic codd. det.*, larvans *cett. et edd. nonnulli, qui* '*larvis terrens*' *intellegere volunt*).

deriv.: larvalis, larvaticus, 1. 2. larvatus, larveus, larvula. *cf.* larvearum.

lāruālis, -e. *a* larua. *quattuor syllabarum est* PRIAP. *scribitur in codd. et* -ru- *et* -rb-. GLOSS. εἰδωλοφανής. daemoniosus. daemoniacus. GLOSS.^{L} I Ansil. LA 374 maleficus aut incantator. 376 daemonita (-i⟨s⟩ta *Lindsay*, -icta *Heraeus*) vel incantator. GLOSS. II 585, 54 statua sculpta ('*male ex graeco versa*' *Götz*). V 523, 22 daemones vel umbra seu discum (*?*) daemoniorum vel mortuorum.

i. q. ad larvas pertinens: PRIAP. 32, 12 uvis aridior puella passis . . . affert pallorem maciemque -em. SEN. epist. 24, 18 nemo tam puer est, ut Cerberum timeat et . . . -em habitum nudis ossibus cohaerentium (PAVL. sent. 3, 4b, 2 *in testamento* condiciones contra leges . . . vel bonos mores adscriptae nullius sunt momenti: veluti . . . si -i habitu processeris. DOSITH. gramm. VII 428, 4 -i habitu). APVL. apol. 63 (*v. supra l. 62*). met. 1, 6, 3 tu hic -e simulacrum cum summo dedecore nostro viseris (AMM. 31, 1, 3 -e s. Armeniae regis et miserabiles umbrae). 11, 2, 2 Proserpina triformi facie -es impetus compri-

[Steinmann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

mens. Ps. Rvfin. Ios. bell. Iud. 5, 93 tamquam -i terrore circumdati (*gr. πανικῷ δείματι, item* 5, 295). 6, 296 -is quaedam imago visa est: . . . visi sunt per inane ferri currus . . . et armatorum acies (*gr. φάσμα τι δαιμόνιον*). Volvs. Aug. epist. 135, 2 -is illa (*sc. a Christo peracta*) purgatio (Gloss. V 462, 49 -is p.: daemonum illa p.). Sidon. epist. 3, 13, 7 tota . . . est misero facies ita pallida veluti per horas umbris maestificata -bus. Drac. Romul. 8, 632 solet umbra sequax hominem, -is imago, muta sequi. Arator act. 1, 479 hostes (*i. daemonas, qui morbos efficiunt*) a sensibus atros proicit ac nebulis -bus exuit artus (*Vulg. 5, 15* ut . . . liberarentur ab infirmitatibus suis).

[lārvāns *p. 978, 67.***]**

lārvāticus, -a, -um. *a* larua; *cf.* lymphaticus, lunaticus. *i. q. morbo comitiali affectus*: Isid. orig. 4, 7, 6 hos etiam vulgus lunaticos vocant, quod per lunae cursum comitetur eos insidia daemonum; item et -i (*var. l.* barbatici, larvatio, barbatio).

[larvatio *l. 15.***]**

1. lāruātus, -a, -um. *a* larua; *cf.* cerritus, lymphatus *sim. quattuor syllabarum est* Plavto. *in codd. scrib. et* -ru- *et* -rb-. *de notione*: Pavl. Fest. *p. 978, 5.* Non. p. 44, 20 cerriti et -i male sani, et aut Cereris ira aut larvarum incursatione animo vexati (*afferuntur exempla e* Plavt. Amph.). Gloss. daemoniacus. insanus, quem larva contigerat.

i. q. larvis occupatus, male sanus: Plavt. Amph. frg. 6 -u' s; edepol hominem miserum; medicum quaerita. 8 morbo medicari iube: tu certe aut -us aut cerritus es. Men. 890 quid esse illi morbi, . . . num -ust aut cerritus? frg. inc. 48 pro -o te circumferam (*cf. p. 978, 1*). Apvl. *p. 978, 66.* met. 9, 31, 1 quem ad modum *pistor* -us ad inferos demeasset (*describitur larva in mulierem mutata 9, 30, 3*).

2. lārvātus, -ūs *m. a* larua; *cf.* 2. lymphatus. Gloss. II 266, 1 *δαιμονισμός* -s (*prior* u *pro* d *corr. in cod.*).

Laverna: **larvcarum** dea, quae furibus praeest Porph. Hor. epist. 1, 16, 60. *obscurum, vix cum* larva *coniungendum. an* lavernionum *scribendum* (*cf.* lavernio)*?*

lārveus, -a, -um. *a* larva, *fictum ad angustias carminis figurati superandas. i. q. larvalis, larvae similis*: Ven. Fort. carm. 5, 6 p. 117, 13 *diabolus* serpens . . ., zelator, -us hostis. *Steinmann.*

larvoson *v.* larbasis.

larus, *acc.* -on, -um *m.* (*?*), *λάρος. nomen gaviae avis* (Evcher. instr. p. 157, 14 Gloss.): Itala deut. 14, 15 (Lugd.) -on (-um Vvlg.). Vvlg. lev. 11, 16 -um (*Lugd.* mergum. *cf.* Hesych. *ad l.* p. 910^{B} -us animal est in utroque vivens, id est aqua et terra . . .; cui non male comparantur hi, qui simul circumcisionem venerantur et baptisma).

lārvula (-rbu- *trad.*) egisgrima (*anglosax.*) Gloss.^{L} Corp. L 11. *a* larva.

χαρωπός caesius, **larvus** Gloss. II 476, 1. *vix sanum nec a* larva *derivandum. cf.* Gloss. III 454, 1 (485, 24) larsus *χαροπός* (ravus, torvus *coni. viri docti*).

laryngotomia, -ae *f.*, *λαρυγγοτομία.* Cael. Avr. acut. 3, 4, 39 *Asclepiades* approbat arteriae divisuram ob respirationem faciendam, quam -am vocant. *cf.* pharyngotomia.

1. lăs *v.* lar.

[2. Lobon id est **las** Chron. min. I p. 186, 478. *falso trad. pro* lac, *v. Lagarde, Abh. Götting. 38, 1892 p. 19, 507. Wutz, Onom. sacra p. 757 et comm. p. 660.***]**

lasanum (-us), -ī *n.* (*m.*), *λάσανον. masc.* -us Anth. (*sec.* vir *sim.*), *restituitur ap.* Petron. *in serm. vulgari.* la- *pro longa est* Anth. **[***vix recte trad.* Ps. Theod. Prisc. add. p. 283, 29 *si os telumve in corpore latet,* incantas '-a, piscator, exi foras et fac, quod tibi iussit Iupiter' (sana *coniecit Heraeus in exemplari suo*).**]**

i. q. vas alvo exonerandae aptum: Hor. sat. 1, 6, 109 praetorem quinque sequuntur te *Tillium* pueri, -um portantes oenophorumque (Schol.: vas, in quo exoneratur venter *eqs.*). Petron. 41, 9 Trimalchio ad -um (lasammum *trad.*) surrexit. 47, 5 (*loq. Trimalchio*) si quid plus *quam crepitus ventris* venit, omnia foras parata sunt: aqua, -i (*Bücheler,* lassant *trad.*, -um *Scheffer*) et cetera minutalia. *inde de homine foetido*: Anth. 205, 13 -us es plenus.

lasar *v.* lasser. **lascīveo** *v.* lascivio. *B.*

***lascīvia,** -ae *f. a* lascivus. Synon. Cic. p. 426, 21 gaudium. laetitia . . . lusus . . . -a. exultatio. Gloss. -a: *ἀσωτία.* voluptas animi. luxuria. -ae: iocus, lusus, cachinnus. *legitur inde a* Plavto, Ter.

i. q. habitus lascivus (*hic illic significantur potius actus lascivientium, lascive facta sim., maxime per plur.; vis corporalis, qua magis mobilitas, saltandi facultas sim. illustrentur, imprimis p. 980, 76. 981, 22 apparet; opp.* data opera *p. 980, 37*; in, ad *c. acc. p. 980, 55. 981, 42; quasi persona est p. 981, 30*): **I** *in quibuslibet actionibus vel condicionibus*: **A** *generatim* (*respiciuntur exsultantia, petulantia vel intemperantia, improbitas sim.*): **1** *hominum nec non rerum ad homines pertinentium* (*naturae quasi deae p. 980, 23; per iocum dicitur de ipso homine l. 80*): **a** *sing.*: Plavt. Asin. 298 (*de servo verberibus adsueto*) gymnasium flagri, salveto . . . :: o virgarum -a (*item c. gen. rerum* Tac. ann. 4, 48, 1 omittere stationes -a epularum. Gell. 6, 16, 6 *matteas* repertas esse . . . per luxum animi . . ., per improbam satietatis -am. Arnob. nat. 1, 53 cachinnorum. *al. gerund.*: Hier. in Ezech. 25, 1—7 p. 234^{A} insultandi). Trin. 751 adulescenti . . . indomito, pleno amoris ac -ae. Ter. Haut. 945 *animus* luxuria et -a diffluit. Porc. Lic. carm. frg. 3, 1 dum -am nobilium . . . petit *Terentius.* Cic. fin. 2, 65 non . . . hilaritate nec -a nec risu aut ioco . . . sunt beati. Pvblil. L 7 -a et laus numquam habent concordiam. Lvcr. 5, 1400 caput . . . redimire coronis . . . -a laeta monebat. Sall. Catil. 31, 1 ex summa laetitia atque -a. Iug. 39, 5 quos . . . licentia atque -a corruperat. 41, 3 -a atque superbia (Liv. 8, 29, 3). 66, 2 *dies festus* ludum et -am magis quam formidinem ostentabat. Rvt. Lvp. 1, 18 (*vertitur Lycurgi frg.*) cuius omnes corporis partes ad nequitiam sunt appositissimae: oculi ad petulantem -am *eqs.* (*cf. p. 981, 22*). Ov. fast. 5, 331 quare -a maior his foret in ludis (*Floralibus ut* Lact. inst. 1, 20, 10 celebrantur . . . cum omni -a). Liv. 1, 5, 2 ut nudi iuvenes . . . per lusum atque -am currerent *Lupercalibus.* 2, 18, 2. 23, 11, 3 (*responsum Apollinis*) -am a vobis prohibetote. 24, 16, 14 per -am ac iocum . . . ludibundi. 37, 20, 5 in iuvenales lusus -amque versi *milites.* 39, 15, 7 *Bacchanalia* concessum ludum et -am . . . esse. 39, 42, 9 ⟨per⟩ -am (-a *var. l.*) cum cavillaretur. Cels. 3, 24, 5 *utendum* lusu, ioco, ludis, -a, per quae mens exhilaretur. Sen. dial. 11 (12), 18, 5 quem non in iocos evocabit illa (*nepotis*) -a. Cvrt. 6, 6, 1 continentiam . . . et moderationem . . . in superbiam ac -am vertit. 8, 10, 15 non divino instinctu, sed -a esse provectos *milites bacchantes.* Plin. nat. 5, 7 Aegipanum Satyrorumque -a impleri *Atlantem montem* (*cf. Mart. Cap. 6, 667* Satyris Aegipanisque bacchantibus). 11, 123 nec alibi maior naturae -a: lusit animalium armis (14, 15 est et illa n. -a, ut praegrandibus *uvis* adhaereant parvi comites. *cf. 14, 42* naturae lusu. *v. et p. 982, 81*). 36, 12 imaginem eius *Hipponactis* -a iocosam (*Jahn,* iocorum *trad.*) hi *i. Bupalus et Athenis* proposuere ridentium circulis. Stat. silv. 3, 5, 14 -a corde nulla. Tac. Agr. 5, 1 more iuvenum, qui militiam in -am vertunt. Germ. 24, 1 *iuvenes* inter gladios se . . . saltu iaciunt; . . . audacis -ae pretium est voluptas spectantium. dial. 29, 2 parentes non probitati neque modestiae parvulos assuefaciunt, sed -ae et dicacitati. hist. 4, 2, 3 adversum plausum ac -am insultantis volgi immobiles. ann. 1, 31, 4 -ae sueta, laborum intolerans *multitudo militum.* 13, 15, 2 dissimulationem nox et -a exemerat. 14, 17, 1 oppidana. 14, 20, 4 patrios mores funditus everti per accitam -am *sc. per ludos et certamina. al.* Fronto p. 122, 9 v. d. H. (p. 128 N.) *exercitus* luxuria et -a et otio . . . corruptus. Gaivs inst. 3, 202 si quid per -am et non data opera . . . factum sit (*similiter significantur in sermone iuris delicta, quae non dolo malo committuntur*: Men. dig. 49, 16, 6, 7 per vinum aut -am lapsis. Vlp. coll. Mos. 12, 5, 2 nisi in lata et incauta neglegentia vel -a fuit [*interpolatori tribuit Kunkel, ZSavSt. 45, 1925, 331sq.*]. dig. 48, 8, 4, 1 cum quidam per -am causam mortis praebuisset). Apvl. Plat. 2, 4 *opp.* avaritia. Tert. nat. 1, 10, 44 (= apol. 15, 1) -ae ingenia. apol. 35, 1 solemnia eorum *sc. imperatorum* conscientia potius quam -a celebrant. pudic. 6 p. 230, 7 quae *caro* non -ae frondibus, sed sanctimoniae floribus praecingeretur. Avr. Vict. Caes. 14, 6 omnia . . . prospicere, quae luxus -aeque essent. Evtr. 9, 8, 1 *Gallienus* diu placidus et quietus, mox in omnem -am dissolutus. Amm. 14, 6, 25 quae *vela* Campanam imitatus -am Catulus . . . suspendit *in theatro* (*Val. Max. 2, 4, 6* luxuriam). Hier. epist. 24, 5, 2 in urbe pompae, -ae, deliciarum. Victric. 27 intemperantiae, -ae . . . colla fregerunt *apostoli.* CE 1166, 3 cuius . . . -a surgere . . . coeperat et dulces fingere nequitias. *al. nomen tabulae, ut videtur*: Plin. nat. 35, 110 *Philoxenus Eretrius* pinxit . . . -am, in qua tres Sileni comissantur. **b** *plur.* (*cf. p. 981, 31. 43*): Val. Max. 6, 9 ext. 1 *ut* praecepta *Xenocratis* temulentiae -is elevaret *Polemo.* Tac. ann. 11, 36, 3 *Messalina* paribus -is ad cupidinem et fastidia. Tert. apol. 39, 19 inceptiones -arum. idol. 1 p. 31, 5 in illa (*idololatria*) -ae et ebrietates. adv. Val. 12 p. 191, 9 nauticorum -as gaudiorum. Arnob. nat. 6, 12 ut in deorum corporibus -ae artificum luderent darentque his formas, quae . . . possent esse derisui. Hil. in Matth. 11, 5 quod luxu ac -is mollescat. Evagr. vita Anton. 1 p. 841 nec infantum -as nec puerorum negligentiam sectabatur (*Migne gr. 26, 841^{A} ὡς παῖς ἐρραθύμει, Vita Anton.* vagabatur). Ambr. in Luc. 4, 2 -arum . . . inlecebris. in psalm. 37, 5, 4 luxui et voluptatibus et -is et carnis cupiditatibus vivit (*cf. seriem similem* 37, 6, 3). Avg. in euang. Ioh. 49, 14 -is et flagitiis inquinati. serm. 307, 1, 1 inter delicias et -as convivantium. Evstath. Basil. hex. 9, 5, 17 -as et protervitates illorum *infantum* (*gr. non nisi τὸ ἀκόλαστον. cf. Ambr. hex. 6, 6, 38* libertatem lasciviendi). Ennod. epist. 1, 6, 5 p. 14, 20 antiquorum -as parca nituntur frugalitate reparare et profligantia patrimonium fulcire culmina.

2 *animalium* (*cf. infra p. 981, 7*): Pacvv. trag. 409 piscium -am (*cf.* Plin. nat. 9, 34 *delphinorum* [*opp.* tristitia *thursionum.* Plin epist. 9, 33, 9]). Colvm. 6, 29, 1 -a et alacritate (*eculei ut* Ambr. virg. 2, 6, 41 prius adsuescitur verbo -ae quam verbere disciplinae). 7, 6, 7 haedorum -a compescenda. 7, 12, 12 *canum catulos emitti* lusus ac -ae causa. Plin. nat. 8, 52 simiarum. 11, 115 posteriorum -a crurum petauristae *nominantur animalia pulicum similia.* 18, 364 pecora exultantia et indecora -a ludentia. Lact. inst. 3, 10, 2 *ridere videntur bestiae* cum . . . oculis in -am resolutis . . . homini adludunt (*fere eadem* ira 7, 9. *cf.* epit. 28, 6 in gaudium et -am resolvuntur *animalia*). *al.*

B *speciatim in re amatoria* (*respicitur impudicitia sim.; argute per metonymiam fere de ipsis partibus genitalibus p. 981, 12; per oxymoron usurpatur in bonam partem p. 981, 29*): **1** *sing.*: Ov. am. 1, 4, 21 cum tibi succurret Veneris -a nostrae. 3, 14, 19 stet procul inde (*i. a*

[Beikircher]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cubiculo) pudor; hinc simul exieris, -a protinus omnis absit, et in lecto crimina pone tuo. EPIST. Sapph. 47 placebam ... tunc praecipue, cum fit Amoris opus; tunc te plus solito -a nostra iuvabat. SEN. contr. 2, 7, 3 adversus sollicitatoris -am *tuta matrona*. SVET. Cal. 25, 3 *Caesonia* luxuriae ac -ae perditae. 36, 2 *post concubitum* recentibus adhuc -ae notis reversus. APVL. met. 2, 17, 1 crinibus ... dissolutis ad hilarem -am in speciem Veneris. 7, 23, 1 propter luxuriem -amque amatoriam *asini*. 9, 5, 1 uxorcula ... postrema -a famigerabilis. TERT. nat. 2, 14, 9 *Hercules* ob -am venenis circumventus. coron. 14 l. 11 quid ... est in capite feminae corona quam formae lena, quam summae -ae nota. ieiun. 1 p. 274, 10 pro dispositione membrorum ordo vitiorum; prior venter, et statim cetera saginae substructa -a est; per edacitatem salacitas transit. 6 p. 280, 10 (*de homine epulis saginato*) ad -am sapere (*postea*: lusum ... impudicum). 17 p. 296, 26 appendices ... gulae *sunt* -a atque luxuriae. pudic. 17 p. 256, 5 in luxuriae et -ae et libidinis negotia. ITALA Gal. 5, 19 (Tert. pudic. 17 p. 256, 13) fornicationem, immunditiam, -am (*gr.* ἀσέλγεια, *codd. d g* impudicitia, *Cypr. testim. 3, 64* spurcitiae, *Ambrosiast.* obscenitas, *Vulg.* luxuria). PORPH. Hor. carm. 3, 18, 1 *Nympharum* per -am ... fugientium *sc. Faunos, ut magis illiciantur*. CYPR. hab. virg. 19 -ae et petulantiae crimen (*adeundi promiscuas balneas*). SER. SAMM. 656 mobilis (*sc. cinaedorum*) hirsutas horret -a saetas. IVST. 1, 3, 2 cum mollitia corporis et oculorum -a omnes feminas anteiret *Sardanapalus* (*cf. Ctesias 688 F 1 Jac. p. 444 apud Athenaeum τὰ λευκὰ ἐπαναβαλὼν τῶν ὀφθαλμῶν et sim. apud alios; an mero respectu impudicitiae? cf. p. 980, 9*). AMBR. in psalm. 47, 8, 2 edomare carnis -am (HIER. vita Malchi 3). RVFIN. Orig. in gen. 3, 6 p. 47, 4 qui ... in omnem -am proruit et per diversos ... pendet amplexus. Orig. in Ios. 13, 4 p. 374, 11 *deus* eradicat -am, pudicitiam plantat. TRACT. Pelag. 3 p. 37 *evangeliorum* fecunditatis casta -a (*per allegoriam a quattuor coniugibus Iacob sumptam*). *al.* -a *quasi dea*: DRAC. Romul. 10, 263 *inter comites Amoris* mollis -a saltat. **2** *plur.*: ARNOB. nat. 5, 32 -as eum (*Iovem*) exercuisse cum filia (*cf.* 6, 22 amatorias ... miscuisse -as cum ... signo *Veneris*). AVG. bon. coniug. 21, 26 p. 220, 22 amatores feminarum et -arum (*var. l.* -orum). nupt. et concup. 1, 12, 13 non est ... libido nuptiarum bonum, sed obscenitas peccantium, necessitas generantium, -arum ardor, nuptiarum pudor.

II *in dicendo, scribendo* (*plur. l. 43; acced. gen. gerund. l. 56*): **A** *in carminibus* (*respicitur sive poetae habitus sive operis stilus eiusve argumentum maxime res amatorias tractans*): OV. rem. 385 Thais in arte mea est: -a libera nostra est; nil mihi cum vitta. trist. 2, 313 in nostra nimia est -a Musa. 2, 345 haec tibi me invisum -a fecit ob artes. LIV. 4, 53, 13 sollemnis militum -a in consulem. TAC. dial. 10, 4 elegorum -as et iamborum amaritudinem ⟨et⟩ epigrammatum lusus. PLIN. epist. 4, 14, 4 *poetas* non modo -a rerum, sed ne verbis quidem nudis abstinuisse. ARNOB. nat. 5, 1 illa, quae historiae continent ..., poetarum sunt excogitata -a? AVSON. 360 p. 218, 9 P. Plinio in poematiis -am, in moribus constitisse censuram. **B** *in oratione soluta*: **1** *respicitur nimius ornatus*: SEN. epist. 114, 2 argumentum est luxuriae publicae orationis -a. QVINT. inst. 2, 5, 22 ne recentis huius -ae flosculis capti voluptate prava deleniantur *discipuli* (10, 1, 43 -a deliciaeque). TAC. dial. 26, 2 quo *cultu* ... actores ita utuntur, ut -a verborum et levitate sententiarum et licentia compositionis histrionales modos exprimant. **2** *respicitur dicacitas, maledicendi cupiditas sim.*: PLIN. nat. 26, 2 lichenas appellavere ... ioculari ... -a, ut est procax multorum natura in alienis miseriis ..., mentagram. QVINT. inst. 9, 2, 76 maledicendi. TAC. ann. 11, 13, 1 theatralem populi -am severis edictis increpuit, quod in P. Pomponium ... probra iecerat. GREG. M. moral. 10, 8 p. 923C obtrectationis.

in locut. adverbialibus: per -am: LIV. 1, 5, 2. 2, 18, 2. 24, 16, 14. 39, 42, 9 (*suppl.* per; *var. l.* -a). TAC. hist. 2, 68, 2. 3, 33, 2. 3, 62, 2. ann. 12, 7, 3. 14, 20, 4. *et saepius*. *abl.*: PLIN. nat. 18, 364. 26, 2 TERT. apol. 35, 1. *cf. l. 60*. cum -a: LACT. inst. 1, 20, 10.

homoeoprophora: luxuria, -ries (TER. Haut. 945 SEN. epist. 114, 2 SVET. Cal. 25, 3. FRONTO p. 122, 9 v. d. H. [p. 128 N.]. APVL. met. 7, 23, 1 TERT. ieiun. 17 p. 296, 26 pudic. 17 p. 256, 5. *cf.* luxus: AVR. VICT. Caes. 14, 6. 31, 2 HIL. in Matth. 11, 5 AMM. 21, 16, 5), laetitia (SALL. Catil. 31, 1 TAC. ann. 14, 21, 3 ITIN. Alex. 43. *cf.* laeta LVCR. 5, 1400), licentia (SALL. Iug. 39, 5 TAC. dial. 26, 2 COD. Iust. 5, 9, 10, 2), ludus, -sus (SALL. Iug. 66, 2 LIV. 1, 5, 2. 37, 20, 5. 39, 15, 7 CELS. 3, 24, 5 COLVM. 7, 12, 12 TAC. dial 10, 4. *cf.* -a ludere PLIN. nat. 18, 364), levitas (TAC. dial. 26, 2 RVFIN. Orig. in Ios. 15, 3 p. 385, 1 AVG. civ. 2, 14 p. 69, 19 D.), libido (TERT. pudic. 17 p. 256, 5 RVFIN. Orig. in Ios. 15, 3 p. 385, 1).

deriv.: lasciviosus.

lascīvībundus, -a, -um. *a* lascivire. *fere i. q. habitu lascivo insignis, lasciviens*: PLAVT. Stich. 288[3] quidnam dicam Pinacium -um tam lubentem currere (*A*, lubenter *cett.*; *cf. 285* age ut placet, curre ut lubet *eqs.*). *Beikircher.*

[a]**lascīvio**, -v(i)ī, -īre. *a* lascivus. *formas perf. non invenimus nisi* GELL. 4, 20, 6 -visset. HIER. hom. Orig. in Luc. 9 p. 53, 18 -visse. in Ioel 1, 17 -vierunt. Ps. HIER. epist. 18, 2 -visti. *?* Ps. AVG. serm. WSt. 50, 1932 p. 134, 9 -verunt (-verent, -virent *var. ll.*). *abl.* -enti PLIN. nat. 8, 5 FVLG. myth. 2, 2; -ente MACR Sat. 2, 2, 5. *coniug. primae vel secundae*: ANTH. 176, 13 Cecropii -ans bucula fabri. CHAR. gramm. p. 469, 12 -eo. GLOSS. -ens: ludens (*?, scrib.* luciens). -entes: ferventes. *inde ab* ENN., LVCIL., CIC. (lascivibundus PLAVT.). [*in sent. corrupta* SEN. contr. 2, 6, 4.]

i. q. lascivum esse (*minus valet quam* saevire *l. 12. al., sed cf. l. 29; c.* in *fin. l. 46. 62, acc. int. l. 51*): **I** *quidlibet agendo*: **A** *de animantibus eorumque affectibus, gestis sim.* (*-unt res animatae l. 34. 66*): **1** *generatim*: **a** *praevalente vi incorporali*: ENN. scaen. 50 quid -i⟨s⟩, stolide ? CIC. rep. 1, 63 in pace et otio; licet enim -ire, dum nihil metuas. LIV. 2, 28, 5 otio -ire plebem (SEN. dial. 2, 10, 3 TAC. Agr. 16, 3. *al. cf.* LIV. 2, 52, 2 ex copia ... otioque -ire ... animi. Ps. QVINT. decl. 3, 12 -it otium. TAC. Germ. 44, 3 otiosae ... manus facile -unt). 2, 29, 9 -ire magis plebem quam saevire. 23, 4, 5 civitas ... ita ... -ire, ut nec libidini nec sumptibus modus esset. SEN. contr. 9, 5, 7 nepotem ... inter pueriles iocos petulantius -entem. SEN. benef. 7, 20, 3 ludibria regum in mari -entium. dial. 1, 1, 6 -ire et voluptatibus fluere (*opp.* laborare, sudare *eqs.*). epist. 56, 9 numquam vacat -ire districtis. STAT. silv. 3, 2, 111 cur ... Therapnaei -at ora Canopi. MART. 4, 3, 7 quis siccis -it aquis (*i. nive*) et ab aethere ludit? (ARNOB. nat. 6, 13. 7, 33 l., -ire, saltare. Ps. HIER. epist. 18, 2 lusisti puer, adulescentulus -isti). QVINT. decl. 291 p. 160, 16 non est istud (*i. in amorem incidere*) nisi -entis animi. Ps. QVINT. decl. 15, 10 *amor* -entis adhuc aetatis instinctu tumultuosus ac petulans (HIER. epist. 52, 1, 1). TAC. hist. 3, 83, 2 et furere ... et -ire. ann. 1, 16, 2 -ire ..., denique luxum et otium cupere. 2, 44, 1 urbano luxu. *al.* GELL. 1, 11, 7 -entium delicias conviviorum (*cf.* MACR. Sat. 1, 5, 11 cenam ... non -entem ferculis, sed quaestionibus doctis pudicam). TERT. adv. Marc. 1, 27 p. 329, 5 voluptates circi furentis et caveae saevientis et scaenae -entis. CYPR. epist. 13, 4 temulentus et -ens. LEX conviv. (Querol. p. 60, 22) *quasi hominum* -ens turba desaeviat. SYMM. epist. 8, 23, 3 me -ire in tanta locorum amoenitate et rerum copia. AMBR. hex. 6, 6, 38 (*v. p. 980, 67*). in psalm. 118 serm. 15, 37, 1 ne cupiditates ... indomito fervore -ant. Ps. RVFIN. in Os. 2, 11 cum tota regio choreis, canticis epulisque -ret (*cf.* PRVD. apoth. 353 choris). CLAVD. rapt. Pros. 2, 146 galeam mitescere sertis; ferratus -it apex horrorque recessit Martius *eqs.* LEO M. serm. 48, 2 quo ... aut ira saevit aut luxuria -it. *al.* **b** *praevalente vi corporali* (*respicitur motus*): LVCIL. 212 -ire pecus nasi (*?*) rostrique repandum (*de delphinis ut* SEN. Ag. 454 PLIN. nat. 18, 361 SOL. 12, 12. *cf. p. 983, 79*). CIRIS 142 *Scylla* sacris operata deae -it et extra procedit ... matrum ... catervam. OV. met. 7, 321 exilit agnus -itque fuga (COLVM. 7, 3, 18 *seq.* luxuriantem, exultatione. VVLG. prov. 7, 22). LIV. 27, 4, 13 angues ... -entium piscium modo exsultasse. PLIN. nat. 8, 5 *elephantos* -enti pyrriche conludere. 10, 59 mansuefactae -unt *grues*. SIL. 13, 329 dextera *Panis* -it caesa ... capra verbera laeta movens (*cf.* CE 1237, 3 [*s. II/III*] non manus Idalia -at improba virga. FVLG. myth. 2, 2 -enti pollice fusi ... rotare vertiginem). Ps. QVINT. decl. 13, 9 -entem ⟨in⟩ luxuriam fugam *apium*. TAC. ann. 2, 55, 5 vagum ac -entem per agros militem. SVET. Iul. 67, 1 (*nisi ad a pertinet*) licentiam ... passim -endi permittebat *militibus*. FLOR. Verg. 2, 9 M. *Iuppiter taurus Europam* portans ... per tota maria -it. APVL. met. 5, 22, 6 alis *Cupidinis* quiescentibus extimae plumulae ... tremule resultantes inquieta -unt. 5, 25, 3 vago pastu -unt ... capellae. 6, 6, 3 gannitu constrepenti -unt passeres. PORPH. Hor. carm. 3, 18, 9 ('ludit ... pecus'). PROB. Verg. georg. 4, 10 ('haedi ... petulci'). HIER. hom. Orig. in Luc. 9 p. 53, 18 (*ad 1, 41. 44*) 'exsultasse' infantem et quodammodo gaudio -isse. in Ioel 1, 17 iumenta ... -ierunt (*antea*: subsaltaverunt, *gr.* ἐσκίρτησαν). adv. Pelag. 1, 38 p. 532D (*ad II reg. 6, 6, ubi Vulg.* calcitrabant) -entes boves (VVLG. I par. 13, 9). VVLG. Os. 4, 16 vacca -ens. RVFIN. Clement. 7, 37, 5 -entibus equis. PALLAD. hist. mon. I 5 p. 267B sues agrestes discursibus ac strepitu -entes (*gr. p. 43, 2 B.* σκιρτῶντας).

2 *in re amatoria c. colore pruriendi*: PRIAP. 47, 4 uxor aut amica rivalem -endo languidum ... reddat. MANIL. 5, 321 -it amores in varios (COLVM. 6, 24, 2 pecudes ... -unt in venerem. APVL. met. 7, 14, 5 ut ... in greges equinos -ens discurrerem. MACR. Sat. 2, 2, 5 tam in matrem quam in puellam). APVL. met. 10, 31, 2 laciniam ... ventus satis amanter nunc -ens reflabat ..., nunc luxurians aspirabat. TERT. uxor. 1, 5 l. 28 per -endi voluptatem. SOL. 23, 7 equae -unt mira fecunditate. 30, 3 luxuria incesti (*i. impudicitiae*) -entis. ARNOB. nat. 1, 64 qui cum pueris cubitant formonsis, -entibus, nudis. EVANTH. de com. 1, 3 amatorie. HIL. in psalm. 118 heth 11 p. 429, 16 occursus -entium feminarum esse continentium oculis captiosos (AVG. c. Iulian. 3, 15, 29). HIER. adv. Iovin. 1, 13 carnem -ire et ebullire in libidinem (PALLAD. hist. mon. I 11 p. 287D [*gr. p. 75, 15 B.* ἡμῖν ἐπιτίθεται]. *cf.* CASSIOD. in psalm. 118, 121). 1, 38 subant ad coitum et pecudum more -unt (2, 7). VVLG. Am. 6, 4 -itis in stratis vestris (HIER. *ad l.*: ut somno libidinem copuletis). AVG. c. adv. leg. 2, 9, 32 nulla ... -endi, sed sola ... causa generandi (civ. 14, 16 p. 39, 4 D. non solum g. voluntati, verum etiam -endi libidini. *cf.* pecc. orig. 38, 43 non propagandi voluntate ..., sed -endi voluptate). in psalm. 97, 1 l. 34 accepta sanitate -unt; qui aegroti casti erant, sanati adulteri fiunt. *al.*

B *de rebus naturalibus*: PLIN. nat. 21, 1 rerum naturae ... -enti ... et in magno gaudio fertilitatis ... ludenti. OP. imperf. in Matth. 40 p. 853 arbores -entes, dum ... ramos suos exporrigunt.

II *loquendo, scribendo* (*significatur genus ludicrum, impudicum,*

[Heine]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tumidum, loquax): **A** *de carminibus sim.*: SEN. nat. 3, 27, 14 (*de ineptiis Ovidii*) non est res satis sobria -ire devorato orbe terrarum (QVINT. inst. 4, 1, 77 Ovidius -ire in Metamorphosesin solet. *cf. p. 986, 17*). epist. 49, 5 *lyrici* ex professo -unt. STAT. silv. 1, 5, 9 arma nocentia, Thebae, ponite: dilecto volo -ire sodali (*14* Clio mea ludit Etrusco). MART. 11, 16, 3 mea Lampsacio -it pagina versu (APVL. apol. 87 versibus amatoriis). QVINT. inst. 9, 4, 6 Sotadeorum et Galliamborum et quorundam in oratione simili paene licentia -entium *pedum*. SIDON. epist. 9, 13, 2 vers. 19 *epistulas* cantu ac modulis luxuriantibus -ire vetat mascula dictio. **B** *de quolibet sermone*: QVINT. inst. 2, 4, 3 ut sit ea *ratio narrandi* neque arida . . . neque rursus sinuosa [et] arcessitis descriptionibus . . . -at (-va *ed. vet.*). 4, 2, 39 toto . . . et rerum et verborum et compositionis genere -unt *oratores*. 9, 4, 28 ut exultent atque -ant *transgressiones verborum* (*postea*: in re tristi ludit compositio). 11, 1, 56 *in miseriis narrandis* cantare . . . aut -ire. 12, 10, 73 dicendi genus, quod aut verborum licentia exultat aut puerilibus sententiolis -it aut . . . turgescit aut . . . bacchatur. GELL. 4, 20, 6 intempestive (*postea*: ioci scurrilis). APVL. met. 8, 24, 3. TERT. apol. 48, 3 multis . . . locis ex otio opus erit, si velimus ad hanc partem -ire, quis *eqs.* CYPR. hab. virg. 18 (*de iocis Fescenninis*) in illa -entium libertate sermonum conloquia incesta miscere *eqs.* (AMBR. off. 1, 3, 12 alliga sermonem tuum, ne luxuriet, ne -at et multiloquio peccata sibi colligat). SOL. 52, 16 -enti famae *de origine Dionysi prolatae* (*Mela 3, 66* praecipuam). PANEG. 4, 30, 4 in exprimendo . . . gaudio ingrata, nisi et ipsa -it, oratio. ARNOB. nat. 3, 24 ludimus et -imus tanta in re. 4, 3 (*opp.* serio . . . faciatis). Ps. IVL. RVF. schem. dian. 1 p. 60, 11 (*loco corrupto; 'in promptu esse, abunde suppetere' Halm vix recte*). SCHOL. Cic. Gron. A p. 346, 6 compositiones non -ire, sed ad rigorem vetustatis inferri. MACR. Sat. 5, 1, 5 pingui et luculenta et florida oratione. somn. 1, 20, 1 non frustra nec ad laudis pompam -it oratio, sed res verae vocabulis exprimuntur.

deriv.: lascivibundus. *Heine.*

lascīviōsus, -a, -um. *a* lascivia. *fere i. q. lascivus*: ISID. orig. 6, 8, 7 panegyricum est licentiosum et -um genus dicendi . . ., quod malum a Graecis exortum est, quorum levitas instructa dicendi facultate et copia incredibili multas mendaciorum nebulas suscitavit.

lascīvitās, -ātis *f.* *a* lascivus. GLOSS. -s: iactura (*an* luxuria *?*). *fere i. q. lascivia*: FIRM. math. 1, 2, 4 nec Asiana -s sobria Iovis moderatione corrigitur. SCHOL. Iuv. 6, 292 ('luxuria incubuit') -s, quae nos invasit. AMBROSIAST. in Rom. 13, 13 ('cubilibus et impudicitiis') concubitus impudicus; hic enim huius -is est fructus. CAEL. AVR. chron. 3, 8, 118 convivia, quae ciborum parcitate, animi tamen -e frequentent *hydropici*.

lascīvius *v.* lascivus *l. 55*. **lascivo** *v.* lascivio.

lascīvolus, -a, -um. *a* lascivus *deminutive*. *fere i. q. aliquantum lascivus*: LAEV. carm. frg. 4 per ludum manu -a ac tenellula . . . insolita plexit munera (insolito plexi munere *trad.*).

***lascīvus**, -a, -um. [*radix* las-, *quae subest vocibus ind.* lasati '*exultat, ludit sim.*', *gr.* λιλαίομαι '*cupio*', λάστη· πόρνη *Hesych.*, *slavon.* laska '*amor, blanditiae*', *et sensu et forma satis convenit; at formatio vocis Latinae parum perspicua. Sch.*] *derivatur a* laxus ISID. orig. 10, 160. laxi-: CALP. ecl. 5, 23 *G.* CLAVD. 1, 153 *B* (*ut* 10, 83). lassi-: NEMES. ecl. 3, 46 *G.* -ibus: CIL XIII 10001, 20 LACT. inst. 1, 21, 49 *B. cf.* MARTYR. gramm. VII 191, 11 -us per v digammon scribitur, quoniam longam naturaliter paenultimam tenuit. -vius *var. lect. e. g.* OV. trist. 5, 1, 15 LACT. inst. 1, 21, 49. NICET. *p. 985, 71.* *abl. sing. compar.* -iori CVRT. 7, 10, 4. NOT. Tir. 66, 45. *paenultimam longam testatur* MARTYR. *l. c.* *de notione*: PROB. app. gramm. IV 200, 1 inter -um et petulantem et temulentum hoc interest, quod '-um' satullum gestientem significat, 'petulantem' autem libidinosum ostentat (satullum libidinosum *M*), 'temulentum' vero satullum vinolentum esse demonstrat (ISID. diff. 1, 327 inter -um et p.: -us luxu, petulans temeritate [*eadem* DIFF. ed. Beck p. 67, 9, *sed pro* luxu *exhibet* lapsu]). SYNON. Cic. p. 433, 7 -us. procax. hilaris. petulans. GLOSS. -us: ὡραῖος. luxuriosus. mollissimi actus homo. -a: libidinosa. -i: προπετεῖς. GLOSS.^{L} V Aa L 132 -us: ioculator. *in interpretationibus verborum graecorum* ἀκόλαστος ὁ ἐξώλης: ganearius, -us, lividinosus. ἄσωτος: ganearius, -us, luxuriosus *eqs.* ἄτακτος: -us. ἁπαλός, τρυφερός: tener, -us. κωμαστής: -us, procax. ἡδυπαθής: -us. *ad singulos locos vide infra.* *legitur inde a* LIV. ANDR., CIC., LVCR.

i. modum excedens, imprimis gravitatem, moderationem, continentiam sim. vel pudicitiam (*fere i. q. ludibundus, petulans, effrenatus sim. vel libidinosus, impudicus sim.; respici solet habitus animi, hic illic etiam motus corporis, e. g. l. 82. 84. p. 984, 61. 78;* -um est *c. enunt. sec. p. 985, 72; usurpatur pro subst. e. g. p. 984, 35. 60. 985, 62*): **I** *quidvis agendo*: **A** *de animalibus* (*eorumque motibus et partibus corporum; v. et p. 985, 59*): **1** *variis*: LIV. ANDR. trag. 5 -um Nerei simum pecus ludens ad cantum (*item de piscibus*: RVT. NAM. 1, 379 ludere -os . . . pisces. *cf.* OV. met. 3, 685 *delphini* in . . . chori ludunt speciem -aque iactant corpora. PAVL. NOL. carm. 17, 119 laeta -o . . . admeabunt monstra natatu). LVCR. 1, 260 proles . . . -a per herbas ludit. MART. 1, 44, 1 -os leporum cursus lususque leonum (*cf. de eodem spectaculo 1, 6, 4 lepus* ludit in ore *leonis. 1, 48, 7* lepus improbe). NEMES. cyn. 266 colla *equi*. LACT. opif. 14, 6 *si homines de officio iecoris vel splenis recte iudicarent, animalia* salaciora plus iecoris, -iora plus splenis habuissent (*postea*: nos . . . splene gaudere). FORTVN. in Matth. (Corp. Christ. 9, 367 sqq.) 2 l. 36 *pullus asinae* qui pervia -us currebat (*cf.* HIER. c. Lucif. 22 p. 177^{A} onager. in Zach. 14, 20 p. 1539^{C} mulos steriles atque -os . . . ire per praeceps). EVSTATH. Basil. hex. 8, 3, 10 gallus (*gr.* γαῦρον). **2** *de capris sim.* (*cf. homines sub haedorum signo natos l. 27 et comparationem l. 26*): VARRO rust. 2, 3, 9 *sunt* caprae -ae et quae dispargant se. VERG. ecl. 2, 64 florentem cytisum sequitur -a capella (PRVD. ham. 235). HOR. carm. 3, 13, 8 -i suboles gregis. 3, 15, 12 -ae similem ludere capreae. CALP. ecl. 5, 6 -o concidere germina morsu (*cf.* DRAC. Romul. 8, 410 tondent -is dentibus herbas). 5, 23 -um . . . pecus salientes accipit hircos (MART. 13, 39, 1 -um p. et viridi non utile Baccho). FVLG. Theb. p. 182, 21 *haedus*. quod animal valde -um est.

B *de hominibus vel deis rebusque ad eos pertinentibus* (*per prosopopoeiam de libro l. 31*): **1** *generatim*: **a** *de ipsis* (*pectus l. 27, oculum l. 33, ingenium l. 40*): **α** *adultis*: CIC. Att. 2, 3, 1 *Pompeium* -um fuisse *propter nuntium laetum*; etenim mihi caligae eius et fasciae cretatae non placebant (*cf.* MART. 6, 24, 1 nil -ius est Charisiano: Saturnalibus ambulat togatus). VARRO rust. 1, 14, 1 *saepes viva* praetereuntis -i non metuet facem. HOR. epist. 2, 2, 216 ne potum *senem* rideat . . . -a decentius aetas (CLAVD. 1, 153 nec desidiis . . . indulgere iuvat *eos* nec tanta licentia vitae arripit aut mores a. -a relaxat. *cf. l. 49*). TIB. 1, 9, 59 nec -a soror dicatur plura bibisse pocula vel plures emeruisse viros. PROP. 4, 5, 8 Antinoo (*cf. Hom. π 418* ὕβριν ἔχων). OV. met. 13, 791 *Galatea* tenero -ior haedo (*cf. Theocr. 11, 21* μόσχῳ γανυοτέρα). MANIL. 5, 109 *haedi* levibus gaudent -aque signant pectora (*cf.* FIRM. math. 8, 6, 4 *haedo oriente nati homines* sunt . . . petulantes, -i). SEN. Oed. 431 -i deducunt orgia mystae. COLVM. 10, 427 *ebrii* inter -os Satyros . . . brachia iactantes (SIL. 3, 103. *cf.* NEMES. ecl. 3, 46 Satyri, -a cohors). MART. 1, 3, 11 (*de libro*) aetherias, -e, cupis volitare per auras. 14, 79, 1 ludite -i . . ., servi, *Saturnalibus*. QVINT. inst. 11, 3, 76 *oculi* -i et mobiles et natantes et quadam voluptate suffusi. TERT. apol. 3, 3 quae mulier, quam -a, quam festiva! ITALA psalm. 114, 6 (cod. 136 Cas.) custodiens -os dominus (*gr.* τὰ νήπια, *Psalt. Rom. aliaeque verss.* parvulos). SPART. Hadr. 14, 11 severus laetus, comis gravis, -us cunctator, tenax liberalis. LACT. inst. 1, 21, 49 homines . . . ea serio facere, quae si quis faciat in lusum nimis -us et ineptus esse videatur. AVR. VICT. Caes. 4, 4 -um adolescentem (*Suet. Claud. 16, 1* probri plenum). Ps. AVR. VICT. epit. 14, 6 ingenium. HIL. in psalm. 118 beth 2 p. 371, 7 -os adulescentiae coetus. AVSON. 258, 7 p. 185 P. Otho. HIER. epist. 45, 3, 1 domum alicuius -ioris. in Matth. 6, 21 luxuriosi thesaurus epulae sunt, -i ludicra, amatoris libido. *al.* **β** *pueris, puellis*: HOR. sat. 1, 3, 134 vellunt tibi barbam -i pueri. OV. fast. 4, 701 filius . . . erat primo -us in aevo. STAT. Theb. 5, 612 *Archemorum* reliqui -um et prono vexantem gramina cursu. MART. 3, 58, 30 -i parere gaudent vilico capillati. 5, 34, 7 *puella in Orco* inter . . . ludat -a patronos. IVV. 11, 98 -i ludebant ruris alumni. HIER. epist. 58, 1, 2 inpudicos senes aetas -a *i. Daniel puer* condemnat (in Zach. 8, 4 p. 1465^{B} ut gaudium civitatum lusibus et choreis a. -a concelebret. *cf. l. 22*). hom. Orig. in Ezech. 1, 2 p. 321, 14 *deus* quasi . . . magister . . . -um discipulum castigat. CE 1995, 3. *de Amore et Cupidinibus*: PROP. 2, 29, 7 quorum *Cupidinum* -ior unus . . . inquit. TIB. 1, 10, 57 -us Amor rixae mala verba ministrat (OV. am. 3, 1, 43. AVSON. Mos. 212 ludere). OV. met. 1, 456 -e puer (SEN. Phaedr. 277 -us p. et renidens. DRAC. Romul. 2, 46. 10, 94. 587). Pont. 3, 3, 47 dum te, -e, docemus. SIL. 11, 410 -us . . . mittit se caelo niveis exercitus alis. DRAC. Romul. 6, 59 impubes, -us (7, 12).

b *de rebus*: **α** *actionibus, affectibus sim.*: COPA 3 copa . . ., docta movere latus, ebria fumosa saltat -a taberna (*similiter de motu saltantium*: TIB. 2, 1, 88 currum . . . sequuntur matris *Noctis* -o sidera fulva choro. CVRT. 7, 10, 4 tripudiis . . . et -iori corporis motu gaudium . . . ostentare. SOL. 11, 5 -as vertigines implicare [*sc. pyrrichen saltando; cf. p. 982, 42*]. DON. Ter. Ad. 752, 2 conexus manum -us ac petulans *saltantium*). PLIN. nat. 8, 144 uxore eius *regis* . . . lacerata *a cane* propter -iorem cum marito iocum (*cf. Arrian. 156 F 29 Jac.* συμπαίζουσαν). TERT. nat. 1, 10, 34 derisus. CYPR. hab. virg. 21 nuptiarum festa improba et convivia -a (Ps. HIL. libell. 10 p. 82, 11). FIRM. math. 1, 2, 4 nec Syrorum avarities -is Veneris *stellae* radiationibus temperatur (*cf. p. 985, 18*). 5, 2, 8 -a . . . cum ebrietate saltantes (HIER. epist. 21, 13, 2 ebrietas, luxuria, fornicatio et universa vitia; haec blanda sunt et -a et sensus voluptate demulcent). 8, 7, 1 luxuriosis . . . et -is voluptatibus (HIER. hom. Orig. in Ezech. 3, 5 p. 353, 23 et delectans sensum). 8, 12, 3 -is moribus et . . . amoris cupiditatibus. MAXIMIN. c. Ambr. 112 audacem ac -am nimisque impiam insolentiam. CLAVD. 20, 100 *Ancyram petunt* pelagi ne taedia . . . subirent, sed vaga -is flueret discursibus aetas. rapt. Pros. 2, 74 *Zephyre*, qui mea -o regnas per prata meatu. *al.* **β** *variis*: MART. 4, 57, 1 blanda . . . -i stagna Lucrini (*cf. 6, 43, 5* mollis). TERT. virg. vel. 12, 3 acu -iore comam ('*pro* acum comae' *Bulhart, praef. p. XLVI*) sibi inserunt (inferunt *trad.*) *mulieres luxuriosae* (*aliter p. 985, 44*). MAXIMIN. c. Ambr. 115 -os sordidosque . . . annos *episcopatus tui*. PRVD. ham. 239 -as . . . tunicas. CLAVD. 17, 331 *in edenda naumachia* -i . . . confligant . . . lembi (*dubium, utrum lascivia nautarum respiciatur an de navibus lusoriis sit*

[Beikircher]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

dictum). carm. min. app. 7, 12 tibi *Marti* -ae celebrentur ... kalendae. GREG. TVR. glor. mart. 86 pocula -a ... hauriebat.

b *translate*: Lvcr. 1, 408 caecas ... -as insinuare omnes et verum protrahere inde (Ov. met. 1, 388 c. obscura -is verba datae sortis. Apvl. met. 2, 20, 1 magicae disciplinae. Rvfin. hist. 4, 11, 3 *errorem Valentini* serpentis in modum c. se ... -is obtegentem [*gr. ἀπόκρυφον ... καὶ λεληθυῖαν ... καχίαν*]. *cf. p. 992, 50*). Cic. Tull. 11 illam -am tollere: 'damnum iniuria'. Font. frg. 8 -a mendacii. Cael. 53 omnes -as suspicionum peragrare dicendo. Marcell. 22 cum in animis hominum tantae -ae sint et tanti recessus. leg. 3, 34 non -a danda *fuit* populo, in qua ... tabella vitiosum occultaret suffragium (*cf.* fam. 3, 12, 1 nullam ne in tabellae quidem -a fuisse absconditam malevolentiam). fin. 2, 107 si 'tuam' *villam* dicerem, -am haberes; ad corpus diceres pertinere. div. 2, 46 te mirificam in -am coniecisti; quod enim intellegeres fore ut premerere, ... multa verba fecisti *eqs.* 2, 111 *Sibylla* adhibuit ... -am obscuritatis, ut iidem versus alias in aliam rem posse accommodari viderentur (Avg. grat. Christ. 47, 52 p. 163, 9). off. 3, 106 ne quaeratur -a periurio. Varro ling. 10, 13 si de his reticuero, ut mihi relinquam -as. Ov. am. 1, 5, 8 illa verecundis lux est praebenda puellis, qua timidus -as speret habere pudor. ars 3, 754 -as vitiis nox dabit ipsa tuis. Sen. contr. 1 praef. 21 actio multas -as habet. Sen. benef. 5, 12, 1 simul te ad has -as perduxero, ex quibus cum evaseris, nihil amplius eris adsecutus, quam ut eas difficultates effugeris, in quas licuit non descendere. nat. 6, 5, 2 rerum naturae -as dimovere nec contentum exteriore eius aspectu introspicere et in deorum secreta descendere (Colvm. 9, 2, 5). epist. 19, 2 -am tibi aliquam parari oblivione. Lvcan. 4, 192 *concordia instituta* periere -ae tot scelerum. 8, 13 non patitur tutis fatum celare -is (tenebris *var. l.*) clara viri facies. Stat. silv. 5, 3, 157 tu pandere doctus ... -as ... Lycophronis atri. Qvint. inst. 12, 9, 3 eruendae veritatis -as adire (Lact. ira 2, 10. *cf.* Prvd. c. Symm. 2, 75 veri). Tac. hist. 3, 73, 3 qui ... audaciam pro -a haberent. Plin. epist. 3, 3, 6 vita hominum altos recessus magnasque -as habet. Svet. Nero 27, 1 iocularia et -as omisit nullaque dissimulandi cura ad maiora palam erupit. Decl. in Catil. 92 fati ... rationem in ipsa -a Sibyllinae divinationis ... delitescentem. Gell. 17, 9, 4 (*de notis litterarum, quae in C. Caesaris epistulis reperiuntur*) qui hanc scribendi -am parabant. Apvl. met. 2, 22, 4 quantas -as nequissimae mulieres pro libidine sua comminiscuntur. Tert. paenit. 3, 9 voluntatis. Cypr. laps. 27 p. 257, 19 voluntates ... in ipsis adhuc clausi pectoris -is intuetur *deus* (domin. orat. 5 p. 269, 13. Paneg. 4, 1, 3 pectorum). Demetr. 10 p. 357, 24 conscientiae tuae -as zel. 9 p. 425, 1 Ps. Hil. libell. 19 p. 91, 12). Lact. inst. 5, 19, 32 qui *deus* -as cordis videt (Avg. in euang. Ioh. 90, 2 l. 18). Amm. 14, 11, 19 reseratae sunt insidiarum -ae. 26, 9, 11 morum tristium -as. Serv. Aen. 6, 568 'furto laetus inani': -a non valde profutura, quippe quae fuerat publicanda post mortem. Ps. Ascon. div. in Caec. p. 197, 11 facinoris. Rvfin. hist. 2, 1, 12 noxias eorum *Simonianorum* -as. Avg. catech. rud. 9, 3 aenigmatum. civ. 20, 11 p. 434, 11 D. odiorum. conf. 8, 9, 21 p. 171, 5 poenarum. c. Pelag. 2, 7, 16 p. 478, 5 caliginis. *al.*

2 *usu secundario*: **a** *de statu latendi* (*exempla certiora; usus exstat maxime iuxta nomina actiones, status sim. significantia et apud scriptores stili audacioris necnon aetatis vergentis*): Lvcr. 5, 751 solis ... defectus lunaeque -as pluribus e causis fieri ... posse (*cf. Verg. georg. 2, 478* labores). Plin. nat. 7, 148 fuga et triduo in palude aegroti *Augusti* ... -a, naufragia Sicula et alia ibi quoque in spelunca occultatio (Tac. Agr. 16, 4 f. ac -is. Petr. Chys. serm. 79 p. 424^{B} cunctationes ..., fugas, -as). 8, 99 hiberna -a visu *anguis* obscurato. 10, 87 oenanthe (*avis*) ... statos -ae dies habet; exoriente Sirio occultata ab occasu eiusdem prodit. 22, 95 ab emersu earum *serpentium* ad -am (*antea*: priusquam se condant). Sil. 12, 301 sese furata (*sc. Marti*) iuventus dat poenas -ae. 13, 890 servitia ... patietur ... et -am. 15, 648 et poena ⟨et⟩ -is (e pene lateribus *sim. var. ll.*) infracto Livius aevo. Tac. hist. 1, 43, 2 *Piso in templo abditus* non religione nec caerimoniis, sed -a imminens exitium differebat. 4, 67, 2 quibus artibus -isque vitam ... traduxerit. Gell. 12, 11, 4 cum latere posse id peccatum putarent inpunitatemque ex ea -a sperarent. Tert. apol. 45, 7 nos ... innocentiae occurrimus et pro sapientiae plenitudine et pro -arum difficultate. Cypr. epist. 11, 8 p. 501, 18 cito -is nostris et periculis subveniri. 14, 1 p. 510, 5 -am et quietem tenere. Amm. 20, 8, 9 (*exprimitur epistula Iuliani*) salutem occultatione (salutemus latione *trad.*) quaeritabam et -is. Ambr. Hel. 4, 7 p. 416, 13 culpa per cibum, -a (inlecebra *var. l.*) post cibum (*ad gen. 3, 8 ut* parad. 14, 70 p. 328, 13 Mar. Victor aleth. 1, 447. 452). Cod. Theod. 2, 1, 11 -is reus ... protrahatur. 7, 18, 9 pr. qui occultatus fuerit eruatur, et -ae auctor *eqs.* Rvt. Nam. 1, 522 *monachus* turpem -am credulus exul agit (adit *Burman*). Hil. Arel. vita Honorat. 12 l. 11 quaeritur ... peregrinationis -a, fugitur fama virtutis. Mar. Avent. chron. II p. 234, 500, 1 Avinione -am dedit (p. 236, 555, 2 ad ipsum *Childebertum* -am d. *i. latuit, cf. vol. V 1, 1686, 33 sqq.*). Max. Tavr. serm. 99, 3 l. 56 M. Elisabeth mater absconditur significans ... -as synagogae. Cod. Iust. 11, 48, 8 pr. profugi in alieno loco -as collocantes. **b** *de ipsa re latenti*: Avg. serm. 2, 4 l. 123 -a sacramenti, id est quid lateat in hoc mysterio.

stilistica: gen. et eius, qui (quod) latet, et rei, ubi -ae sunt, saepe accedit, sed rei, a qua quis se abdat, nonnisi Val. Max. 9, 12 ext. 10 imbris petitam -am (imbribus *vel* imbris causa *edd. vet.*). Lvcan. 5, 743 bellis, quorum tibi tuta -a Lesbos erit. *in lusu verborum c.* tenebrae *p. 992, 39. 46* (*cf. p. 992, 34*), lama *p. 992, 41*, latrina Apvl. Plat. 1, 13, lateo Firm. math. 8, 9, 3 Coripp. Ioh. 3, 46, 1. latro Avg. civ. 19, 12 p. 373, 16 D., 3. latus *p. 992, 74. 84.*

deriv.: latebrans, latebratim, latebrosus.

compos.: illatebro, latebricola.

latebrāns, -antis. *a* latebra; *cf.* latebrare, -ando *Du Cange, Glossarium med. et inf. Lat. V 34.* *i. q. latens*: Greg. Tvr. Mart. 1, 14 p. 597, 21 hostes -es (celebrantes *var. l.*) lapidibus exturbabant *custodes.*

latebrātim occultatim Gloss.^{L} I Ansil. la 412. *a* latebra.

latebricola, -ae *c.* *a* latebra *et* colere. *i. qui latebras incolit, sordida loca frequentat*: Plavt. Trin. 240 -arum hominum corruptor *Amor.*

latebrōsus, -a, -um. *a* latebra. -e- *corripitur praeter* Carm. de resurr. 349 Prvd. perist. 11, 154. Gloss. *μυχώδης. κρυφιμαῖος.* locus refugii et homo latitans ('*male ex graeco versa*' *ed.*). -um: *ἐνδόμυχον.* *inde a* Plavto, Cic., Verg. [*confunditur in codd. c.* tenebrosus *saepe.*]

1 *i. q. latebrarum plenus*: a *proprie*: Plavt. Bacch. 56 (*verba Pistocleri ad Bacchidem*) magis illectum tuum quam lectum metuo ..., nam huic aetati non conducit ... -us locus (430 ibi *sc. in gymnasiis* suam aetatem extendebant, non in -is l. *scortorum.* Liv. 21, 54, 1 equites ... tegendo satis -um l. Sen. nat. 3, 19, 3 anguillae -is l. nascuntur. Amm. 17, 1, 6). Cic. Sest. 126 illa via -ior (-a *var. l.*), qua spectatum ille (*Clodius*) veniebat, Appia iam vocabatur. Verg. Aen. 5, 214 -o in pumice nidi *columbarum* (12, 587). 8, 713 -a ... flumina *Nili in multa ora discurrentis.* Ov. epist. 4, 103 nec me *Phaedram* -a (salebrosa *var. l.*) movebunt saxa (Amm. 27, 9, 7). Epiced. Drusi 15 eripuit -as hostibus Alpes. Sen. Tro. 823 *Trachin* sub Oetaeis -a silvis. Lvcan. 6, 120 obscura ... -ae tempora noctis. Sil. 5, 192 -is collibus Astur et Libys ... erumpunt. 12, 352 -a (tenebrosa *var. l.*, salebrosa *Heinsius*) per avia saltus (Amm. 14, 2, 2 ⟨a⟩viis -is sese convallibusque occultantes. *cf.* Clavd. rapt. Pros. 2, 168 -a [tenebrosa *var. l.*] ... devia). Stat. silv. 2, 3, 44 durae -a cubilia nymphae *Pholoes.* Gell. 5, 14, 18 (*Apion 616 F 5 Jac.*) specum. Sol. 9, 9 in -is rupium cavaminibus. Amm. 17, 12, 5 inter -as convalles montium occultati. Prvd. apoth. 750 amnis *Phlegethon.* perist. 11, 154 mersa -is crypta patet foveis. Clavd. 24, 313 *ursos* tegit -is frondibus ilex. Isid. sent. 3, 52, 8 latrones inaccessis faucibus ac -is latentes.

b *translate*: *α fere i. q. fallax, insidiosus* (*de re naturali* Amm.): Cypr. unit. eccl. 1 p. 210, 2 circumveniendi hominis caeca et -a fallacia *diaboli* (*cf.* Leo M. serm. 88, 2 licet ... -as undique prae-

[Lumpe]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tendat insidias *diabolus*). CARM. adv. Marc. 3, 299 *Marcion* nondum secretum facinus suo corde reclusit passim vulgo loquens -a perfidus arte. EPIST. pontif. 223 Hil. coll. antiar. p. 157, 12 virus ... pestiferum Ariani dogmatis subdolum ac -um (tenebrosum *var. l.*). AMM. 15, 10, 4 per ... lacunas pruinarum congerie -as descendentes cunctantibus plantis homines. PRVD. psych. 891 corporei -a pericula operti. PS. AVG. serm. WSt. 50 (1932) p. 133, 5 Manichaeorum -a (tene- *var. l.*) voluptuosae turpitudinis foeditas (*cf.* serm. ed. Caillau 1 app. 6, 2 merito sacra tua turpi, -issime Manichaee, impudicitiae tradidisti). CARM. de resurr. 349 si quis ... -ā miscebat morte (*abl. vi finali*) venena.

β fere i. q. obscurus: PHILIPP. in Iob 39 p. 766^{D} sunt in scripturis magis obscura ...; aut unde tam -um est humanae notitiae, ut possit tempus ... ignorare? AVG. civ. 17, 14 p. 236, 16 D. varietatis huius *psalmorum* dispositionem, quamvis -am, non tamen inanem. enchir. 6, 18 difficillima et -issima ... quaestio (retract. 1, 18, 6 p. 93, 5 quaest. Simpl. 1, 2, 1. serm. 133, 3 -a est, multos sinus habet. *cf.* in euang. Ioh. 53, 4 l. 2 eius *quaestionis* -issimi sinus). epist. 95, 3 p. 508, 14 quid ... sit vindicandi modus ..., quam profundum et -um est! 164, 10 p. 530, 6 cur ... Petrus ... voluerit ..., vides, quam -um (tenebrosum *C ante corr.*) sit. in euang. Ioh. 94, 6 l. 9 quod ... sequitur ..., valde -um est, nec isto sermone coartandum, ne fiat obscurius brevitate. gest. Pelag. 6, 20 p. 72, 17 illud ... adhuc -um est; sed puto, quod ... elucebit. de mend. 1, 1 p. 413, 10 *tractatio* -a est ... nimis et quibusdam quasi cavernosis anfractibus saepe intentionem quaerentis eludit. serm. 153, 1, 1 lectio de ... epistola quam difficilis, quam -a. MARCELL. Aug. epist. 137, 5 p. 103, 7 quam sit hoc -um in sensu tam conspicuo. CASSIOD. inst. 1, 3, 1 prophetarum abstrusos et -os sermones.

2 *i. q. latebrarum amans*: SEN. Oed. 152 perdidit pestem -a serpens. MIN.FEL. 8, 4 (*de Christianis*) -a et lucifuga natio.

adv. **latebrōsē.** *i. q. occulte, clam*: PLAVT. Trin. 278 neque tibi (*patri*) ero in mora neque -e me aps tuo conspectu occultabo.

latena, -ae *f.* (*mensurae incertae, vix adi.*). [*Burgundionibus vindicat testis; vix c.* stlatta (1. latus) *conferendum. Sch.*] *nomen navis onerariae*: VITA Caes. Arel. 2, 9 p. 328, 7 reges Burgundionum ... tres naves quas -as vocant maiores plenas cum tritico direxerunt.

latēns, latenter *v.* lateo.

***lateo,** -uī, -ēre. [*quomodo c. gr. ἔ-λαθ-ον, λήθω etc. cohaereat, vix perspicuum. Sch.*] *inf. fut. non exsistere affirmat* PRISC. gramm. II 421, 5. CHAR. gramm. p. 411, 32 B. non est mihi occultum. non -et me. satis cognitum mihi est. GLOSS. *λανθάνω.* -et: *κρύπτεται.* -uit: fefellit. *inepte, sc. quantitate primae syllabae neglecta, explicatur 'late patere' infra l. 68. de perf. vi inchoativa nusquam constat; potius statum subito effectum significare videtur* STAT. Ach. 1, 763 (*Vlixes Achillem inter filias Lycomedis quaerit*) sed nox inlataque fallunt lumina et extemplo -uit mensura iacentu n. *inde a* PLAVTO. [*confunditur c.* latito (HIER. hom. Orig. in Luc. 31 p. 175, 5 VVLG. iud. 21, 20 I reg. 24, 4), iaceo (*vol. VII 1, 5, 29sq.*), pateo (*saepe*).]

I *usu originario i. q. absconditum esse, λανθάνειν* (*quae vox ubi gr. respondet, non adnotatur; accedunt* clam, furtim, occulte, in abdito, in occulto *sim. saepe*): **A** *usu personali*: **1** *proprie*: **a** *varia exempla* (*selecta*): **α** *-ent animantia eorumque partes*: PLAVT. Amph. 432 -uit *alter Sosia* intus illic in illac hirnea. Capt. 80 quasi, quom caletur, cocleae in occulto -ent ..., item parasiti ... -ent in occulto miseri. 165 saepe summa ingenia in occulto -ent (HOR. sat. 1, 3, 34 sub corpore [pectore *var. l.*]. OV. trist. 1, 9, 54. 1, 9, 55 tenebris ... in imis. SEN. epist. 66, 1). Cas. 664 omnes sub arcis, sub lectis -entes metu mussitant. Trin. 663 tute pone te -bis (*i. tu tibi impedimento eris*) facile, ne inveniat te Honor, in occulto iacebis, quom te maxume clarum voles (*cf. Otto, Sprichw. s. v.* obstare). 925 satin inter labra atque dentes -uit vir minimi preti? TVRPIL. com. 149 quibus rem rebus despoliasti, foe⟨de⟩ dum in lustris -es (-et *trad.*). CIC. Quinct. 74 fraudationis causa -uisse *ad evitandum iudicium* (*cf.* 1. latito *p. 1008, 1sqq. et* VLP. dig. 21, 1, 17, 4 ut ... se subtraheret). Rab. perd. 21 inclusum atque abditum -ere in occulto. Cael. 62 si *homines* essent in vestibulo balnearum, non -rent. fin. 2, 59 aspidem occulte -ere uspiam. nat. deor. 2, 143 -ent ... utiliter *oculi* et excelsis undique partibus saepiuntur (VERG. Aen. 3, 636 *Polyphemi* lumen ..., quod ... sub fronte -bat [SERV.: dormienti scilicet; nam male sentit Donatus dicens 'late patebat' (*item* AGROEC. gramm. VII 120, 20sqq.) contra metrum; item dicit 'capillis tegebatur' aut '-bat corporis comparatione'. SERV. auct.: pro 'in fronte -bat']. SEN. dial. 2, 18, 1 sub fronte anili). Att. 6, 1, 21 in tenebris. CATVLL. 62, 34 nocte -ent fures. CAES. Gall. 2, 19, 6 qui in silvis abditi -bant. VARRO ling. 7, 52 *latrones* -ent ad insidias faciendas. NEP. Att. 10, 2 timens proscriptionem -bat ... apud P. Volumnium. VERG. ecl. 3, 20 post carecta -bas. Aen. 8, 323 his quoniam -uisset tutus in oris *Saturnus*. 10, 805 tuta -et arce (arte *codd. plerique*) viator. COPA 28 in gelida sede lacerta -et. HOR. epod. 5, 55 -ent silvis ferae. 12, 6 ubi -at sus. carm. 1, 9, 21 -entis ... puellae. 4, 6, 19 *Achilles* pueros Achivis ureret flammis, etiam -entem matris in alvo (*de fetu ut* OV. am. 2, 13, 20 SEN. Med. 1012 epist. 124, 8). epist. 1, 1, 5 *gladiator emeritus* -et abditus agro. ars 437 animi sub vulpe -entes (LIV. 1, 56, 8 IVV. 9, 18. *al.*). PRIAP. 12, 10 iube -ere *ōs* ... sub tunica (STAT. Theb. 11, 603 PRVD. apoth. 80). OV. am. 3, 5, 4 in ramis multa -bat avis. trist. 3, 4, 25 bene qui -uit, bene vixit (*Epicur. frg. 551 λάθε βιώσας*). SEN. Oed. 356 cor ... mersum -et (epist. 95, 64 manus ... aperte iuvant; c. ... -et. AVG. serm. 49, 4 l. 101. 105 GREG. M. in Ezech. 1, 1, 1 p. 787^{B}). LVCAN. 1, 623 pulmonis ... fibra -et. *et saepe.* *β -ent res*: Ⓘ *variae* ENN. scaen. 303 res obnoxiosae nocte in obscura -ent. CIC. Verr. II 2, 181 ne forte ea, quae remota de medio ... sunt, omnia ... ita abdita (abdite *var. l.*) -uisse videantur, ut haec diligentia ... nihil eorum investigare ... potuerit. Manil. 31 quis ... toto mari locus ... tam fuit abditus, ut -ret? leg. agr. 2, 41 Aegyptus ut occulte -et, ut recondita est! LVCR. 1, 895 semina multimodis inmixta -ere multarum rerum in rebus communia debent. VERG. Aen. 3, 535 portus ... ipse -et. AETNA 135 clausis ... libera ventis spiramenta -ent (*cf.* SEN. nat. 6, 16, 4 multum spiritus). CVLEX 390 rivom ... aquae viridi sub fronde -entem (labentem *F*). HOR. epod. 9, 19 navium portu -ent puppes. carm. 1, 37, 23 -entes ... oras. OV. am. 1, 8, 104 sub ... melle venena -ent (*proverbialiter ut* HIER. epist. 15, 4, 5; *v. Otto, Sprichw. p. 218 s. v.* mel *5. cf.* OV. met. 14, 275 qui ... sub hac -ant furtim dulcedine, sucos. APVL. met. 10, 5, 1 in quo *poculo* venenum -bat. 10, 26, 2. *al.*). epist. 7, 147 -et *terra* vitatque tuas abstrusa carinas. ars 3, 414 Ilias aeternum si -uisset opus. met. 13, 582 -uit ... in nubibus aether. MANIL. 3, 322 bene diviso mundus -et orbe patetque. VITR. 2, 5, 3 residuum calorem -entem (2, 6, 4. *cf.* SEN. nat. 6, 13, 4 quicquid ... calidi). 7, 2, 1 -entes crudos calculos. 8, 2, 8 -entes penitus ... umores. GERM. 582 nube cavā solis via ... -bit. *et saepe.* Ⓘ *sidera*: CIC. Arat. 437 Neptunia Pistrix tota -et. HOR. sat. 1, 8, 36 Lunam (OV. epist. 2, 5. VITR. 9, 2, 3 -ens obscuratur. PLIN. nat. 2, 42. *al. cf.* STAT. silv. 5, 3, 22 Phoeben). OV. epist. 13, 103 Phoebus (*cf.* trist. 1, 9, 12 *sol* pressus nubibus). fast. 2, 244 sidera (VITR. 9, 5, 4 PLIN. nat. 2, 179. *al.*). 4, 718 pars prior apparet, posteriora -ent. MANIL. 1, 443 Arctos. GERM. 618 cervix *Equi* (*gr. 601 δύνει*). 682 Orion. SEN. Ag. 470 stellae (nat. 1, 1, 11. *al.* LVCAN. 2, 724 FIRM. math. 1, 4, 8. *al.*). *al.*

b *plus minusve per hyperbolen fere poeticam de rebus aliqua multitudine obtectis*: VERG. Aen. 4, 582 -et sub classibus aequor (MANIL. 3, 20 s. classe. SEN. Ag. 434 classe. *cf.* CORIPP. Ioh. 1, 166 s. puppibus). OV. medic. 8 nigra sub inposito marmore terra -et. fast. 2, 72 sub nive terra -et ([iacet *var. l.*]. Pont. 4, 5, 4). met. 1, 290 pressae ... -ent sub gurgite turres (SEN. nat. 4, 2, 11 *Nilo tumente* -ent campi opertaeque sunt valles. LVCAN. 6, 344 -uere paludibus agri). LVCAN. 7, 795 campos sub clade -entes (PS. QVINT. decl. 3, 13 p. 52, 12 strage nostrorum). STAT. Theb. 9, 231 -uerunt (patuerunt *var. l.*) pulvere ripae. CLAVD. 21, 172 campi montesque -bant *sub militibus* (24, 63 plebe vias et tecta -ere matribus. PAVL. NOL. carm. 14, 70 -et Appia turbis).

2 *translate*: **a** *subi. indicatur per subst. vel pron.* (*exempla selecta*): **α** *in univ.*: CIC. S. Rosc. 118 ubi multa avare ... facta videbitis, ibi scelus quoque -ere inter ... tot flagitia putatote; tametsi hoc quidem minime -et, quod ita promptum et propositum est, ut ... hoc intellegatur (Sest. 25 *iuxta ponitur* dissimulari. LIV. 5, 6, 15 PLIN. nat. 33, 42. *al.*). 124 sub quo nomine (*scil. Chrysogoni*) tota societas -uit. Verr. II 1, 39 nullae sunt occultiores insidiae quam eae, quae -ent in simulatione officii (SEN. contr. 1 praef. 21. FRONTIN. strat. 1, 2, 7 aliquid ... insidiarum. *al.*). 3, 151 in qua *defensione* tu semper omnia tua furta atque flagitia -ere posse arbitratus es (leg. agr. 3, 12 non mediocris res neque parvum sub hoc verbo furtum ... -et. STAT. Ach. 1, 561. *al.*). Caecin. 38 ut tantum facinus ... in una littera -uisse videatur (Sull. 78). Cluent. 66 quae in diuturna obscuritate -uerunt, sic aperiam, ut *eqs.* Mur. 22 urbanae res ... -ent in tutela ... bellicae virtutis. p. red. in sen. 13 ubi nobis haec auctoritas tam diu tanta -uit? 15 ut omnes suas libidines, omnia flagitia -ere posse arbitraretur (prov. 8). Vatin. 11 tenebricosissimum tempus ineuntis aetatis tuae patiar -ere (LVCR. 4, 796 tempore in uno ... tempora multa -ent. QVINT. inst. 9, 4, 98). Planc. 34 communis ... sensus in aliis fortasse -uit (PORPH. Hor. carm. 2, 9, 1 -ens s. in hac elocutione. SERV. Aen. 1, 39 s. -ens. HIER. epist. 53, 8, 5 in litteris sensum -entem). Phil. 2, 26 meum nomen (OV. trist. 5, 7, 38). de orat. 2, 132 naturam causae videat, quae numquam -et (LVCR. 3, 273 penitus ... -et haec natura subestque. MANIL. 4, 883. *al.*). 3, 191 (*de clausulis*) medii *pedes* possunt -ere (QVINT. inst. 9, 4, 91). orat. 36 in omnibus rebus esse aliquid optimum, etiam si -ret. 237 cum ... verum ... in occulto -ret. part. 5 in quibus *locis* -ent argumenta (QVINT. inst. 5, 10, 20 DON. Ter. Andr. 62, 1). top. 63 *causae* aliae sunt perspicuae, aliae -ent; ... -ent, quae subiectae sunt fortunae (div. 1, 35 -et fortasse obscuritate involuta naturae. AETNA 374. CE 1035, 5 *s. I. al.*). leg. 1, 17 iura civilia (MANIL. 4, 921). ac. 1, 45 omnia -ere censebat *Arcesilas* in occulto. nat. deor. 2, 162 in intumis eius *terrae* tenebris plurimarum rerum -et utilitas (OV. rem. 515 met. 6, 438). div. 1, 124 potest aliquod *signum* -uisse (FLOR. epit. 4, 7, 6). phil. frg. V 32 ubi ... apud antiquiores -uit amor iste investigandae veritatis? (OV. epist. 15, 5. *al.* STAT. Ach. 1, 304. *al.*). ad Q. fr. 1, 1, 9 virtutem ... non -ere in tenebris neque esse abditam (OV. trist. 4, 3, 79 SEN. suas. 2, 4. *al.*). PVBLIL. G 5 malum ... sub aspectu -et. LVCR. 3, 277 -ens animi vis ... animaeque potestas (3, 280 nominis. OV. ars 1, 463 MANIL. 4, 311. *al.*). CAES. Gall. 3, 14, 8 ut nullum paulo fortius factum -ere posset (OV. Pont. 4, 7, 32 SEN. contr. 1, 2, 18. CVRT. 7, 2, 38 fortia facta in paucis -uere non poterant. *al.*). VARRO ling. 7, 45 sunt in quibus flaminum cognominibus -ent origines (STAT. silv. 1, 4, 69 SER. SAMM. 883). VERG. Aen. 2, 48 aliquis -et error, equo

[Lumpe]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ne credite Teucri (*sic distinguit Servius*). 7, 505 pestis (*i. Allecto*) ... -et aspera silvis (SEN. Herc. O. 1249. *al.*). 10, 626 sin altior istis sub precibus venia ulla -et. *fere i. q. non curari*: COD. Theod. 1, 6, 5 (= Iust. 1, 28, 1) praefecturae sollicitudinis ... necessitatem mandamus, sed non ita, ut -at officium annonariae praefecturae, sed ut ambae potestates ... tueantur annonam.

β c. determinationibus: Ⓘ *partic.*: TERT. paenit. 10, 8 an melius est damnatum -ere quam palam absolvi? ITALA Hebr. 13, 2 (Mutian. Chrysost. hom. 33, 1 p. 443/4) -uerunt quidam angelos ... recipientes (*gr. ἔλαθον ... ξενίσαντες*, VVLG. -uerunt q. angelis ... receptis. *cf.* MVTIAN. *ad l.*: quid est '-uerunt'? hoc est nescientes ... receperunt [*gr. τί ἐστιν ἔλαθον; οὐκ εἰδότες ... ἐξένισαν*]). IREN. 2, 33, 2 (2, 51 H.) -uit semetipsum ... incidens (5, 4, 1 [5, 1]). AMM. 27, 12, 7 ut -ant id temptantes. VEG. mil. 4, 37 p. 154, 8 ut ... facilius -ant explorantes. CAEL. AVR. acut. 1, 9, 58 sese praecipitantes -uerunt. CASSIOD. Ios. antiq. 5, 304 ut egrediens non -ret. Ⓘⓘ *enunt. secund.* (*cf. sub b*): VLP. dig. 50, 16, 60, 2 fundus ... suos habet fines, locus vero -ere potest, quatenus determinetur. Ⓘⓘⓘ *subst.*: AVG. in euang. Ioh. 119, 4 *Christus* homo ... apparebat, qui deus -bat.

b *pro subi. ponuntur enuntiata secundaria hic illic pronomine praeparata*: *α interrog. indir.*: VARRO ling. 7, 73 temo unde et cur dicatur, -et. NEP. Lys. 1, 2 id qua ratione consecutus sit, -et. VERG. Aen. 5, 5 quae tantum accenderit ignem causa, -et. VELL. 2, 125, 1 quid non impetrando passuri fuissemus. CVRT. 5, 9, 9 quantum nefas ⟨sub⟩-esset. PLIN. nat. 10, 186 illud ... -et, quonam modo ... occidat. HYG. lim. grom. p. 138, 12 quomodocumque inscripta sit *inscriptio*. AMM. 16, 11, 12 utrum ... an. *β acc. c. inf.*: OV. Pont. 1, 7, 4 haec me Nasonem scribere verba -et? 4, 13, 6 VITR. 9, 2, 3 PLIN. nat. 2, 82. 17, 85 TERT. idol. 15 p. 48, 6. *al.* *γ* quod (*cf. l. 33*): TERT. mart. 4, 8 VVLG. iud. 20, 3. RVFIN. Adamant. 5, 17 p. 209, 16 -et te hoc, q. *eqs.* apol. Orig. praef. p. 544[B]. *al.* *δ* quoniam: ITALA II Petr. 3, 5 (Hier. in Is. 65, 17/18 l. 41; *gr. ὅτι, aliae versiones* quia, quod). *ε* quia: VVLG. II Petr. 3, 8 hoc ..., q. *eqs.* (*gr. τοῦτο ..., ὅτι. cf. l. 29*). AVG. serm. 4, 34, l. 757 DRAC. Romul. 10, 353. *ζ* si: DRAC. laud. dei 1, 511 si ... urgeat imber, non -et agricolas.

B *usu impersonali* (*cf.* constat *vol. IV 534, 24sqq.*, liquet *sim.; arcendus est usus sub A 2 b illustratus*): TERT. test. anim. 2 p. 136, 14 de natura ... dei ... nec te -et.

II *usu novato*: **A** *i. q. abscondere*: EPIPHAN. Avell. p. 749, 26 qui eum *lapidem carbunculum* portat, eum -ere non potest (*gr. βαστάζόμενον ... ἀδύνατον διαλαθεῖν*); nam quibuslibet vestimentis occulat, splendor ... conlucet. VITA Adae 31 (cod. Paris. 5327) quid est hoc ..., noli -ere (abscondere *reliqui codd.*). VITA Roman. rec. (BHL 7306) 5 vir beatus hic diu se -ere non potuit ..., divulgabatur enim ... opinio *eqs.* **B** *i. q. ignorare*: MAX. TAVR. serm. app. 22 p. 890[D] nec illud in electione eius *antistitis* obesse potuit, quod videbatur ignotus; quoniam, quem iudicia -bant humana, ... dei -ere praescientia non potuit.

stilistica: **1** *indicatur, cui quid absconditum sit*: **a** *casu*: *α dat.* (*quem ab ethico q. d. hic vix segregaverimus*): PLAVT. Bacar. frg. 1, 3 CIC. p. red. in sen. 13 LVCR. 3, 280 VARRO ling. 9, 92. OV. Pont. 4, 9, 126 (*acc. var. l.*). MANIL. 2, 373. 3, 582. SEN. Oed. 295 (*acc. Itali*). LVCAN. 1, 419 SIL. 12, 615 HYG. lim. grom. p. 138, 12. TERT. adv. Hermog. 8, 3 (*acc. Iunius, Kroymann*). adv. Marc. 1, 1 p. 292, 11 spect. 17 p. 19, 4 CLEM. ad Cor. 21, 3 (*gr. acc.*). TRACT. in Luc. 1, 1 Migne suppl. 1, 329 AVG. epist. 137, 7 p. 105, 10. *al.* *β acc.* (*cf.* fugere *aliquem, λανθάνειν τινά*): VARRO rust. 1, 40, 1 VERG. Aen. 1, 130. OV. fast. 4, 211 (*A, recc.*). 5, 361 (mihi *G*). PLIN. nat. 2, 82 VAL. FL. 6, 609. 703 SIL. 15, 601 STAT. Theb. 7, 154. 11, 127. GELL. 9, 16 tit. quod Plinium ... fugerit -ueritque vitium (13, 29, 6). APVL. met. 4, 9, 5. 5, 31, 2. 6, 15, 1. 8, 31, 3. 9, 18, 1. 10, 24, 1 TERT. idol. 15 p. 48, 6 adv. Marc. 2, 25 p. 370, 11 praescr. 22 l. 20. 22 CLEM. ad Cor. 27, 6. IREN. *supra l. 13*. CYPR. *saepe. al.* *γ gen.*: VITA Fulg. p. 9 L. cuncta ... senilis tuae paternitatis (senili tuae paternitati *var. l.*) minime -ent.

b *praepos.*: ab (*cf. p. 999, 12*): ITALA lev. 4, 13 (Lugd.; *gr. ἐξ*). psalm. 18, 7 (FIRM. err. 19, 4; *gr. ἀποκρυβήσεται c. acc., Vulg.* se abscondat a). Iob 28, 21 (Ps. Vigil. Thaps. c. Marivad. 3, 44, *cf.* HIER. interpr. Iob) *sapientia* -et ... a conspectu omnium et volucribus ... absconsa est (*gr. λέληθεν πάντα ἄνθρωπον καὶ ἀπὸ πετεινῶν ... ἐκρύβη*, VVLG. abscondita est ab oculis ..., volucres quoque -et). TRACT. de indur. cord. Phar. 34 Migne suppl. 1, 1524. RVFIN. Greg. Naz. orat. 1, 20, 1 (*gr. acc.*). 3, 20, 2 (*gr. aliter*). 6, 1, 1 (*gr. κρύπτεσθαι tantum*). 8, 16, 1 (*ibid. acc.; gr. aliter*). Orig. in gen. 3, 4 p. 44, 5 in Rom. 2, 11 p. 898[A] princ. 4, 1, 7 p. 303, 21 Ps. AVG. serm. ed. Caillau 2, 74, 2. apud (*aliter p. 995, 74*): OPTAT. 5, 8 p. 138, 19 ne fructus fidei a. ignorantes -ere videretur. SCHOL. Cic. Bob. p. 163, 14 illa, quae foris gesserit, a. conscientiam populi Romani -ere potuisse.

2 *in lusu verborum c.* latebra *p. 994, 45. c.* patere: MANIL. 3, 322 AVG. civ. 2, 26 p. 92, 12 D. epist. 137, 7 p. 105, 10 serm. 120, 2 LAVRENT. eleem. p. 109[D]. *al.*

part. praes. **latēns**, -entis (*compar.* -ior) *pro adi., subst. abl. sg.* -i: LVCR., VITR., LVCAN., STAT., POMPON. dig., TERT., AMM., MARCELL. -e: SEN. *philos.* (*?*), SCRIB. LARG., *ceterum vi verbali passim. gen. pl.* -ium *passim*, -um MANIL. 3, 47 (-em *var. l.*).

i. q. occultus, obscurus sim. (*cf.* CHAR. gramm. p. 416, 9 B. abditum. obscurum. occultum. -s. reconditum *eqs.* GLOSS. *κρυπτός*. absconsum, remotum): **1** *adi.*: **a** *posit.* (*exempla certiora; vi verbali passim*): CIC. Brut. 152 rem ... -em explicare definiendo, obscuram explanare interpretando. LVCR. 3, 107 ex alia laetamur parte -i. VERG. Aen. 1, 108 saxa. 3, 32 causas ... temptare -es. OV. fast. 2, 705 mandata. VITR. 2, 6, 4 -i calore. SEN. benef. 4, 21, 2 ex adfectu -e (-i *V*). dial. 10, 18, 6 tantum inter viscera -is mali. nat. 5, 18, 7 scopulos. CVRT. 3, 1, 18 nequaquam diu luctatus cum -bus nodis. 10, 1, 29 -is periculi ignarus. SCRIB. LARG. 101 ex qualibet causa ... sive -e (-i MARCELL. med. 20, 5) et occulta sive manifesta (LVCAN. 3, 458 *turres* causa repsere -i). LVCAN. 1, 257 gemitu sic quisque -i non ausus timuisse palam. PLIN. nat. 33, 13 laevis manibus -busque induit *olim eques anulum*. STAT. Theb. 2, 496 calle -i praecelerant. 6, 364 tellus ... mundo succincta -i. APVL. met. 10, 34, 2 per quandam -em fistulam. AMM. 14, 7, 3 indicium nec obscurum nec -s. 16, 12, 59 ne fraude -i ... exciperetur. 24, 3, 14 impetu -i temptatus. 31, 5, 6 -i nuntio doctus. *al.* *litotes* non -s *i. q. spectatus*: VAL. MAX. 3, 8 ext. 4 efficacis operae forensis, fidei n. -is. **b** *compar.*: AVG. civ. 5, 19 p. 230, 13 D. potest ... et alia causa esse -ior. epist. 93, 25 p. 470, 23 *Donatistae* tanto sibi videntur ... iustiores, quanto fuerint pauciores, et utique tanto sunt -iores. gen. ad litt. 12, 18 p. 406, 21 -ioris originis. COD. Theod. 16, 5, 20 nulla eorum *haereticorum* perversitati vel publica conventicula vel -iora (latiora *sim. var. l.*) erroribus secreta tribuantur. 16, 5, 95 alio -iore vocabulo. VEREC. in cant. 7, 20 mysteria -iora.

2 *n. pl. pro subst.* (GLOSS. -ia: occulta): FIRM. math. 1, 6, 3 *Socrates* -ia facili confessione detexit. err. 17, 4 ex assiduis tractatibus -ium ratione collecta. VAL. CEM. hom. 20, 1 p. 752[A] ut doceant *medici* tumentia ... ferro debere compesci ..., -ia melius esse poculis indagari, frigida corporum ferventibus pasci *eqs.* ARATOR act. 2, 34 vigili pulsare -ia sensu.

pro adv. **in latentī** *i. q. clam, privatim*: POMPON. dig. 1, 2, 2, 35 ante Tiberium Coruncanium publice professum *iuris prudentiam* neminem traditur; ceteri autem ad hunc vel in -i ius civile retinere cogitabant. TERT. virg. vel. 11, 7 alia in occulto mater, natura, et alius in -i pater, tempus, filiam suam legibus suis maritarunt.

adv. **latenter.** *compar.* -ius RVFIN. Orig. princ. 2, 9, 1 p. 165, 12 VITAE patr. Iurens. 3, 8 p. 157, 10 GLOSS. GLOSS. *λανθανόντως*. GLOSS.[L] II Abav. LA 62 -r: clam, absconse. 63 -ius: secretius. *inde a* CIC., OV., PAVL. FEST., APVL.

i. q. clam, occulte (*gr. respondere solet λάθρᾳ, quod non adnotatur*): **1** *nude*: **a** *generatim*: CIC. top. 63 cum ... nihil sine causa fiat, hoc ipsum est fortunae eventus; obscura *est* causa et -r *hoc ipsum* efficitur. OV. Pont. 3, 6, 60 quem poteras vel aperte tutus amare, si res est anceps ista, -r ama (INSCR. christ. Diehl 2138 B, 5). PAVL. FEST. p. 118 insidiantur *latrones*. APVL. met. 5, 20, 2 absconde (6, 12, 4. 8, 5, 1. 8, 16, 2 FIRM. err. 6, 5. FVLG. RVSP. rem. pecc. 1, 21 p. 544[D] [*cf. serm. 6, 2 p. 741[A]* in occulto absconditus]). 8, 31, 1 quod *femus cervi* ... canis ... -r invaserat. 9, 5, 2 inrepit. *al.* TERT. pudic. 19 p. 262, 15 introducebat. Ps. TERT. haer. 2 p. 218, 16 occulte et -r. 8 p. 225, 2. ITALA deut. 13, 6 (Cypr. Fort. 5. *al.*) dicens (*Vulg.* clam). Matth. 1, 19 (cod. k) dimittere (*Vulg.* occulte). 2, 7 (cod. k) vocavit (*Vulg.* clam). Ioh. 7, 10 (cod. e) ascendit ... non in palam, sed -r (*gr. ἐν κρυπτῷ, Vulg.* in occulto). IREN. 1, 5, 1 (1, 1, 9 H.) motum (*gr. λεληθότως*). 3, 4, 3 (3, 4, 2) docens (*gr. λαθροδιδασκαλῶν*). *al.* OPT. PORF. carm. 21, 12 FIRM. math. 1, 10, 11. 6, 11, 7 exercent (7, 25, 3. 7, 25, 7. *al.*). PELAGON. 211 odores diversi -r pulmonibus prosunt (*Hippiatr. gr. I p. 203, 3 ἀνεπαισθήτως*). HIER. epist. 59, 5, 1. RVFIN. Clement. 1, 3 (*Ps. Clem. hom. 1, 3, 5 λανθανόντως*). Orig. princ. 2, 9, 1 p. 165, 12 -ius. Ps. RVFIN. Ios. bell. Iud. 7, 345 (*gr. ἀοράτως*). AVG. civ. 22, 29 p. 625, 11 D. quod servus nequam domino suo non vidente -r se fecisse putaverat. epist. 82, 18 p. 370, 12 *opp.* evidenter. *al.* *c.* esse: CHRYSOST. ed. Froben III 830[D] ille ... fuit -r adventus (*Migne gr. 49, 404 λανθάνουσα γέγονεν*). **b** *maxime in commentariis i. q. implicite, non expressis verbis*: CHALC. comm. 126 id ipsum -r exequitur *Homerus* in Iliadis exordio, cum dicit *eqs.* DON. Ter. Andr. 846, 4 'noster' dicendo -r significat Glycerium filiam Chremetis esse inventam (Ps. ASCON. div. in Caec. p. 204, 12 HIER. hom. Orig. in Ezech. 2, 2 p. 342, 2. *al.*). 980 mire dixit -r se laudans (SCHOL. Cic. Gron. B p. 330, 20). Hec. 715 vide, quemadmodum -r poeta festinet ad rerum cognitionem. Phorm. 361 B 1 hic subtiliter ac -r purgatur ... Antipho (SERV. auct. Aen. 2, 602). Ad. 670, 2 'quis despondit': -r obiurgat Aeschinum rem sine patre gessisse; et dicitur figura *ἐπιτροχασμός*. 820, 4 correptio ... continens in se -r blandimentum (BOETH. herm. sec. 5, 11 p. 369, 16 quaecumque vel -r vel in prolatione in aliquo terminorum continentur). 831, 3 designat. SERV. ecl. 1, 2 dicendo ... 'tenui avena', stili genus humilis -r ostendit (Aen. 1, 33. *al.* SCHOL. Cic. Gron. D p. 288, 11 figuris. HIER. in Ier. 5, 29, 2. *al.*). 1, 12 invidiose tempora Augusti carpit -r (1, 27). 6, 26 nymphae minatur stuprum -r (auct. Aen. 1, 549). Aen. 1, 488 -r proditionem tangit (1, 526. *al. cf.* attingit SERV. auct. Aen. 1, 179. 3, 133). 2, 638 aperte ... hoc agit ..., -r vero aliud (3, 57). 8, 381 -r dicere (9, 146. *al.* AVG. in psalm. 104, 9 l. 12 quae verba licet ... non legantur, tamen intellegenda sunt vel -r dicta. *al.*). auct. Aen. 4, 210 -r secundum Epicureos locutus est. HIER. in Ier. 5,

[Lumpe]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

69, 2 Sophonias . . . prophetam -r accusat (in Matth. 17, 14 sq. p. 125A). Macr. Sat. 1, 11, 45 ex quibus *versibus* illud -r intellegas. *al.*

c *in doctrina philosophorum*: Avg. civ. 21, 4 p. 493, 10 D. iam gleba tangentibus frigida tam -r servat *calx ignem*, ut nulli nostro sensui prorsus appareat. 22, 14 p. 591, 17 membra omnia iam sunt -r in semine. gen. ad litt. 6, 1 p. 170, 8 an vero tunc quidem, cum *deus* fecit omnia simul, in his etiam hominem -r fecit, sicut fenum terrae, antequam esset exortum. 7, 22 p. 220, 25 in . . . homine iam propriam ducente vitam -r otioseque inest ratio generandi. 8, 3 p. 234, 21 *terra* tunc ea *ligna* producendi virtutem -r acceperat.

2 *indicatur, cui quid lateat*: Iren. 3, 3, 1 seorsim et -r (latentes *var. l.*) ab reliquis. Cassiod. Ios. antiq. 2, 209 -r . . . cautelā (*gr. λαθὼν . . . τὴν . . . φυλακήν*).

v. Onom.

deriv.: latebra, 1. latesco, latibulum, latito.

compos.: col-, inter-, per- sublateo. *Lumpe.*

1. ˢlater, -eris *m.* [*orig. inc. Sch.*] *de orig.*: Isid. orig. 15, 8, 16 -es et laterculi, quod lati formentur circumactis undique quattuor tabulis. 19, 10, 16 tegulae . . .; laterculi vero vocati, quod lati formentur circumactis undique quattuor tabulis; -es autem crudi sunt, qui et ipsi inde nominati, quod lati ligneis formis efficiuntur. *de scriptura et formis*: latece (*dub. an pro* -es) Inscr. RevArch. 18, 1911 p. 506 n. 165. -r(es) CIL III 11383. *nom. sg.*: Char. gramm. p. 172, 6 B. (*e Romano*) -r an -ris? et huic nominativum singularem ablativus restituet singularis, si e litteram ⟨de⟩ponat (*affertur* Varro *l. 65; occurrit* -r *apud eundem bis*, Vitr. *semel, ceterum nonnisi ap. grammaticos; nom. sg.* -ris *non legitur*). las *l. 33*, latera *l. 41. casum omnino deesse vel in usu non esse dicunt* Don. gramm. IV 377, 30 sunt nomina, quorum nominativus in usu non est, ut siquis dicat 'hunc -em' (Diom. gramm. I 324, 24. Cledon. gramm. V 45, 18, *qui addit*: Probus . . . 'hic -r' posuit. *al.*). Pomp. gramm. V 187, 3 *nominativus et vocativus* inveniuntur quidem, sed in auctoritate; in usu non inveniuntur; . . . plerique dicunt 'hic las' (lar, later *var. ll.*), sed falsum est; ita enim facit, '-r'; ita legimus in Probo et in antiquis. *acc. sg. solum testantur grammatici allati. abl. sg.* -e *passim*, -i Itala *p. 1000, 10. de genere*: Non. p. 520, 13 -es apud quosdam . . ., cuius generis habeantur, incertum est: sunt autem generis masculini (*affertur* Varro *p. 1000, 38. 39*). *idem genus testantur grammatici allati et* Exc. Bob. gramm. I 552, 11 Gramm. suppl. 114, 4. *fem.* (*sec. vocem gr. ἡ πλίνθος*): Itala gen. 11, 3 (Chron. Alex. chron. I p. 94, 22) faciamus nobis -es et coquamus eas (Vvlg. eos) igne; et facta est eis ipsa -ra quasi lapis (Vvlg. habuerunt . . . -es pro saxis). *primae decl.* -ra *l. 41. vix recte Kroymann abl. pl.* -is *probat* Tert. adv. Marc. 2, 20 p. 363, 4 mercedes restitui *Hebraeis* . . . pro -is deductis (*M*, laternis *F*, *unde* laterinis *edd. vet.; scribendum videtur* -bus, *cf. p. 1000, 9 et ad rem p. 1000, 10 sqq.*). *mensuratur* lāteribus Cypr. Gall. exod. 248. *legitur inde a* Plavto, Catone, Ter. [*sard. mer.* lâđiri. *cf. M.-L. 4924. Wagner II 5. G.*] [*dub. an huc* Plavt. Poen. 828 *v. p. 1024, 82.*]

1 *usu sollemni i. q. πλίνθος* (Gloss. II 585, 49 -r genus lapidis lutei. III 19, 37 *χάλιξ* -es): **a** *strictius fiunt e luto, creta sim. ad aedificandum* (*de re v.* Vitr. 2, 3 Pallad. 6, 12 *et Blümner, Technol. II 14 sqq. van Aken, Mnemos. IV 5, 1952, 139 sqq.; sing. vi collect. i. q.* '*opus latericium*' *passim; saepe* caementum, lutum, lapides, saxa, *sim. opponuntur; de ratione inter* -em *et* laterculum *intercedente v. p. 1001, 65*): Plavt. Truc. 304 quid maceriā illa ait . . ., quae in noctes singulas -e fit minor . . .? :: nil mirum . . ., -es si veteres ruont. :: ain tu vero veteres -es ruere? Cato agr. 14, 4 villa lapide calce; . . . parietes ex -e. 38, 3 si parum altam fornacem habebis ubi facias, -e[s] summam statuito. Lvcil. 324 -e⟨m⟩ qui ducit, habet nihil amplius na⟨tu⟩m quam conmune lutum a paleis cenoque aceratum ([cenumque aceroso *codd.*]. *v. vol. V 1, 2147, 10, ubi addas* Vitr. 2, 3, 4; *cf.* coquere *infra l. 76.* Cypr. Gall. gen. 391, fingere Plin. nat. 35, 170. deducere Tert. *l. 44*, facere Itala *l. 40.* Pallad. 6, 12. 7, 8. 10, 15 Gavdent. serm. 1, 18 G. *al.*, conficere Vvlg. exod. 5–7, parare Gavdent. serm. 9, 26, radere CIL V 8110, 176). Varro Men. 248 hic ut quadrato -e stipatae strues. frg. Char. gramm. p. 172, 8 B. (*e Romano*) -r, lutum, iugmenta. rust. 1, 14, 4 huius *maceriae* fere species quattuor, quod fiunt e lapide . . ., quod e -bus coctilibus (*v. vol. III 1401, 56 sqq., ubi addas* Schol. Iuv. 10, 171 c. -e . . ., quem hodie dicimus ordinarium lapidem) . . ., quod e -bus crudis . . ., quod ex terra et lapillis *eqs.* (*v. vol. IV 1234, 79 sqq. et* Isid. orig. 19, 10, 16 sent. 2, 13, 7). Cic. div. 2, 99 in -e aut in caemento, ex quibus urbs effecta est. Caes. civ. 2, 8, 1 si . . . turrim ex -e . . . fecissent. 2, 9, 4 contabulationem summam -bus lutoque constraverunt (*quae ibidem vocatur* latericium). 2, 9, 7. 8. 2, 10, 4. 5. 6. 2, 11, 2. Sall. hist. frg. 4, 79 clausi -bus altis pedem. Liv. 36, 22, 11 *deserta tecta* -em . . . et caementa et saxa . . . praebebant. Vitr. 1, 5, 8 coctus (*v. vol. IV 928, 81 sqq.*). 2, 3, 3. 2, 3, 4 fiunt . . . cum his -bus semilateria; quae cum struuntur, una parte -bus ordines, altera semilateres ponuntur; . . . et medii -es supra coagmenta conlocati et firmitatem et speciem faciunt . . .; est autem in Hispania . . . civitas . . ., ubi -es, cum sunt ducti et arefacti, proiecti natant in aqua (Sen. nat. 3, 25, 5. *cf.* Plin. nat. 35, 171 non merguntur in aqua). 2, 8, 9 *bis*. 2, 8, 10 Mausoli domus . . . parietes habet -e structos. 2, 8, 18. 8, 3, 8 bitumine et -e testaceo structum murum Samiramis circumdedit Babyloni. Cvrt. 7, 3, 8 tuguria -e ⌊ab imo⌋ struunt (primo *trad., alii aliter. postea*: eodem laterculo). Colvm. 9, 6, 2 reliqua sunt alvorum genera duo, ut ex fimo fingantur vel -bus exstruantur (*e Celso ut* 9, 7, 2). 11, 3, 2 (*Democrit. 68 B 28*) -e fabricata maceries. Plin. nat. 2, 197 terreno (Verec. in cant. 2, 9). 17, 98 -e tuso mire ali *herbam*. 31, 29 flumen est, quo -es coniecti lapidei extrahuntur. 35, 170. Cels. dig. 19, 1, 38, 2 si . . . fissulae . . . aquam ducerent in aenum -bus circumstructum. Tert. resurr. 35 p. 76, 14 parietis corpus non aliud admittam quam caementa, quam saxa, quam -es. Itala exod. 1, 14 (Lugd.) in operibus duris, luto ac -i (*gr. πλινθείᾳ*, Vvlg. luti et -is. *de opere Iudaeorum in Aegypto servientium ut* Tert. *p. 999, 44.* Gavdent. serm. 1, 18 G. Fvlg. aet. mund. 147, 6 -um ergastulo. *al.; in comparatione* Rvfin. Orig. in exod. 1, 5 p. 151, 12 ipse *deus* te facit -em sibi operari et lutum. Avg. serm. dub. 363, 2. Hesych. in lev. 23, 39/44 p. 1099B *liberati sumus* ab intelligibilis Pharaonis servitute, quae est secundum corruptionem -um praesentis saeculi, qua si quis plene carere vult, in tabernaculis habitet. *cf. l. 27*). Heges. 4, 27 p. 285, 14 *portus* a dextra parte -e artatur, a laeva rupibus (*Ios. bell. Iud. 4, 613 χειροκμήτοις σκέλεσιν*). Cael. Avr. chron. 1, 5, 152 *insanus existimavit se esse* -em. *al. proverbialiter sec. gr. πλίνθον πλύνεις* (*vel πλυνεῖς*) -em *sc. crudum* lavare *de actione non modo inutili, sed etiam damnosa*: Ter. Phorm. 186 purgem me? -em lavem (Schol.: proverbium illorum, qui, dum se volunt expurgare, in culpam incidunt, sicut -r, quo amplius lavatur et fricatur, eo amplius sordes emittit). Sen. contr. 10 praef. 11 tu potes controversiam intellegere, qui non intellegis te -em l.? Gavdent. serm. 9, 26 G. *Iudaei* lavant polluta corpora, abluta statim polluunt; semper lavant, semper impuri sunt; ut dici solet '-em lavant', illum -em, quem paraverunt in Aegypto *eqs.* Ambr. virg. 3, 4, 19 ille sicut is, qui -em lavat, saecularia saecularibus frustra cupiebat abolere; magis enim se oblinebat luto, qui remedium a voluptate quaerebat. Hier. adv. Pelag. 1, 24 in eodem caeno *erroris* volutaris, immo -em lavas. Pavl. Nol. epist. 32, 23 *super petram Christi* non stipulam . . ., sicut in Aegypto servientes . . ., manus congerant, ne luteis aedificiis operum sordidorum -em, ut aiunt, lavemus. Isid. sent. 2, 13, 7 qui plangit peccatum et iterum admittit peccatum, quasi si quis lavet -em crudum, quem quanto magis eluerit, tanto amplius lutum fecit.

b *latius fiunt ex auro, argento*: **α** *ad metallum servandum* (*opp.* pecunia Tac.): Varro Men. 96 *Pactolus* tulit aurum, -r quod conquadravit regius. 474 ubi dicuntur barbari innumerabiles -es aureos habuisse. frg. Non. p. 520, 14 -es argentei atque aurei primum conflati adque in aerarium conditi. Plin. nat. 33, 56 -um aureorum . . ., argenteorum . . . et in numerato. Tac. ann. 16, 1, 2 (*1* magna vis auri . . ., non in formam pecuniae, sed rudi et antiquo pondere) -es quippe praegraves iacere *in specu.* **β** *ad aedificandum*: Avson. 302, 21 p. 174 P. -bus aureis templa qui divis dabat *Croesus* (*Herod. 1, 50, 2 ἡμιπλίνθια inter alia Delphos missa*).

2 *usu peculiari dicitur per similitudinem materiae*: **a** *de lapillis, qui in opere lanificii stamina derigebant* (*ἀγνῦθες confert Bücheler, Kl. Schr. III 149; ipsum contextum i. e. τὸ ὕφος significari censet Marx*): Lvcil. 681 cribrum, incerniculum, lucernam, in (*del. Bücheler, non post* -em, *sed post* telam *interpungens*) -em in telam licium. Tib. 2, 1, 66 textrix . . . cantat, et applauso tela sonat -e (*vix ad* 3. latus, *ita ut diceretur de latere telae vel corporis textricis*). **b** *de saxo*: Greg. Tvr. stell. 7 theatrum, quod in Eraclea habetur ex uno monte factum, ita ut omne ex uno -e sit expletum, tam . . . parietes quam . . . arcus . . .; et omne opus eius ex lapide uno completum est.

deriv.: 2. lateralis, *?* lateramen, 2. laterarius, lateratum, 1. laterculus (-um), latericius. *cf.* Lateranus.

compos.: semilater.

2. later. *orig. inc.; cf.* 2. laterculus. *nomen herbae hyssopi* (*nisi vox est plane diversa*): Ps. Dioscor. *v. vol. VI 3, 3162, 75.*

latera *v.* 1. later.

1. laterālis, -e. *a* **3.** latus. *de scriptura*: Char. gramm. p. 152, 10 B. (*e Romano*) Plinius Secundus . . . putat, ut -e laterarium . . ., proin aqualis aquarium dici (*cf. l. 74*). p. 172, 1 B. (*e Romano*) -e an laterare? ubi Plinius . . . 'si r praecesserit . . ., sequi debet l.' Not. Tir. 79, 2 -e. *legitur inde a* Lvcil., Calp. [*hisp. sept.* ladral, -es, lladrales, yadrales, *astur.* lladrales, tsadrales, *hisp.* adral; *port.* ladral, *dial.* ladraes, ladrás. *cf. M.-L. 4925. Corominas I 41. Machado II 1285. G.*] *i. q. ad latus pertinens*: Lvcil. 1314 -is dolor, certissimus nuntius mortis (*sc. pleuritis*). Calp. ecl. 6, 41 -is cingula.

n. **laterāle,** *plur.* **-ia,** -bus, *pro subst.* **1** *nomen receptaculi pendentis e latere corporis*: Scaev. dig. 32, 102 pr. (*verba testamenti*) '*lego* uxori meae -a (-aria *var. ll.*) mea viatoria et quidquid in his conditum erit'. *in explicatione quinquies.* **2** *i. q. partes in utrumque latus eminentes*: Pass. Petr. 14 p. 37, 10 S. verbum . . . significat istud rectum lignum, in quo crucifigor . . ., -a crucis humanam praetendere noscuntur naturam (*'lignum transversum' Lipsius*). **3** *i. q. imagunculae sim. in marginibus librorum exstantes*: Ivst. Vrgell. epist. p. 962C ut membranis desistentibus minutioribus litteris eamdem scripturam in paribus quaternionibus susciperent nec studiose fabrefactis -bus ambiretur.

2. laterālis, -e. *a* 1. later. *i. q. e lateribus factus*: Cassiod. Ios. antiq. 1, 71 *columnam* -em (*supra* ex lateribus; *opp.* ex lapidibus, lapidea. *gr. πλινθίνην*).

[Collassero]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ὑπομάσχαλον **laterālium** GLOSS. II 466, 55. *a* 3. latus. *cf.* 1. laterarius.

laterāmen, -inis *n.* [*a* 1. later *formatum videtur sec.* fundus: fundamen, glomus: glomeramen *sim. Sch.*] [*hinc forsitan pendeant langued.* lairan, leydan, *quae ad* 3. latus *revocat Wartburg V 205. G.*] *i. q. materia lutea, quali lateres fiunt (?)*: LVCR. 6, 233 *fulmen* omnia . . . conlaxat rareque facit -a (latera minua *vel* latera omnia *codd.*) vasis adveniens calor eius.

lateranensem fusorum GLOSS. V 306, 55 ('*v.* laterense' *Götz*). *obscurum.*

1. laterārius, -a, -um. *a* 3. latus. *ad scripturam v. p. 1000, 64.* *i. q. ad latus positus, transversarius*: VITR. 10, 14, 3 (*2* conlocentur . . . tigna *in testudine facienda*) ipsi *capreoli* . . . -is circa fixis contineantur. 10, 15, 3 supra capreolos tignum conlocatum . . ., item fixa habuerant -a.

2. laterārius, -a, -um. *a* 1. later. [*tusc.* (*Lucca*) lateraia; *francog. vet. et med.* larrier, *burg.* larré *etc.; francoprov.* laré(i); *prov. vet.* ladrier, lairier, ladrias, *delph.* larié, *lemov.* ladrier. *cf. Battisti-Alessio III 2175. Wartburg V 204. G.*] *i. q. ad lateres pertinens*: PLIN. nat. 19, 156 *ruta locis* apricis gaudet et siccis terraque quam maxime -a.

f. **laterāria,** -ae *pro subst., sc.* '*officina*'. *i. q. locus, ubi lateres ducuntur*: PLIN. nat. 7, 194 -as ac (*deest in parte codd.*) domus constituerunt primi Euryalus et Hyperbius fratres Athenis.

m. **laterārius,** -ī *pro subst.* **a** *i. qui lateres ducit*: NON. p. 445, 20 aceratum est lutum paleis mixtum, ut -is usus est (*affertur Lucil. p. 999, 59*). GLOSS. *πλινθουργός* -us. *πλινθοποιός* -us. *huc etiam* GLOSS. II 585, 31 laterius: tegularum opifex. *?* **b** *i. q. curator laterum ex auro et argento factorum*: GLOSS. III 271, 29 *τραπεζίτης* -us, mensarius.

πλινθίον **laterātum** GLOSS. II 410, 12. *a* 1. later.

laterclus *v.* 1. laterculus.

laterculēnsis, -is *m.* *a* 1. laterculus (-um). *transit in gr. λατερκουλήσιος. nomen officii q. e. curator laterculi* (*cf. infra l. 83 sqq.*): COD. Iust. 12, 19, 13, 1 (*a. 527*) ad -is gradum in scrinio sacrae memoriae provecti (*eiusdem anni sunt* 12, 19, 15, 1. 4). 12, 33, 5, 4 viris devotis -bus et pragmaticariis vel a secretis. NOVELL. Iust. 24, 6, 1 primicerio clarissimorum tribunorum notariorum et -bus (26, 5, 1). 35, 1 in scrinio . . . memoriae tertium locum optinenti et -is nomen incunti. 35, 5. 6. 7. INSCR. Année épigr. 1949 p. 38 n. 108 -i, ostiario, scriniario, praeff. pr.

1. laterculus, -ī *m. et* **-um,** -ī *n.* *a* 1. later *deminutive. de orig. v. p. 999, 18. scrib.* -cl- CIL III 8277, 3 INSCR. Rhen. Bramb. 114. 1397, -ric- CAES. civ. 2, 9, 2 (*codd. omnes*). *formae masc. inde a* PLAVTO, *acc. pl.* -us CIL III 8277, 3; *neutr. nom. sg.* -um NOT. dign. *bis et* GLOSS., *-ov infra l. 84, pl.* -a GLOSS. *legitur inde a* PLAVTO, CATONE, CAES. *transit in gr. λατέρκουλον.* [*suppletur* VITR. 7, 4, 2. *restituitur* -os *pro* lacertulos *dub. an recte* APVL. met. 10, 13, 6.]

fere i. q. later (GLOSS. V 306, 53 -is: tegulis tenui⟨bu⟩s. *vis deminutiva vix perspicua est; accedit* grandissimus *l. 67; distinguitur* later *l. 65*): **I** *de lateribus e luto sim. factis, aureis l. 66* (GLOSS. *τετραπάλαιστον.* -i: *βήσαλα*): CATO agr. 39, 2 cretae crudae partes duas, calcis tertiam conmisceto: inde -os facito, coquito in fornace. CAES. civ. 2, 9, 2 hanc insuper contignationem, quantum tectum . . . passum est, -o adstruxerunt. VITR. 5, 10, 2 -is bessalibus pilae struantur. CVRT. 5, 1, 25 murus instructus -o coctili, bitumine interlitus (5, 1, 29. PLIN. nat. 7, 193 observationes siderum coctilibus [coctis *var. l.*] -is inscriptas. 35, 159 AMM. 24, 2, 12). 7, 3, 8 *v. p. 1000, 2.* COLVM. 8, 14, 1. PLIN. nat. 30, 63 facto crudis -is ad formam camini . . . sacello (ARNOB. nat. 4, 6 *in veriloquio dei q. e.* Lateranus). 36, 68. SIC. FLACC. grom. p. 100, 11 Th. (*sim.* LIB. col. II p. 253, 18 L. GROM. p. 349, 19) eum *agrum* limitibus actis diviserunt et denis [quibusdam] quibusque actibus -is (-i *var. l.*) quinquagena iugera incluserunt (*de terminis agrorum ut* LIB. col. I p. 250, 23 L. terminus in -um constitutus. GROM. p. 362, 1 -os quadrangulos pro terminis invenies. Ps. BOETH. grom. p. 405, 20 terminus in -is). EDICT. imp. Diocl. III/IV 7, 15 *operario* lateris crudi ad -os *tot*, in lateribus quattuor pedum *tot debetur* (*7, 16* lateris ex luto; *gr. utroque loco differentia neglecta πλίνθους*). IVL. VAL. 3, 29 -os auri grandissimos (*Hist. Alex. M. I p. 116, 9 Kr. πλίνθους ὁλοσφυρήτους*). PALLAD. 1, 19, 1 solum . . . omne bipedis sternatur vel minoribus -is. VITAE patr. 3, 117 lapides et fragmenta -orum (*5, 10, 15* testas vasorum, *gr. Cot. p. 395C ὄστρακα*). 5, 17, 22 -um (*postea* testam, *gr. Nau 1913 p. 299 n. 52 πληνθάριν. 3, 96* laterem). CIL III 8277, 3. INSCR. Rhen. Bramb. 1397 -i capitlares.

II *de rebus in formam laterum redactis*: **A** *vario usu*: PLAVT. Poen. 325 ut mulsa loquitur. :: nil nisi -os, sesumam *eqs.* (*de placentis ut* CATO agr. 109 de ervo farinam facito . . ., postea facito -os. *cf. gr. ὀστρακίτης*). PLIN. nat. 31, 84 *sal* e Cappadocia qui in -is adfertur ('*en briquettes*' *Serbat;* '*tubulis e laterculo coctili*' *Harduin vix recte*). HYG. grom. p. 85, 19 *in agris Cyrenensium* sunt plinthides, ⟨id est⟩ -i quadrati . . ., habentes singuli -i iugera *tot*. BOETH. arithm. 2, 4 p. 86, 17 de . . . pyramidis, -is vel . . . tignulis et cuneis (*sc. figura geometrica ut* 2, 25 p. 111, 14 asses vel -i vel cunei. 2, 29 p. 120, 19 -i sunt, qui fiunt ex aequalibus aequaliter in minus).

B *laxius de lapidicinis, quibus pro carcere utebantur veteres* (*custodia carcere paulo lenior significari videtur l. 42. cf.* GLOSS. -a: custodia carceris. custodia vel catena. *v. et supra l. 13*): **1** *in singulis civitatibus*: **a** *Syracusis* (*cf. praefationem et* GLOSS. -ae: carceres apud Syracusas): CIC. Verr. II 1, 14 multos cives Romanos in -is . . . morte esse multatos. 5, 68 -as Syracusanas. *ibid.* in has -as, si qui publice custodiendi sunt, etiam ex ceteris oppidis Siciliae deduci imperantur (*cf.* 5, 146 abduci). 5, 69. 5, 143 carcer ille, qui est a . . . Dionysio factus Syracusis, quae -ae vocantur. *ibid.* in -as . . . coniciebatur (5, 145. 148. 164 *bis. cf. l. 40*). 5, 160 *bis.* **b** *Romae* (*cf. l. 6*): LIV. 32, 26, 17 triumviri carceris -arum (c. *et* -arum *intellegit Mommsen, Strafr. 302, 3; an pro carcere, qui est in -is, accipiendum?*) intentiorem custodiam habere iussi. 37, 3, 8 principes Aetolorum . . ., inter quos Damocritus et frater eius erant, . . . Romam deducti et in -as coniecti sunt (*cf. 37, 46, 5* Damocritus . . . cum e carcere . . . effugisset). SEN. contr. 9, 4, 21 (*facete dictum Iulii Sabini*) rogavit, ut ⟨in⟩ (*add. exc.*) -as transferretur (*sc. e carcere*): non est, inquit, quod quemquam vestrum decipiat nomen ipsum -ae; illa enim (*exc.*, ille *vel* illae *codd. contr.*) minime lauta res est. OBSEQ. 40 in -is homo ab homine adesus. *per synecdochen de regione, quae circa -as est*: LIV. 26, 27, 3 *incendio* comprehensa . . . privata aedificia . . ., comprehensae -ae forumque piscatorium et atrium regium. 39, 44, 7 Cato atria duo, Maenium et Titium, in -is et quattuor tabernas in publicum emit basilicamque ibi fecit. **c** *Spartae*: PLIN. nat. 11, 185 *Aristomenes* captus . . . per cavernam -arum evasit angustias.

2 *locis incertis*: CALL. dig. 4, 6, 9 etiam inclusos veluti -is vinctorum numero haberi placet, quia nihil intersit, parietibus an compedibus teneatur. VLP. dig. 11, 5, 1, 4 aut in -as vel in vincula publica ducatur. ORIGO Rom. chron. I p. 145, 1 *Tarquinius Superbus* invenit -as, tormenta, fustes *eqs.* (*inde* HIER. chron. a. Abr. 1470 *et* ISID. *l. 61*). SIDON. epist. 1, 7, 11 -is aut ergastulo inferri.

II *per interpretationem pravam fontis l. 56 allati de supplicio quodam verberationis simili* (*cf.* GLOSS. V 369, 12 -ae: verbera. 656, 3 -a: vincula, verbera, catenae, carcer, nervi, custodia): ISID. orig. 5, 27, 23 est et -a (-um *codd. optimi*) supplicii genus ad verberandum aptum, inventum a Tarquinio Superbo . . .; iste enim prior -as, tormenta, fustes . . . adinvenit (*inde* GLOSS. IV 105, 21 *et* V 656, 12 -ae [-um V 656, 12]: supplicii genus ad verberandum aptum).

cf. latomus.

lātomus, -ī *m.*, *λατόμος.* *in codd.* VVLG. *etiam* lath-, latu-. *i. q. lapicida*: ITALA III reg. 5, 15 (Hier. tract. in psalm. I p. 111, 17) -orum septuaginta milia et eorum qui portabant octoginta milia (*eadem inversione enumerationis* Hier. epist. 129, 5, 3; *gr. ὀγδοήκοντα χιλιάδες λατόμων,* VVLG. octoginta milia -orum, Ambr. in Luc. 2, 89 lapidicaesores [*var. ll.* lapides c., lapidum c.]. *interpretantur* HIER. tract. in psalm. I p. 111, 18 -i, qui lapides caedunt, qui quasi fundamenta aedificiorum praeparant, qui lapides ad aedificandum in templum dei de terra tollunt. EVCHER. instr. 2 p. 147, 12 lapidum caesores [GLOSS.]). VVLG. I par. 22, 2 constituit ex eis -os ad caedendos lapides et poliendos. 22, 15 plurimos artifices -os et cementarios artificesque lignorum (I Esdr. 3, 7 -is et c.).

cf. latomiae. *Beikircher.*

ˢlātor, -ōris *m.* *a* ferre (2. latus). GLOSS. *εἰσαγωγεύς. εἰσηγητής.* dator. (de)portator. auctor sententiae. *inde a* CIC., *in poesi ap.* PAVL. NOL. *et* DRAC. Romul. 5, 46. [*francog. vet.* laur, leeur, lawour, laieur, *med.* layeur, leeur. *cf. Wartburg V 202. G.*]

1 *usu primario, maxime in vita publica, i. q. rogator, auctor, dator sim.*: **a** *legum* (*vox q. e.* legis *saepe praecedit, ap.* QVINT. decl. *[Hübner]*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ubique, saepissime in versionibus e gr. factis sec. νομοθέτης, ita ut voce legis *collective usurpata in vocem* legislator *coaluisse videatur; cf.* latio): *α strictius*: CIC. inv. 2, 134 tempus legum corrigendarum; . . . scire, qui -r sit, qui sint accepturi. Catil. 4, 10 -em Sempronіae l. Mur. 3 l. ambitus -em. Sest. 77. 112. Mil. 23 -r ipse l. Phil. 13, 32. part. 134 a quoquam potius -is sensum quam a lege explicari. rep. 3, 33 *deus* l. . . . inventor, disceptator, -r. nat. deor. 3, 90 -em istius modi l. Att. 2, 7, 2 et -bus et auspicibus l. curiatae. CAES. civ. 1, 5, 3 (*si recte traditur*). LIV. 3, 31, 7 l. -es. 3, 31, 8 cum de legibus conveniret, de -e tantum discreparet. 4, 46, 4. *al.* VAL. MAX. 6, 5 ext. 3 QVINT. inst. 2, 4, 33. 3, 2, 4. *al.* PLIN. epist. 3, 20, 1 IVLIAN. dig. 1, 3, 32, 1 GAIVS inst. 3, 56. 75. 76 (legatorem *V*). 218 TERT. adv. Iud. 6, 2 adv. Marc. 2, 7 p. 344, 13. *et saepe ap. ecclesiasticos.* *β latius de iuris consultis* (*cf. l. 29*): COD. Iust. 1, 17, 2, 20 ex quibus legis -bus quibusque libris eorum . . . hoc iustitiae Romanae templum aedificatum est; (20a) legis -es autem vel commentatores *eqs.* (4, 18, 2, 1a quae de recepticia in diversis libris legis -um posita sunt). 4, 5, 11 pr. certamen legis -bus incidit, utrumne *eqs.* 5, 11, 7, 1 in tali dubitatione multa pars legis -um sese divisit. NOVELL. Iust. 112 pr. multa . . . de litigiosis tam antiqua legis -um prudentia quam imperialis dispositio promulgavit.

b *similium rerum*: CIC. dom. 48 suffragii -em (p. red. in sen. 18 isdem . . . suffragium ferentibus, eodem gladiatore *Clodio* -e). leg. 3, 34 r⟨og⟩ationi neque -r quisquam est inventus nec auctor umquam bonus (Att. 1, 14, 5 -r rogationis, idem erat dissuasor. LIV. 3, 9, 6 qui . . . in rogationem -emque ipsum est invectus. 4, 48, 16. 5, 24, 11. 6, 39, 10). LIV. 9, 30, 4 plebi sciti. AMM. 29, 1, 38 sententiae (PETR. CHRYS. serm. 65 p. 385^{B}). PAVL. NOL. epist. 32, 5 vers. p. 280, 2 -em duo testamenta per unum *Christum* pacta. AVELL. p. 72, 6 praeceptorum. SEDVL. epist. 2 p. 172, 11 Hermogenianum, doctissimum iuris -em (ENNOD. opusc. 2, 92 p. 316, 2 Lex Visig. 1, 1, 4).

2 *usu deflexo i. q. portator*: **a** *varii generis*: PAVL. FEST. p. 184 opitulus Iuppiter et opitulator dictus est, quasi opis -r. Ps. FVLG. RVSP. serm. 38 p. 901^{C} angeli *ad sepulcrum Christi sedentes* erant baiuli et delectabiles -es, qui dominum ad gehennam descendentem potentissime deducebant et redeuntem laetissime praecedebant. **b** *epistularum* (*vulgo* perlator, *qua cum voce confundi videtur* LEO M. epist. 48 Conc.^{S} II 4 p. 23, 26. *pro* lector *restituitur* HIER. epist. 51, 9, 3 EPIST. pontif. 608 Schwartz p. 77, 23): AVG. epist. 45, 2 per -em huius epistulae (per perlatorem *Goldbacher hic et* 202 A, 3 *coll. 186, 1. al.*). AVELL. p. 680, 26 reperta -is occasione. RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 177, 3 quas *litteras* et in -is faciem ieci. CANON. Dionys. Exig. p. 89, 11 per harum -em. CASSIOD. var. 1, 1, 6 per praesentium -es. GREG. M. epist. (*exempla congesserunt Ewald et Hartmann in indice editionis. cf.* latrix).

in lusu verborum c. gladiator *l. 22*, largitor AVG. serm. 2, 2, delator Ps. AVG. serm. 217, 4.

cf. ab-, col-, de-, di-, il-, ob-, per-, prae-, re-, translator.

f. **lātrix,** -īcis. *i. q. perlatrix epistularum*: GREG. M. epist. (*v. Ewald et Hartmann l. c. sub* lator). [ipsa -x Ps. AVG. serm. ed. Mai 188, 1 *falso trad. pro* astipulatrix, *v. vol. II 952, 1.*]

cf. il-, re-, perlatrix. *Hübner*

lātrābilis, -e. *a* latrare. *i. q. latrans*: CAEL. AVR. acut. 3, 11, 103 vox obtusa et velut -is. BOETH. diff. top. 2 p. 1193^{D} canis vel -is animalis vel marinae belluae vel caelestis sideris nomen est (*eadem distinctione*: divis. p. 877^{D} quadrupedem -emque [in Porph. comm. sec. 1, 8 p. 154, 18]. herm. pr. 1, 2 p. 48, 25. 1, 5 p. 75, 14. 2, 11 p. 152, 29 herm. sec. 5, 11 p. 353, 17. p. 356, 12 terreno -i).

lātrātio, -ōnis *f.* *a* latrare. GLOSS. II 462, 38 *ὑλαγμός* haec -o, latratus (495, 7. 585, 40).

[latratiuncula AFRAN. com. 191 *v.* ratiuncula.**]**

lātrātor, -ōris *m.* *a* latrare. [*it.* latratore; *vasc.* layradoú, layrayre; *hisp., port.* ladrador. *cf. Battisti-Alessio III 2177 sq. Wartburg V 200. Corominas III 10. Machado II 1286. G.*] [*dub.*: ISID. *l. 79.*]

i. qui latrat: **1** *strictius*: VERG. Aen. 8, 698 omnigenum . . . deum monstra et -r Anubis (OV. met. 9, 690 CARM. c. pag. 95 PRVD. c. Symm. 2, 532). SIL. 2, 444 omnia Poenum armenti vigilem . . . secuntur: gaesaque -rque Cydon *eqs.* MART. 12, 1, 1 -es . . . Molossi. ARNOB. nat. 7, 17 -um et canum ritu offis saevitias ponere. **2** *latius*: QVINT. inst. 12, 9, 12 si *orator* a viro bono in rabulam -emque convertitur. HIER. adv. Rufin. 2, 2 p. 425^{B} *Rufinus dicit se* contra -es suos misisse baculum litterarum (*infra*: saevientes . . . canes. *cf.* p. 426^{A} ut . . . contra se habeat -es. 2, 3 p. 426^{C}). AVG. c. adv. leg. 1, 20, 42 non iste, qui secundum verbum dei non loquendo . . . factus est mutus -r, caecus lector, surdus auditor. conf. 9, 4, 11 pestis, -r amarus et caecus adversus litteras.

lātrātōrius, -a, -um. *a* latrare. *i. qui latrare solet*: DON. Ter. Phorm. 341, 5 'ringi' est stomachari tacitum; est enim translatio a canibus -is. *?* ISID. orig. 19, 23, 6 horrent et male tecti cum -is (*Lindemann ex cod. Guelf., quod probant Otto et Quicherat, Addenda lex. lat. s. v.*; latratoribus *cett., Lindsay*) linguis Scotti (*cf. p. 1013, 5. 1014, 53*).

ˢlātrātus, -ūs *m.* *a* latrare. *de orig.*: VARRO ling. 7, 32 quod . . . indicant *canes* noctu quae latent, -s appellatus. *abl. sg.* -o VARRO rust. 2, 9, 4; *deest dat. sg. praeter* CASS. FEL. 67, *gen. pl. praeter* SIDON. epist. 1, 1, 4 (*vix recte* -um [-uum *S*] auditus *probat Fontaine* ISID. nat. 47, 3; -s *Becker ex* IVST. 4, 1, 13). *corripitur* la- (*cf. sub* 1. latro): IVVENC. 4. 14 CYPR. GALL. exod. 345. GLOSS. *ὑλαγμός. ὑλαχή.* *legitur inde ab* ACC. (*? l. 47*), VARRONE, SALL., VERG. [*val.* lătrat; *it.* latrato; *hisp., port.* ladrado. *cf. M.-L. 4929. Battisti-Alessio III 2177 sq. Corominas III 10. Machado II 1286. G.*] [*dub.*: OV. met. 3, 242 (hortatibus *var. l.*). fast. 2, 231 aper longe silvis -bus actus (s. Laurentibus *var. l., Bömer*; saevis -bus *Klotz fort. recte, v. l. 8 sqq.*).]

i. q. ὑλαγμός: **I** *usu originario de voce animalium*: **A** *canum*: **1** *naturalium*: VARRO Men. 422 coactus cervus -u canum (PLIN. nat. 8, 142. *cf.* VERG. georg. 3, 412 apros -u turbabis agens. OV. met. 2, 491 *Callisto* per saxa canum -bus acta est. 13, 806 cervo claris -bus acto. SIL. 1, 421 Spartanis -bus actus *aper.* 16, 574 agitare canes -bus aprum. *v. etiam l. 6*). ling. 7, 32 canes -u[s] signum dant (OV. met. 3, 207). rust. 2, 9, 4 -o gravi, hiatu magno. VERG. Aen. 5, 257 saevit . . . canum -s in auras (*cf.* SIL. 2, 418 it clamor ad auras -sque canum). 12, 751 venator cursu canis et -bus instat. OV. met. 3, 231 resonat -bus aether (*cf.* SEN. Phaedr. 38 cum -u . . . saxa sonent). VAL. MAX. 8, 11 ext. 4 canum -s aspectu picti canis incitatus. 9, 13 ext. 2 canino. SEN. dial. 4, 32, 3 (*de iniuriis despiciendis*) ille magnus . . ., qui more magnae ferae -us minutorum canum securus exaudit (*cf.* 5, 25, 3). 5, 35, 3 hominum voces et fremitus animalium -usque. CVRT. 8, 10, 9 canum -s, deinde etiam hominum fremitus. 9, 1, 31 canes . . . -u abstinere dicuntur, cum viderunt feram (*cf.* ARNOB. nat. 2, 25 *discit* canis, cum invenerit praedam, cohibere et continere -um). COLVM. 7, 12, 1 quis hominum clarius . . . bestiam vel furem praedicat quam iste *canis* -u . . . ? 7, 12, 3 vasti -us canorique. 7, 12, 7. PETRON. 64, 9 Scylax . . . taeterrimo -u triclinium implevit. PLIN. nat. 6, 2. 8, 114. 150 VAL. FL. 6, 112. SIL. 3, 294 vagis -bus implet venator dumeta Lacon. 14, 21. IVV. 6, 415 -bus alti rumpuntur somni. APVL. met. 2, 4, 4. 8, 4, 3 fervidis dissonisque. 9, 36, 5 *canes* -bus . . . absonis horribiles. SOL. 15, 7 *canes* terrificis -bus ultra rugitus insonantes. *al.* **2** *fabulosorum vel monstruosorum*: VERG. Aen. 6, 417 Cerberus haec ingens -u regna trifauci personat (CVLEX 220 diris. OV. met. 4, 451 tres. 7, 414 ternis. SEN. Herc. f. 793 gravi. Thy. 675 trino. SIL. 3, 35 saevis. STAT. silv. 5, 1, 250 Cerbereos. APVL. met. 6, 20, 4 caninis. CLAVD. 5, 457. rapt. Pros. 1, 85 triplicem). CIRIS 82 ipsa *Scylla* suos . . . pertimuit -us (IVST. 4, 1, 13 CORIPP. Ioh. 1, 214. *cf. l. 48. al.*). OV. met. 7, 362 quos Maera novo -u terruit agros. 13, 406 *Hecuba* novo -u terruit auras. SEN. Med. 840 ter -us audax Hecate dedit. PLIN. nat. 7, 23 (*inde* SOL. 52, 27) genus hominum capitibus caninis . . . pro voce -um edere (*item de cynocefalis*: QVEROL. p. 33, 8 R. multisono . . . -u fremunt. AVG. civ. 16, 8 p. 135, 27 D.). STAT. silv. 4, 4, 13 Icariis caelum -bus (*i. Canicula*) urit.

B *aliorum*: CORIPP. Ioh. 4, 355 *lupi* ululatibus aera . . . pulsant perque cavas resonant -bus umbras (*cf. p. 1013, 7*). *cum strepitu ranarum luditur l. 58.*

II *per comparationem vel imaginem* (*cf. l. 19*): **A** *de strepitu maris*: ACC. trag. 569 curvo litore -u (latrans *Scaliger metri causa*) unda sub undis labunda sonit. SALL. hist. frg. 4, 27 (*de Scylla*) collisi ibi fluctus -us videntur exprimere.

B *de clamore hominum* (*linguae, vocis*): **1** *infestorum*: VAL. MAX. 8, 3, 2 *Afrania* inusitatis foro -bus adsidue tribunalia exercendo muliebris calumniae notissimum exemplum evasit. CYPR. epist. 45, 2 nec ullis maledictorum et conviciorum -bus perstrepebant *scripta* (*c. gen. explic. ut*: Ps. AMBR. serm. 46, 11 Montani antra -u falsi carminis resonant, qui duabus feminis . . . tamquam alicuius Scyllae rabidis succinctus est canibus. RVFIN. apol. adv. Hier. 1, 21 calumniarum. AVG. c. adv. leg. 1, 20, 42 blasphemiarum. PRIMAS. in apoc. p. 896^{C} pseudoprophetis ranarum more . . . erroris -u convenit perstrepere). Ps. CYPR. ad Novat. 1 rabiem suam non cessat -bus excitare. IVVENC. 4, 14 Sadducaei hinc inde -bus urgent. AMM. 30, 4, 13 *advocati* per prostitutas frontes vilesque -us, quo velint, aditus sibi patefaciunt. HIER. in Mich. lib. 2 praef. obsecro vos . . ., ut ad huiuscemodi -us *invidorum* claudatis aures. psalt. sec. Hebr. praef. obtrectatorum (Victorin. Poetov. in apoc. prol. p. 14, 7). adv. Rufin. 2, 4 cum multorum -us ad te usque pervenerint (*cf. p. 1011, 70*). RVFIN. Clement. 1, 9, 15 solo -u vestro obtūrbatis . . . eorum aures, qui salvi esse volunt. CONC.^{S} I 4 p. 22, 26 Iudaei suo -u tantam perpetraverunt tragoediam (*gr. ἐπιλυττήσαντες ἐδραματούργησαν*). p. 220, 1 o insania, . . . o amarum venenosi -um. MAR. MERC. Conc.^{S} I 5 p. 7, 15 quid possunt extra dei ecclesiam alligati rabidi canis -us? SIDON. epist. 1, 1, 4 in portu iudicii publici post lividorum -uum Scyllas enavigatas sufficientis gloriae ancora sedet. 7, 9, 8 nosse vos par est, in quas me obloquiorum Scyllas et in quos linguarum, sed humanarum, -us quorundam vos infamare conantum turbo coniecerit. ENNOD. opusc. 2, 3 p. 288, 11 coactam vocem pravorum -u religiosis mentibus commendo. 2, 29 p. 296, 12 Esau mentionem operi vestro nescio verbis an -bus indidistis. FVLG. RVSP. rem. pecc. 1, 17 qui foris positi -bus perfidis ac perversis ecclesiae . . . dogmatibus obnituntur. GREG. M. epist. 7, 37 p. 486, 4 hereticorum. *c. respectu defendendi, vigilandi* (*cautius* GREG. M.; *cf. p. 1011, 70*): CASSIOD. in psalm. 67, 27 (24) prius inimici fuerunt, qui postea clamosis -bus ecclesiam . . . vindicarunt. GREG. M. in euang. 40, 2 p. 1303^{A} (*ad psalm. 67, 24*) *sancti praedicatores* magnos pro domino, ut ita dicam, -us dederunt (*cf.* moral. 20, 15 p. 145^{C} [*ad Iob 30, 1*] magnos, ut ita dixerim, -us praedicationis). **2** *raucorum*: SCRIB.

[Pecere]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

LARG. 171 *hydrophobici* -us edunt (CASS. FEL. 67 p. 166, 15 vocem -ui canum similem emittunt). LVCAN. 6, 688 -us habet illa (*sc. vox magae*) canum gemitusque luporum. FIRM. math. 8, 10, 2 (*de hominibus Canicula oriente natis*) vox eorum arescentibus faucibus canum -us imitatur. **3** *barbarorum* (*cf. p. 1011, 77. 1014, 53*): CORIPP. Ioh. 4, 351 *Mauri* inter sese fracto sermone furentes -us varios, stridentibus horrida linguis verba ferunt *velut lupi* (*v. p. 1012, 44*). *Pecere.*

ˢlatrīa, ae *f.*, λατρεία. *i. q. cultus* (GLOSS. cultus dei solius. servitium): AVG. civ. 10, 16 p. 426, 18 D. cum ... ad hunc unum *deum* quidam angeli, quidam vero ad se ipsos -a colendos ... excitent (*sed 5, 15 et saepius scrib. λατρεία in omnibus vel aliquot codd., sc. accedente* graece *sim.*). epist. 173 A p. 649, 10 illa *servitus*, quae deo tantum exhibenda est, quae -a dicitur, unde et idolatria iure damnatur, cum idolis exhibetur *eqs.* c. Faust. 20, 22 p. 565, 10 illum cultum, quae -a dicitur. *al.* ISID. diff. 1, 264 '*grates*' optime deo convenit, quod relationem significat ad -am.

cf. ido(lo)latria.

lātrīna *v.* lavatrina. **lātrīx** *v.* lator. *B.*

1. ˢlātro, -āvī, -ātum, -āre. [*a radice, quae subest verbis slavon.* lajǫ, *lituan.* lóju, *alban.* leh (*ind.* rā́yati *?*) '*latrare*'; *apud Latinos nomen in* -tro- *vel* -trā- *cadens verbo prius habendum est, cf.* lamentari *a* lamentae. *Sch.*] *corripitur* la- (*dub. l. 38*): AVIEN. Arat. 283 VEN. FORT. carm. app. 29, 4. *ex formis stirpis perf. longior occurrit* -verit (HOR. sat. 2, 1, 85), *brevior* -asse (OV. met. 13, 620. *al.*). *ceterum nota imperat.* -atote CIC. S. Rosc. 57; *part. praes. abl. pro adi.* -anti PLAVT. Cas. 34 FVLG. Virg. cont. p. 85, 16, *gen. pl.* -antum HOMER. 4; *perf.* -vere LVCAN. 1, 549. GLOSS. ὕλαχτῶ. ὑλάσσω. GLOSS.ᴸ II Abav. LA 67 -at: inridit, gannit. 20 -at (lactat *codd.*): baubatur. *legitur inde a* PLAVTO, ENN., VARRONE, CIC. [*val.* lătra; *it.* latrare, *venet. vet.* lara(r), *ligur. vet.* lairar, *pedem.* layrę, larà, larè; *raet. centr.* ladrè; *prov. vet.* lairar, *delph.* leyrar, *prov.* lairá, leirá, *aquitan.* layrá; *vasc.* layrá; *cat.* lladrar; *hisp.* ladrar, *astur.* lladrar, *arag.* ñadrá; *port.* ladrar. *cf. M.-L. 4928. Battisti-Alessio III 2177 sq. Wartburg V 200. Corominas III 10. Machado II 1286. G.*] [*confund. c.* iact- *p. 1014, 52,* lact- *l. 28,* luct- OV. trist. 5, 9, 28; *restit. pro* lacero *p. 1014, 50,* lustr- VARIVS carm. frg. 4, 3, -antes *pro* latrones AVG. serm. coll. Morin p. 324, 1; *falso trad. pro* lucr- COMM. instr. 2, 19 (23), 3. *dub.*: OV. met. 8, 412. PHAEDR. 5, 10, 7 cui senex contra -ans (*mensura suspicionem movet*; Lacon *Bentley, ordinem verborum cum aliis mutat Krischan, WSt. 67, 1954, 82 sq.*).]

i. q. ὑλαχτεῖν: **I** *intransitive* (*alicui l. 50, cf. etiam l. 38 et praepos. p. 1014, 9; pass. impers. l. 50*): **A** *in univ.*: **1** *usu originario -ant animalia*: **a** *canes* (*verbum proprium canum esse docent* SVET. frg. p. 250, 1 ANTH. 762, 59 ISID. diff. 1, 607): **α** *naturales*: ENN. ann. 528 tantidem quasi feta canes sine dentibus -at (-et *L. Müller*). CIC. S. Rosc. 56. 57 et -are et mordere possunt. LVCR. 5, 1066 -ant et vocibus omnia complent. VARRO AT. carm. frg. 8 desierant -are canes urbesque silebant. VERG. ecl. 3, 18 multum -ante Lycisca (SEN. dial. 5, 37, 2). 8, 107 Hylas in limine -at. HOR. sat. 1, 2, 128. OV. trist. 2, 459 scit, cui -etur, cum solus obambulet *Tibullus. al.* PHAEDR. 1, 23, 6 linguam vis meam praecludere, ne -em pro re domini? (CASSIOD. in psalm. 67, 27 [24] pro domino). SEN. Oed. 569 -vit Hecates turba. CVRT. 7, 4, 13 canem timidum vehementius -are quam mordere. LVCAN. 4, 443 praeda nescit -are reperta. PETRON. 72, 9 Giton ... se ... redemerat a cane; quicquid enim a nobis acceperat de cena, -anti sparserat. PLIN. nat. 32, 140 Salpe negat canes -are, quibus in offa rana viva data sit. *al.* *part. praes. pro subst. i. q. canis* (*plur.; de sing.* OV. met. 8, 412 *parum constat*): HOMER. 4 -antum ... rostris (*Hom. A 4 κύνεσσιν*). GREG. TVR. vit. patr. 12, 2 dum suem ... cum hac -antium turba prosequeretur (*syn.* Molosorum, canum). **β** *fabulosi vel monstruosi*: CATVLL. 60, 2 Scylla -ans infima inguinum parte (VERG. ecl. 6, 75 succinctam -antibus inguina monstris [CIRIS 59 OV. met. 14, 60]. OV. met. 7, 65. *al. cf. p. 1014, 48. 71 et* OV. am. 2, 16, 23 quae virgineo portenta sub inguine -ant. LVCAN. 6, 66 qui ... rabidum nescit -are Pelorum). VERG. Aen. 6, 401 *Cerberus* aeternum -ans (PROP. 3, 18, 23 exoranda canis tria sunt -antia colla. SEN. Ag. 861 nec ullo -vit ore. SIL. 13, 594. *cf. p. 1014, 70*). PROP. 3, 11, 41 -antem ... Anubim (AVIEN. Arat. 283 QVEROL. p. 33, 5 R. PRVD. apoth. 196). OV. met. 13, 569 *Hecuba* rictu ... in verba parato -vit conata loqui (SEN. Ag. 708. IVV. 10, 272 torva canino -vit rictu. DRAC. Romul. 8, 145. *cf. p. 1014, 47*). GELL. 9, 4, 9 (*ex miraculorum scriptoribus Graecis*) esse in montibus terrae Indiae homines caninis capitibus et -antibus.

b *alia*: PLIN. nat. 8, 153 canem locutum in prodigiis ... accepimus et serpentem -asse. 18, 362 (*de animalibus praesagientibus*) corvi ... singultu quodam -antes (*cf. Gossen, RE I A 21, 48 sqq.*). STAT. Theb. 7, 414 Arcades insanas -are Lycaonis (*sc. in lupum conversi*) umbras ... ferunt.

2 *per comparationem vel imaginem* (*cf. supra l. 45*): **a** *de strepitu rerum*: **α** *variarum*: PLAVT. Cas. 34 Plautus cum -anti nomine. ENN. ann. 584 animus cum pectore -at (*Hom. v 13 κραδίη ... ὑλάκτει. cf. p. 1014, 52 et* STAT. silv. 2, 1, 13 admoto -ant praecordia tactu). HOR. sat. 2, 2, 18 cum sale panis -antem stomachum bene leniet. PETRON. 119 vers. 55 tabes ... intra membra furens curis -antibus errat. CLAVD. 20, 486 -antibus undique bellis. SIDON. carm. 22, 130 scrupeus asprata -are crepidine pumex incipit. **β** *aquae* (*cf. l. 68. p. 1012, 47*): VERG. Aen. 7, 588 multis circum -antibus undis (SIL. 3, 471. 5, 397 IVST. 4, 1, 13 DRAC. laud. dei 2, 798 Romul. 8, 405 VEN. FORT. carm. app. 29, 4). CLAVD. carm. min. 25, 61 rubris quae fluctibus insula -at. rapt. Pros. 1, 150 -at Gaetula Thetis. PS. AVG. serm. ed. Mai 53, 1 mare -at (53, 3 coepit maiore undarum lingua -are. CORIPP. Ioh. 1, 357 confractis scopulis -at m.).

b *de clamore hominum* (*per circumscriptionem l. 26. 27. 28. al.; accedit* ad, adversum, contra, in *c. acc. saepius,* cum *l. 37; apud christianos maxime de haereticis*): CIC. S. Rosc. 57 etiam tum cum veri simile erit aliquem commisisse, in suspicione -atote (*infra*: sine suspicione -bitis. *cf. p. 1013, 46*). de orat. 3, 138 *Periclem* non declamator ... ad clepsydram -are docuerat (*cf.* Brut. 58 -ant ... quidam oratores, non loquuntur [*huc spectat* QVINT. inst. 11, 3, 31 -are, non agere]). HOR. sat. 1, 3, 136 urgeris turba ... miserque rumperis et -as (*item de philosophis cynicis*: TERT. apol. 46, 4 plerique etiam in principes -ant. pall. 4, 7 quodsi ... Diogenes de dolio -ret. PRVD. ham. 401 canina foro -at facundia toto [*cf. infra l. 51*]. *v. etiam infra l. 77*). MANIL. 5, 224 lingua rabit -atque loquendo. SEN. dial. 7, 19, 2 ad nomen magnorum ... virorum, sicut ad occursum ignotorum hominum minuti canes, -atis. TERT. adv. Marc. 2, 5 p. 339, 11 canes, quos foras apostolus expellit (*apoc. 22, 15*), -antes in deum veritatis. ITALA psalm. 58, 8 (cod. 136 Cas.) esurient ut canes ...; ecce -bunt in ore suo *eqs.* (*gr. ἀποφθέγξονται, Vulg.* loquentur). LACT. inst. 7, 1, 16 qui contra veritatem ... -ant. PS. HIL. hymn. 2, 86 -antem Sabellium (*infra*: grunnienti Simoni). OPTAT. 3, 6 p. 86, 20 contra unitatem ... rabida -at invidia. FVLG. Virg. cont. p. 85, 16 *vates* arcanum quiddam -anti intrinsecus tractatu submurmurant. HIER. epist. 54, 5, 4 consonat chorus et -ant universa subsellia. 57, 2, 3 dedit ... adversariis -andi contra me occasionem. *al.* PRVD. apoth. 981 -anti *Manicheo* obsistit Mattheus rabiemque refellit (*979* canis inprobe). AVG. conf. 6, 3, 4 erubui non me ... adversus catholicam fidem, sed contra carnalium cogitationum figmenta -asse (*seq.* accusando dixeram). epist. 140, 42 'canem' (*psalm. 21, 21*) mundum appellavit ... contra insolitam veritatem -antem. serm. 238, 3 non -et rabies haereticorum de angulo. serm. coll. Morin p. 489, 28 nullus haereticus -bit. COMM. instr. 1, 37, 20 *fanatici* modo -ant nobiscum re⟨ge⟩ deserti. CONC.ˢ I 4 p. 17, 25 -antem ... ipsorum vesaniam (*gr. λυττῶσαν*). PROSP. c. coll. 1, 1 foris -ans haeretica loquacitas (*opp.* intus interstrepens domestica malignitas). *al.* *part. praes. pro subst.*: PELAG. in II Tim. 4, 15 monet caveri -antes (perversos *Ps. Primas.*). CONC.ˢ I 4 p. 219, 20 quae est -antium tanta vesania?

B *indicatur, quid -ando edatur*: **1** *acc.* (*obi. int., cf. etiam p. 1013, 48. 65*): **a** *pron., neutr. adi.*: VARRO Men. 217 quid -as? quid rabis? quid vis tibi? (CIC. de orat. 2, 220 [*inde* QVINT. inst. 6, 3, 81] *Catulus* a Philippo interrogatus, q. -ret, 'furem se videre' respondit. OV. am. 2, 19, 40 quaerere, q. -ent nocte silente canes). OV. met. 13, 620 aliis -asse Dymantida flebile visum est (LVCAN. 1, 549 f. saevi -vere canes *Scyllae*). VINCENT. LER. 13, 1 *haeretici* haec ... adversus catholicam fidem rabidi canes -ant. BOETH. cons. 3, 12, 23 W. stultitiam magna -antem (*Vallinus*, lacerantem *codd.*). **b** *subst.*: OV. Ib. 232 -at ... in toto verba canina foro. MANIL. 5, 207 -at ... Canicula flammas. STAT. Theb. 2, 338 magnas -antia (iact- *var. l.*) pectora curas. CORIPP. Ioh. 2, 27 fera barbaricae -ant sua nomina linguae (*cf. p. 1011, 77. 1013, 5*). **2** *acc. c. inf.*: HIER. c. Vigil. 13 statim -bis meam me causam agere. PS. HIER. epist. 18, 1 alius, si paululum se loquentis cothurnus extulerit, non presbyterum -bit esse, sed rhetorem.

3 *interrog. indir.*: HIER. in Ezech. 33, 23 p. 323ᴬ Grunnianae factionis heredes adversus nos -ant, cur iuxta Hebraicum disseramus.

II *transitive* (*aliter l. 42*): **A** *fere i. q. -ando invadere, adlatrare*: PLAVT. Poen. 1234 etiam me meae -ant canes? HOR. epod. 5, 58 senem ... adulterum -ent Suburanae canes. sat. 2, 1, 85 siquis opprobriis dignum -verit, integer ipse. epist. 1, 2, 66 cervinam pellem -vit in aula ... catulus. PETRON. frg. 30, 15 canis in somnis leporis vestigia -at (*versum del. Bücheler*). PLIN. nat. 25, 126 (*inde* Ps. APVL. herb. 66 l. 11) hanc *peristereon herbam* habentes negant -ari a canibus (*cf.* 28, 100. 30, 147 PLAC. med. 9,3 rec. **β** ORIBAS. syn. 2, 22 add. Aa p. 105, 16 Mø.). STAT. Theb. 1, 551 canes umbram ... petunt et nubila -ant. Ach. 1, 451 Caphereus -tum pelago tollens caput (*cf. supra l. 1 sqq.*). silv. 1, 3, 5 illum *Manilium* nec calido -vit Sirius astro. 2, 1, 184 illum *puerum* nec terno -bit Cerberus ore. PS. QVINT. decl. 12, 26 inguinibus virginis -tum Siciliae latus. GELL. 6, 1, 6 (*ex Oppio aliisque, qui de Africano maiore scripserunt*) quod ... canes semper in alios saevientes neque -rent eum neque incurrerent (*cf.* VIR. ill. 49, 2). VIRG. gramm. epist. 3 p. 131, 27 qui nos profano et canino ore -ant ac lacerant dicentes *eqs.*

B *fere i. q. -ando exposcere*: ENN. frg. Paul. Fest. p. 121 '-are' Ennius pro poscere posuit (*ad p. 1013, 80 refert Vahlen*). LVCR. 2, 17 nil aliud sibi naturam -are, nisi ut *eqs.* MART. 4, 53, 6 *Cynico* dat -tos obvia turba cibos. PETR. CHRYS. serm. 124 p. 542ᶜ *lingua divitis* pietatem -at, misericordiam carpit (*Vulg. Luc. 16, 24* clamans dixit).

deriv.: latrabilis, latratio, latrator, latratorius, latratus (-ūs).

compos.: ad-, circum-, col-, de-, e-, il-, inter-, oblatro. *Pecere.*

2. ˢlatro, -ōnis *m.* [*aut a gr.* *λάτρων *m.* '*mercennarius*' *aut* (*simili formatione ac* praedo *a* praeda) *a subst.* *latrum '*stipendium*' (*e gr.* λάτρον *n.*). *Sch.*] *de orig. et notione: 1) a* lateo: STILO Isid. orig. 10,

[van Wees-B.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

159 -o est latero ob (ab *var. l.*) latere, insidiator viae. *v. etiam l. 8. 10. 25. p. 1019, 31.* *2) a* 3. latus: VARRO ling. 7, 52 (*attulit Plaut. p. 1018, 41*) -es dicti ab latere, qui circum latera erant regi atque ad latera habebant ferrum, quos postea a stipatione stipatores (*cf.* PAVL. FEST. p. 315) appellarunt et qui conducebantur; ea enim merces graece dicitur *λάτρον*. ab eo veteres poetae nonnumquam milites appellant -es (*cf.* GLOSS. V 643, 64). ⟨at nunc viarum obsessores dicuntur -es⟩ (*suppl. Kent*), quod item ut milites ⟨sunt⟩ cum ferro aut quod latent ad insidias faciendas. PAVL. FEST. *l. 25.* SERV. Aen. 12, 7 '-is' ⌊insidiatoris, a latendo; sed⌋ modo venatoris (*cf.* GLOSS.^{L} III Abol. LA 48). et est graecum: nam *λατρεύειν* dicunt obsequi et servire mercede, unde -es vocantur conducti milites (*cf.* GLOSS. V 553, 41). moris autem erat, ut hos imperator et circa se haberet et ⌊eos⌋ primos mitteret ad omne discrimen: unde nunc dicit -is telo fixum leonem, quia etiam venatores operas suas locare consuerunt. ⌊sic etiam dicti, qui circa vias sunt, quod ut milites sunt cum ferro aut quod latent ad insidias faciendas . . .⌋ Varro tamen dicit hoc nomen posse habere etiam Latinam etymologiam, ut -es dicti sint quasi laterones, quod circa latera regum sunt, quos nunc satellites vocant (*cf.* GLOSS.^{L} IV Ps. Plac. LA 17. *al.*): una tamen est significatio, licet in diversa etymologia (⌊ ⌋ *add.* auct.; *afferuntur* PLAVT. Mil. 76 Bacch. 8). PRISC. gramm. II 121, 17 EVTYCH. gramm. V 454, 23 GRAMM. suppl. 74, 2 GLOSS. *3) a λάτρον, λατρεία*: VARRO *l. 6.* PAVL. FEST. p. 118 -es antiqui eos dicebant, qui conducti militabant, *ἀπὸ τῆς λατρείας*. at nunc viarum obsessores dicuntur, quod a latere adoriuntur vel quod latenter insidiantur. SERV. *l. 11.* GLOSS. *λῃστής*. GLOSS.^{L} II Abav. LA 70 -o: praedator, grassator. 71 -o marinus: pirata (*cf. p. 1017, 68*). *genus commune testantur* CHAR. gramm. p. 45, 7 B. SERV. georg. 3, 245 Aen. 12, 519 AVG. gramm. V 502, 1. PRISC. gramm. II 146, 8, *qui addit ὁ λῃστὴς καὶ ἡ λῃστής*. GRAMM. suppl. 110, 8. *de mensura: prima syllaba tam corripitur quam producitur variantibus ipsis poetis.* NOT. Tir. 48, 43. *legitur inde a* PLAVTO, ENN., CIC. [*a nom. sg.: it.* ladro, *pedem.* lader, ladre, *ligur. vet.* lairo, *langob.* ládar, *lucan.* latre; *raet. occ.* ládər, lédər, *centr.* lere, *or.* lari; *francog. vet. et med.* lere, *dial. wall., loth., comit.; francoprov. vet.* larre, *francoprov.* larə *etc.; delph. vet.* lare, *delph.* layre, *prov., langued., lemov.* lair(e); *cat.* lladre; *port. sept.* ladro. *ab acc. sg.: it.* ladrone; *francog.* larron, *dial. wall., pic., occ., comit.; francoprov.*; (> *it. vet.* larrone, *prov. vet.* lairon, larron, *prov.* larroun, *langued., lemov., aquitan., vasc.* layrou); *cat.* lladró; *hisp.* ladrón (>*sard.* laḍrone, -i), *astur.* lladrón; *port.* ladrão. (> *cymr.* lleidr, lladron, *corn. med.* lader, laddron, *breton.* laer, laeroun). *cf. M.-L. 4931. Battisti-Alessio III 2150. Wagner II 5. Wartburg V 201 sq. Corominas III 11. Machado II 1285. G.*] [*loco spurio trad.* PLAVT. Stich. 135, *sc. notione non prisca, sed posteriore, quae sub II illustratur. falso trad.* -es *pro* latrinas QVINT. decl. 350 p. 377, 29, *pro* latrantes AVG. serm. coll. Morin p. 324, 1.]

I *usu prisco de militibus conducticiis, qui in bellis diadochorum Alexandri Magni stipendia merebantur* (*v. supra l. 3 sqq.; aliter sub II p. 1016, 63 sqq.*): PLAVT. Bacch. 8 suam qui auro vitam venditat. Mil. 74 ut eamus ad forum, ut in tabellis, quos consignavi . . . -es, ibus denumerem stipendium; nam rex Seleucus me . . . oravit . . ., ut sibi -es cogerem et conscriberem. 949 ut -es, quos conduxi, hinc ad Seleucum duceret, qui eius regnum tutarentur. Poen. 663 hic -o in Sparta fuit . . . apud regem Attalum . . . :: (666) nimis lepide de -e, de Sparta optume. ENN. ann. 59 haec ecfatus *rex*, ibique -es dicta facessunt. 538 fortunas . . . suas coepere -es inter se memorare.

II *usu sollemni de praedonibus, insidiatoribus sim.* (*iuxta ponuntur* fur *vol. VI 1, 1608, 81 sqq.*, hostis *vol. VI 3, 3061, 18 sqq.*, praedo CIC. Tull. 55 [50]. CAES. civ. 3, 110, 3 MAECIAN. dig. 35, 2, 30 pr. *al.*, sicarius CIC. Catil. 2, 7 Sest. 39 Mil. 47 Phil. 5, 18. *al.*, insidiator CIC. Mil. 10 LIV. 40, 9, 1, parricida CIC. Catil. 2, 7. PETRON. 107, 11 qui ignotos laedit, -o appellatur, qui amicos, paulo minus quam p.): **A** *de animantibus*: **1** *de hominibus* (*de bestiis quasi hominibus p. 1016, 4 sqq.*): **a** *strictius*: CIC. S. Rosc. 27 expulsum ex suis bonis, fugientem -um tela et minas. Catil. 2, 7 quis tota Italia veneficus, quis gladiator, quis -o . . . inveniri potest, qui se cum Catilina non familiarissime vixisse fateatur? Rab. Post. 6 non . . . -i, sed regi credidit. Mil. 55 non semper viator a -e, nonnumquam etiam -o a viatore occiditur. Phil. 2, 62 erat vivendum -um ritu, ut tantum haberet, quantum rapere potuisset (*cf.* LIV. 23, 42, 10 -um modo. SEN. epist. 51, 13 -um more [IVST. 27, 2, 7 AVR. VICT. Caes. 41, 12]. APVL. met. 8, 15, 6 in modum -um). leg. 2, 13 quid quod . . . multa pestifere sciscuntur in populis? quae non magis legis nomen attingunt, quam si -es (latores *trad.*) aliquas . . . sanxerint (*cf.* off. 2, 40 leges -um esse dicuntur, quibus pareant *eqs.*). parad. 27 fugitivorum ac -um . . . multitudo (*opp.* civitas). fam. 15, 17, 2 P. Sullam patrem mortuum habebamus; alii a -bus, alii cruditate dicebant. NIGID. frg. Serv. auct. Aen. 11, 715 Ligures . . . -es, insidiosi, fallaces, mendaces (*de isdem* LIV. 40, 27, 10 -bus verius quam hostibus iustis). CAES. Gall. 3, 17, 4 multitudo undique ex Gallia perditorum hominum -umque convenerat. 7, 38, 8 hos -es interficiamus. SALL. Catil. 28, 4 -es cuiusque generis. Iug. 103, 4 a Gaetulis -bus circumventi spoliatique. HOR. sat. 2, 1, 42 tutus ab infestis -bus. epist. 1, 2, 32 ut iugulent hominem, surgunt de nocte -es. OV. epist. 12, 111 virginitas facta est peregrini praeda -is. LIV. I, 5, 3 insidiatos ob iram praedae amissae -es. 29, 31, 12 vix regium videbatur, -em vagum in montibus consectari. perioch. 52 Viriathus . . . ex venatore -o, mox iusti quoque exercitus dux factus. CELS. 1 prooem. 43 viatorem a -bus exceptum. PHAEDR. 1, 1, 4 fauce improba -o incitatus iurgii causam intulit *agno lupus* (*de animalibus quasi hominibus ut*: PLIN. nat. 9, 145 grassatur aries *piscis* ut -o. 10, 108 *accipiter* speculatur occultus fronde -o et gaudentem *columbam* . . . rapit. OPTAT. 2, 19 p. 54, 2 *canes* dominos suos quasi -es . . . laniaverunt). PETRON. 14, 5 magna . . . vociferatione '-es' [tenere] clamavit (*cf.* APVL. met. 3, 27, 7 trepido . . . rumore vicinae conclamatis '-bus'). *et saepe.* *audacius de venatore* (*cf. p. 1015, 10 sqq.*): VERG. Aen. 12, 7 *leo* fixum . . . -is impavidus frangit telum. *in locut. proverbialibus*: CIC. Phil. 2, 5 quod est aliud . . . beneficium -um, nisi ut commemorare possint iis se dedisse vitam, quibus non ademerint? (*cf.* SALV. gub. 8, 24 -es . . . hoc proverbio uti solent, ut, quibus non auferunt vitam, dedisse se dicant). SEN. epist. 14, 9 nudum -o transmittit (*cf.* IVV. 10, 22 cantabit vacuus coram -e viator [*inde* BOETH. cons. 2, 5, 34 W.]. APVL. met. 1, 15, 3 quid viatori de summa pauperie -es auferre possunt?).

b *latius*: *α in vita publica de adversariis, rei publicae hostibus sim.* (*cf. p. 1019, 56 sqq. et Opelt, Schimpfwörter 132 sq.; usus aevi cadentis confirmatur testimoniis l. 36. 47*): CIC. Verr. II 3, 55 recuperatores de cohorte -um sibi parari videbat (*de Verris satellitibus ut* 5, 114 de -um, hoc est de comitum suorum sententia condemnat omnes). Catil. 1, 33 hostes patriae, -es Italiae (*de Catilina ipso*: 2, 24). dom. 53 *si* non omnia per servos -esque gessisses (*sc. Clodianos. de P. Clodio ipso*: p. red. in sen. 13 non a tribuno plebis . . ., sed a -e archipirata. Sest. 26. 39. 81 Pis. 11 Mil. 10. *al. de Sex. Cloelio*: Cael. 78). p. red. in sen. 10 non consules, sed -es. Vatin. 15 Vatini -is ac sacrilegi. Pis. 57 si . . . rem publicam nefariis -bus tradidisses. Phil. 2, 5 *de Caesarianis* (Att. 14, 10, 1. *cf.* 7, 18, 2 o perditum -em *Caesarem*!). 2, 6 *de M. Antonio* (2, 9 sceleratum et -em. 3, 29 impuri -is. 4, 15 cum percussore, cum -e, cum Spartaco. *de asseclis eius*: 2, 87. 4, 9. 5, 6. 18. 6, 3. 4. *al.*). *al.* SALL. or. Phil. 7 tunc erat Lepidus -o cum calonibus et paucis sicariis . . .; nunc est pro consule. ORAT. imp. Claud. (CIL XIII 1668) 2, 14 ut dirum nomen -is (*Valerii Asiatici*) taceam. TAC. ann. 4, 34, 3 (*or. Cremuti*) Scipionem, Afranium, . . . Cassium, . . . Brutum nusquam -es et parricidas, quae nunc vocabula imponuntur, saepe ut insignes viros nominat *Livius*. CAPITOL. Max. Balb. 2, 5 alter *princeps*, qui obviam cum exercitu -bus pergat. 2, 10 vos senatum a -bus vindicate, vobis bellum contra -es mandamus. VOPISC. quatt. tyr. 2, 1 cum ille *M. Fonteius* diceret Firmum . . . latrunculum fuisse, non principem, contra ego *aliique* . . . contenderent dicentes illum . . . Augustum esse vocitatum . . .; (2) et illi quidem adversum nos contendenti haec sola ratio fuit, quod dicebat Aurelianum in edicto suo non scripsisse, quod tyrannum occidisset, sed quod latrunculum quendam a re publica removisset; proinde quasi digne tanti princeps nominis debuerit tyrannum appellare hominem tenebrarium aut non semper -es vocitaverint magni principes eos, quos invadentes purpuras necaverunt; (3) ipse ego in Aureliani vita . . . Firmum non inter purpuratos habui, sed quasi quendam -em (*Aurelian. 32, 2* Firmus quidam *tantum*). 13, 5 posteri eius (*Proculi*) . . ., qui ioco solent dicere sibi non placere esse vel principes vel -es.

β in aliis condicionibus: SALL. epist. Mithr. 22 *Romanos* -es gentium. SEN. benef. 1, 13, 3 a pueritia -o gentiumque vastator *Alexander M.* (*cf.* CVRT. 7, 8, 19 tu, qui te gloriaris ad -es persequendos venire, omnium gentium, quas adisti, -o es. 8, 2, 9 [*loq. A.*] ego, servatorum meorum -o). CVRT. 8, 8, 2 -i huic *Hermolao* (*cf.* 8, 8, 19 -o es). PETRON. 91, 2 eripe me -i cruento (*sc. Ascylto*). 98, 6 'quid est', inquit, '-o ?' (*allocutio ut* 107, 15 SEDVL. carm. pasch. 5, 61 *et* op. pasch. 5, 3 p. 276, 13). CYPR. epist. 73, 21 p. 795, 5 in latebra et in -um spelunca (*de haereticis ut* OPTAT. 1, 19 p. 21, 8. FILASTR. 61, 4 ut -es . . . animas . . . non desinunt captivare. RVFIN. hist. 7, 27, 2 PRVD. apoth. praef. 15. AVG. serm. 265, 5, 6 velut adversus -em . . . Christi gregibus insidiantem [*gr. λυμεῶνα*]. *al.*). *aetate vergente de militibus dici videtur* (*aliter sub I*): ARNOB. nat. 1, 63 lenitas *Christi* . . . manus in se porrigi ab immanibus passa est durissimisque -bus. VVLG. Iob 19, 12 venerunt -es eius (*dei mittentis aerumnas in Iob velut in hostem; hebr.* g^{e}dûdâw. *cf.* IVLIAN. *ad l.*: ac si diceret 'milites eius'; quia consuetudo scripturae est excursores hostium -es vocare [*animo obversantur fortasse* VVLG. VI reg. 6, 23 II par. 22, 1]. *Hier. interpr. Iob* temptationes, *gr. πειρατήρια*).

2 *de diabolo, daemonibus*: IREN. 5, 25, 1 *antichristus* iniquus et homicida quasi -o diabolicam apostasiam in se recapitulans. ARNOB. nat. 2, 4 *Christum* ab -bus pessimis miserorum hominum imprudentiam vindicasse (*an de falsis prophetis, Matth. 7, 15 al.?*). PRVD. ham. 508 creaturam . . . periuro . . . servire -i. 946 truculentum aliquem de gente -um . . ., qui me . . . in praeceps ut praedo trahat *eqs.* perist. 1, 106 spurcum -em martyrum virtus quatit . . ., praedo vexatus relictis se medullis exuit. 5, 544 post mortem . . . proteris solo -em corpore (*an iudicem paganum?*). Ps. AVG. serm. ed. Mai 1, 2 (*affertur gen. 3, 5* eritis sicut dii) errat in lingua -is simplicitas aliena (*ad eundem locum* 72, 2 in corde -is). COMM. apol. 183 grassatio tanta -is (*181* veteris . . . hostis). 317 veteri -i. 692 conscientes ante -i. BACHIAR. repar. laps. 9 p. 1045^{C} (*ad* Luc. 10, 30) collige fratrem, quem diabolus -o . . . percussit. Ps. TIT. epist. l. 152 abdita -is opera. SEDVL. carm. pasch. 4, 61 obsessa pepulit

[van Wees-B.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Christus de fauce *hominis muti* -em (*cf.* op. pasch. 4, 6). PAVL. PETRIC. Mart. 2, 594 adversi saevissima iura -is. *al.*

B *de calculis in lusu q. d. latrunculorum adhibitis* (*cf.* latrunculus *sub 2*): OV. ars 3, 357 *puella* non stulte -um proelia ludat, unus cum gemino calculus hoste perit. MART. 7, 72, 8 vincas *illos* . . . mandris et vitreo -e clusos. 14, 18 ('calculi') insidiosorum si ludis bella -um, gemmeus iste tibi miles et hostis erit.

indicatur, quem (quid) -o infestet: gen.: CIC. Catil. 1, 33 SALL. epist. Mithr. 22 CVRT. 7, 8, 19. 8, 2, 9. ITALA act. 7, 52 (cod. h; *gr.* φονεῖς, *Vulg.* homicidae). PRVD. perist. 10, 1002 LEX Sal. Merov. 47, 2. 83, 1. in *aliquem*: PETR. CHRYS. serm. 127 p. 550A Herodes sicarius in cives, in nobiles -o. *adi.*: DRAC. laud. dei 3, 329 adulter, -o maritalis, genialis praedo pudoris.

v. Onom.

deriv.: latrocinium, latrocinor, latrunculus. *cf.* Scytholatronia.

latrōcinālis, -e. *a* latrocinari. *i. q. ad latrones pertinens*: APVL. met. 2, 14, 3 quodcumque . . . contraximus, id omne -is invasit manus, quorum audaciae repugnans etiam Arignotus . . . iugulatus est. 4, 18, 4 capto noctis -i momento. AMM. 27, 2, 3 -ia castra *Germanorum*. 31, 5, 17 -es globi vicina . . . incursabant. PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 2, 65 -i bello (*gr.* ληστρικοῦ, *quod adi. respondet etiam* 3, 177 doli. 3, 450 agminis [*Heges. 3, 22, 1* praedatoriae manus]. 6, 277 multitudo). 4, 135 collegiorum -ium principes (*gr.* τῶν . . . συνταγμάτων ἀρχιλησταί). AVELL. p. 382, 15 pravam perversamque conspirationis illius (*cf.* latrocinium *sub IIB3*) et -em . . . actionem.

adv. **latrōcināliter.** *i. q. latronis modo* (*cf.* latrocinanter): MART. CAP. 6, 642 Ionem, Autocli (*probatur* Aulochi *Sol. 2, 6*) filiam, obsidentem vias -r (procaciter insidentem v. *Sol.*) interemit *Hercules*. RVSTIC. Conc.S I 4 p. 157, 35 Nestorium crudeliter et -r interemit.

latrōcinanter *v.* latrocinor.

latrōcinātio, -ōnis *f.* *a* latrocinari. *i. q. actio latrocinandi*: PLIN. nat. 19, 59 praefigi prospectus omnes coegit multitudinis innumerae saeva -o. AVG. c. Iulian. 3, 1, 5 violentis aggressionibus, -bus (latrocinantibus *var. l.*), itinerum obsidionibus, rapinis . . . multa vastantes.

latrōcinium, -ī *n.* *a* 2. latro, *cf.* latrocinor. *legitur inde a* TRAG. inc. (*?*), RHET. Her., CIC. [*francog.* larrecin, larcin, *pic. vet.* larenchin; *francoprov. vet.* larucin; *delph.* larocin; *vasc. vet.* layroci. *consonantibus inter se mutatis: it.* ladroneccio, -eggio, *langob. vet.* laroneççǫ; *francog. vet.* larnese; *delph. vet.* laronicio, *prov. vet.* laironici, *prov.* larrounici, *langued.*, *vasc.* layrounici, *vasc. vet.* laironiz, lairois; *cat.* lladronici; *hisp.* ladronicio; *port. vet.* ladroíce. *cf. M.-L. 4932. Battisti-Alessio III 2150. Wartburg V 202sq. Corominas III 11. Machado II 1285. G.*]

I *usu prisco i. q. militia conducticia*: FRG. inc. Non. p. 134, 31 qui aput regem in -o fuisti, stipendium acceptitasti (*antea ap. Nonium* Cato in Tiberium *restituit Luc. Müller, ut auctor huius frg. exsisteret*).

II *usu sollemni i. q. praedatio, grassatio, incursio sim.* (GLOSS. λῃστεία, λῃστήριον. *distinguitur* furtum *l. 57 et* HOR. sat. 1, 3, 122. *saepe ponitur iuxta* bellum, *v. vol. II 1823, 74sqq.*): **A** *strictius*: **1** *vario usu* (*exempla selecta*): TRAG. inc. 197 sive . . . virtus seu -um (ita patrocinium *trad.*). CIC. inv. 2, 111 qui . . . excursionibus et -is infestam provinciam redderent (LIV. 29, 31, 10 nocturnis primo ac furtivis incursionibus, deinde aperto -o. 40, 18, 4 SEN. benef. 7, 15, 1. *al. cf.* SEN. benef. 4, 35, 2 iter infestari -is). Quinct. 82 quid haec immaturitas tanta significat? non vim, non scelus, non -um . . .? Verr. II 1, 129 de istius impudentissimo furto seu potius novo ac singulari -o (*v. vol. VI 1, 1648, 10sqq.*). 4, 1 istius, quemadmodum ipse appellat, studium, ut amici eius, morbum et insaniam, ut Siculi, -um. 5, 185 divinum . . . domicilium nocturno -o atque impetu compilavit. off. 2, 40 *v. p. 1018, 55.* CAES. Gall. 6, 23, 6 -a nullam habent infamiam, quae extra fines cuiusque civitatis fiunt. SALL. hist. frg. 2, 88 genus militum suetum a pueritia -is. LIV. 2, 48, 5 neque pax neque bellum cum Veientibus fuit; res proxime [in] formam -i venerat. 3, 61, 13 -i modo procursantes pauci recurrentesque (8, 34, 10. *cf.* 6, 31, 6 -i more. TAC. ann. 12, 39, 2 in modum -i. ARNOB. nat. 7, 43 -i ritu). 5, 28, 3 velut publico -o partam praedam dividere (AVR. VICT. Caes. 20, 4. RVFIN. hist. 4, 26, 6 *pro gr.* δημώδει λεηλασίᾳ). 10, 2, 4 gentes . . . -is maritimis infames (40, 42, 1. *cf.* 40, 18, 4 transmarinarum navium. IVST. 43, 3, 5 maris). 26, 40, 17 per -a ac rapinam (*cf.* TAC. Germ. 35, 2 raptibus aut -is [hist. 1, 46, 2. 2, 58, 1 AMM. 29, 6, 8]. IVST. 41, 4, 7 -is et rapto vivere. *sim. al.*). 28, 12, 8 mos . . . per -a militiam exercendi. 33, 29, 6 legatos ad quaerendum de -is . . . mittit (*cf.* latrunculator). VITR. 2, 8, 12 -a facientes. PETRON. 12, 2 raptum -o pallium. QVINT. inst. 12, 7, 3 accusatoriam vitam vivere et ad deferendos reos praemio duci proximum -o est. *al.* *-o comparatur lusus calculorum* (*cf.* 2. latro *sub IIB*, latrunculus *sub 2*): OV. ars 2, 307 sive -i sub imagine calculus ibit, fac pereat vitreo miles ab hoste tuus.

2 *metonymice*: **a** *de ipsis latronibus* (*cf. p. 1018, 26 et* SYNON. Cic. p. 417, 32 caterva . . . -um): *?* RHET. Her. 4, 15, 22 (*inter exclamationes*) bonorum insidiatores, -a (-o P^2CE), vitam (P^2CE, vitae *cett.*) innocentissimi cuiusque petistis. AVG. civ. 4, 4 p. 150, 20 D. remota . . . iustitia quid sunt regna nisi magna -a? quia et -a quid sunt nisi parva regna? manus et ipsa hominum est, imperio principis regitur *eqs.* **b** *de loco ad rapiendos detinendosque homines apto*: CASSIOD. hist. 9, 24, 2 mancipes . . . pistrina publica (*sc. subterranea, ubi laborare cogebantur, qui arte mechanica de taberna in molam ceciderant*) -a esse fecerunt (*Socr. 5, 18* λῃστήρια. *ibidem 5* laqueo, *gr.* παγίδι).

B *latius*: **1** *in vita publica* (*cf.* 2. latro *p. 1016, 19*): CIC. S. Rosc. 61 confitere huc ea spe venisse, quod putares hic -um, non iudicium futurum. Catil. 1, 27 tantum profeci . . ., ut . . . id, quod esset a te scelerate susceptum, -um potius quam bellum nominaretur (*cf.* 2, 1 illum ex occultis insidiis in apertum -um coniecimus. *al.*). dom. 122 cum tu . . . oppressam taeterrimo -o cum duobus sceleratissimis consulibus rem publicam teneres. 126 *Gabinii* -um consulatus vidimus. Sest. 1 domestico (144). 130 Clodianis (*cf.* ad Q. fr. 2, 1, 3 P. Clodi). Vatin. 19 in illo tuo intolerabili non regno . . ., sed -o. Pis. 30 lex . . . imposita per -um. Phil. 4, 15 Antoni nefarium -um (12, 17. 27. 14, 31. *cf.* fam. 12, 25, 6 Antoniano). *al.* SALL. Iug. 4, 7 homines novi . . . furtim et per -a potius quam bonis artibus ad imperia . . . nituntur. SEN. dial. 2, 9, 2 accusatore submisso . . . quaeque alia inter togatos -a sunt. *al.*

2 *de diaboli -is*: LVCIF. reg. apost. 12 p. 64, 15 contra interni tui hostis -um sume paenitentiae arma. AVG. serm. 9, 21 -a diaboli. serm. coll. Morin p. 287, 14 -a temptamentorum: diabolus . . . insidiatur, ubique temptat intrare *eqs.* **3** *de haereticorum -is*: LEO M. epist. 95 Conc.S II 4 p. 51, 4 in illo Epheseno non iudicio, sed -o (EPIST. pontif. 701 Schwartz p. 11, 22 AVELL. p. 379, 18. 390, 22. *al. cf.* latrocinalis). RVSTIC. Conc.S I 4 p. 27, 12 multis talibus et -is et additamentis . . . utente Cyrillo seductionibus eius . . . Caelestinus abreptus est. CONC.S IV 2 p. 102, 36 quae istius -i atrocitas extitit, quae . . . abnegat . . .? (*Gelas. p. 195, 12 L.-H.* λῃστηρίου *i. latronum?*).

deriv.: latrocinius.

latrōcinius, -a, -um. *a* latrocinium. *i. q. latrocinio deditus*: PS. TRT. epist. l. 214 o homo, qui non metuis faciem -ae huius personae (*sc. diaboli, ni fallimur, cf. l. 152* latronis), in qua multi gradientes perdiderunt vitam.

latrōcinor, -ātus sum, -ārī. *a* 2. latro, *cf.* latrocinium. *inf. act.* -are VOPISC. Prob. 16, 6. *legitur inde a* PLAVTO, CIC. [*falso tradi vid.* -antis *pro* lancinantis *p. 919, 39.*]

I *usu prisco i. q. militare mercede* (*sic* NON. p. 134, 29 *afferens* PLAVT. Cornic., *cf.* GLOSS. V 643, 62sq. -ari: militare. -tus: militans): PLAVT. Mil. 499 (*ad servum militis*) an, quia -amini, arbitramini quidvis licere facere vobis, verbero? Trin. 599 ibit istac, aliquo, in maximam malam crucem, -tum, aut in Asiam aut in Ciliciam. Cornic. frg. 2 qui regi -tu's decem annos Demetrio (*sic* Varro ling. 7, 52, *corrupte* Non.; *cf. p. 1017, 46*). *iocose de rebus*: PLAVT. Poen. 704 haec (*mulier, vinum al.*) -antur . . . omnia. :: quid ita? :: quia aurum poscunt praesentarium.

II *usu sollemni i. q. praedari, insidiari sim.* (GLOSS. II 360, 29 λῃστεύω -or, praedor. *plus valere videtur quam* rapere *l. 66*): **A** *intransitive*: **1** *absolute*: **a** *strictius* (*-antur homines; animal l. 56*): CIC. Catil. 2, 16 -antem se interfici mallet quam exsulem vivere. Mil. 17 quasi Appius . . . viam munierit non qua populus uteretur, sed ubi impune sui posteri -rentur. rep. 2, 9 e barbaris . . . nulli erant antea maritumi praeter Etruscos et Poenos, alteri mercandi causa, -andi alteri. 3, 15 ut Cretes et Aetoli -ari honestum putent. leg. 1, 43 ius esset -ari. nat. deor. 1, 86 tot milia -antur morte proposita. off. 1, 128 -ari, fraudare, adulterare re turpe est, sed dicitur non obscene. 2, 40 qui eorum cuipiam, qui una -antur, furatur aliquid aut eripit, is sibi ne in latrocinio quidem relinquit locum; ille autem, qui archipirata dicitur *eqs.* PLIN. nat. 9, 144 pastinaca -atur ex occulto transeuntes *pisces* radio . . . figens. FLOR. epit. 3, 6, 3 Cretam inter atque Cyrenas . . . -bantur. APVL. met. 8, 18, 4 non vestrorum spoliorum cupidine -amur. LAMPR. Alex. 59, 6 -antium modo. VOPISC. Prob. 16, 6. quatt. tyr. 12, 1 domi nobilis, sed maioribus -antibus. 13, 3 Alamannos . . . contrivit, numquam aliter quam -andi pugnans modo. FIRM. math. 6, 31, 6 grassator . . . -antem manum profusione sanguinis cruentabit. *al.*

b *ad exercitandum corpus convalescentis* (*sc. apud medicos*): Cels. 1, 2, 6 prima ... eius (*sc. quem civilia officia tenuerunt*) curatio exercitatio est ...; commode vero exercent clara -o, arma, pila, cursus, ambulatio. 1, 7 si laxius intestinum dolere consuevit ..., id agendum est ..., ut -e aliisque generibus exerceatur. 1, 8, 1 si quis ... stomacho laborat, legere clare debet et post -em ambulare. 4, 10, 1 -e uti vehementi, quae primo impedita tussi, post eam vincit (*cf.* 4, 13, 3 si levata tussis est, leni -e uti). 4, 12, 7 -es exercitationesque superioris partis necessariae. Soran. p. 16, 19 gestari ... iubeantur et ... voce et -e utantur (*vertit eundem locum Sorani* Cael. Avr. gyn. 1, 70 exercitium vocis sive -is). Cael. Avr. chron. 1, 1, 19 etiam -o ante deambulationem erit adhibenda ..., sed levi exercenda voce. Oribas. syn. 1, 5, 1 Aa p. 38, 20 Mø. legentibus in clamore superflui de thorace umores purgantur et educuntur foras; qui ergo vociferant in -bus sic clament, ut usque ad sudorem beniant (*gr. τοῖς μὲν συντονώτερον ἀναγινώσκουσι*). *al.*

B *metonymice significatur id ipsum quod legitur, res legenda* (*exempla certiora*; -em legere *v. sub verbo*): **1** *usu communi c. respectu magis argumenti*: **a** *generatim* (*de libris vel quibuslibet scriptis; de textu eorum ut e. g. l. 51. 83. p. 1086, 9. 16*): Sen. dial. 9, 1, 12 ubi -o fortior erexit animum et aculeos subdiderunt exempla nobilia, prosilire libet in forum *eqs.* Qvint. inst. 10, 1, 19 ut cibos mansos ... demittimus, quo facilius digerantur, ita -o non cruda, sed multa iteratione mollita et velut confecta memoriae ... tradatur. 10, 1, 45 genera ... -um ... persequor; igitur ... rite coepturi ab Homero videmur. Fronto p. 18, 19 v. d. H. (p. 23 N.) qua aetate (*sc.* xxii *annorum*) ego vixdum quicquam veterum -um adegeram. p. 50, 1 (p. 54) meministi ... plurimas -es, quibus usque adhuc versatus es, comoedias, Atellan⟨a⟩s *eqs.* Tert. adv. Iud. 1, 1 inspectis -bus. Ps. Tert. haer. 6 p. 224, 4 *Apelles* habet ... privatas, sed extraordinarias -es, quas appellant phanerosis, Philumenes cuiusdam puellae. Itala III Esdr. 9, 49 (cod. Colbert. 630 Sabatier) docebant legem domini inspirantes singuli intelligentibus -em (Vvlg. qui intellegebant -em. *cf. Vulg. II Esdr. 8,8* intellexerunt, cum legeretur). Cypr. domin. orat. 7 (*affertur Luc. 18, 10 sqq.*) quae ... de divina -e discentes (Fort. praef. 1 fidem ... d. -e firmemus. 3 *ut* id quod proposueram d. -is auctoritate solidarem. zel. 16 sit in manibus d. -o. Vita Cypr. 9, 6 d. -is exemplis [Ambr. bon. mort. 1, 2]. Ps. Cypr. tract. 3 *Christus* qui instruxit per d. -em dicens. *al.*). epist. 27, 3 circa intelligentiam dominicae -is ... minus peritus (mortal. 1 sermone de d. -e concepto. Vita Cypr. 7, 4 quis virgines ... velut frenis quibusdam -is d. coerceret?). Ps. Cypr. Iud. incred. 8 p. 129, 9 conlata utriusque *i. graeci et latini* operis -e audaciam *interpretis* ... emendes. Cod. Iust. 8, 42 (43), 21 (*a. 294*) interest ..., utrumne ... suscepisse te quod instrumento continetur scripsisti, an accepta minore quantitate tantum, quantum -o probat, in scriptura conferri placuit. Arnob. nat. 3, 7 intercipere scripta et publicatam velle submergere -em. 5, 33 rectas accipere -es pudet (*spectat ad deorum fabulas allegorice interpretandas ut* 5, 36 nothas atque adulteras -es interiori esse superpositas veritati). Firm. math. 6, 30, 1 talem Oedipodem habuisse geniturarn antiquae ferunt memoriae -um (*cf.* Orig. in Matth. ser. 33 p. 59, 21 sicut ... manifestat historia -um). err. 8, 4 sacrarum -um institutione formatus (19, 3. 23, 1. Priscill. tract. 8, 119 s. -is providentiam. Hier. epist. 58, 6, 2 semper in manu tua s. sit -o. *al.*). Hil. trin. 7, 4 dum quod legitur sensui potius coaptatur, quam -i sensus obtemperat (*cf.* Ps. Avg. quaest. test. I 109, 14 ut non sensum capiat ex -e, sed sensum tribuat -i). Optat. 6, 3 p. 147, 21 quia furtivas (*i. falsas*) vobiscum non legimus -es, pollutos *nos* vocatis; aut negate vos alienas -es legere. Zeno 2, 6, 3 (2, 5, 7 L.) iudicaturus ... (*II Tim. 4, 1*), sicut -o universa testatur, quae (qua *var. l.*) praedicat *eqs.* Conc. Rom. a. 381 Migne 13, 584A sancta (Avg. serm. coll. Morin p. 288, 3 s. -o si ... terreat). Diom. gramm. I 439, 8 in -e plena sententia periodos dicitur (*similiter* Serg. gramm. IV 484, 31). Serv. auct. Aen. 4, 216 multa ... -o mitras proprie meretricum esse docet (5, 47 m. ... antiqua -o Anchisen futurorum scientem concelebrat. *cf.* 8, 638 omnis -o docet). Ambr. hex. 3, 5, 20 multa ... a septuaginta viris Hebraicae -i addita (Hier. in Ier. 4, 38, 9 p. 263, 1 quae ita ... sunt ... confusa, ut absque veritate H. -is nullam intelligentiam habeant. *cf.* praef. Vulg. euang. p. 3, 2 quae *euangelia a me retractata* ne multum a -is Latinae consuetudine discreparent). Hier. hom. Orig. in Luc. 32 p. 182, 21 (*Luc. 4, 17* invenit locum, ubi scriptum erat) caput de se vaticinans reperit -is. Rvfin. apol. adv. Hier. 2, 34 p. 612C quomodo ... isti *apostoli*, qui praecipiebant discipulis, ut attenderent -i, emendatas eis et veras non dabant -es. Pavl. Nol. epist. 43, 2 p. 364, 21 epistolas ... diverso tempore ... fecimus, sicut ipsarum varia -e monstrabitur. Avg. anim. 3, 9, 12 quamquam ipsa -o non sit in eo canone scripturarum (*cf.* Favst. Rei. spir. 1, 5 p. 108, 2 verba, quae in canonica -e non invenis). Soran. p. 61, 20 ne verbis vanis ... onerare potius -em visus essem, quam aliquid scribere. Diosc. 5, 96 p. 202, 20 *inter varios modos lavandi* melior -e et usu lotura suprascripta (*deest gr.*). Cael. Avr. chron. 1, 5, 162 literalis ... -o adhibenda est et quae sit aliqua falsitate culpata, quo ... mentem exerceant aegrotantes (*cf.* Isid. orig. 1, 21, 3 obelus ... adponitur ..., ubi -o aliqua falsitate notata est). Salv. gub. 3, 8 primum ... legem, deinde prophetas, tertio evangelium, quarto apostolicas -es. Consvlt. 2, 5 sicut lex infra scripta evidenti -e declarat. Grom. p. 306, 11 L. qui nesciunt, quid est in -bus. Ennod. opusc. 2, 7 p. 289, 13 cum ... mereatur titulus *libelli haeretici* sine -is discussione ... damnari. Cassiod. hist. 6, 37, 4 omnes encyclias -es ... composuit (*Soz. 5, 18, 4 τῶν ἐγκυκλίων ... μαθημάτων*). inst. 1, 12, 3 hunc ... pandectem propter copiam -is minutiore manu ... aestimavimus conscribendum, ut quod -o copiosa tetendit, scripturae densitas adunata contraheret. Victor Cap. harm. euang. praef. p. 2, 27 ad plenariam recurrens ... euangelii -em. *al.* *tituli librorum* (*cf. p. 1084, 43. 1088, 5*): Pompon. ad Quintum Mucium ⌊-um⌋ *libri* (dig. tit. libr. 11, 1. ⌊ ⌋ *omittunt inscriptiones fragmentorum dig. 7, 4, 31 al. significari videtur genus quoddam commentarii*). ⌊variarum⌋ -um *libri* (dig. tit. libr. 11, 4. *al.* ⌊ ⌋ *omittunt* Vlp. dig. 2, 14, 7, 6. *al. similiter inscribuntur excerptorum collectiones*: Gell. praef. 6 [*5* quia variam et miscellam ... doctrinam conquisiverant, eo titulos quoque ad eam sententiam exquisitissimos indiderunt;] namque ... quidam '-is suae' ['*malim* uāe, *id est* variae' *Scioppius*], alius 'antiquarum -um' *eqs.* Pavl. de variis -bus [dig. 14, 3, 18. *al.*]).

b *speciatim respiciuntur magis partes, capita vel loci singuli* (*exempla certiora*): *α quorumlibet librorum* (*de operis capite, quod discendum traditur, e. g.* Rvfin., Avg.): Fronto p. 154, 2 v. d. H. (p. 161 N.) tutissimum est -bus eius modi abstinere (*de versibus perperam insertis*). Min. Fel. 39 quod ea ... et argumentis et exemplis et -um auctoritatibus adornasset. Hilarian. pasch. 14 quod in -e sequenti *mei operis* ... monstratur (Hier. hom. Orig. in Ezech. 11, 2 p. 427, 8 ante interpositionem s. -is. Theod. Prisc. log. 66 in gynaeceon libello ... s. -e disposui. *cf.* Vita Marcell. Ebred. [bhl 5227] 2 -o succedens demonstrabit *huius libelli*). Amm. 30, 4, 12 multas tibi suffragari absolutionem -es reconditas pollicentur *iurisconsulti*. 30, 4, 18 ut ... pervulgati iuris proferatur -o (Cod. Iust. 6, 61, 5 pr. [*a. 473*] diversis i. -bus ... probare). Grill. rhet. p. 62, 1 M. pro intellectu praesentis -is diximus syllogismos per ordinem (*spectat ad locum Cic. inv. explicandum ut* p. 78, 28 redeamus ... ad propositum -is). Rvfin. hist. 10, 9 p. 972, 14 pueruli ... meditantes et -es suas parantes. Avg. cur. mort. 11, 13 p. 642, 17 *rhetor quidam*, cum rhetoricos Ciceronis libros discipulis suis traderet, recensens -em, quam postridie fuerat traditurus, quendam locum offendit obscurum. Cod. Theod. 1, 1, 5, 1 varietas -um *ex constitutionibus excerptarum*. 1, 4, 3 pr. *ut* -es ... ex omni eius *Gai* corpore recitentur. Cledon. gramm. V 21, 2 adverbia ..., quae extra exempla -is istius reperiuntur (*eadem fere* 64, 19). Cael. Avr. chron. 2, 12, 148 eas *coenotetes* ... praescripta -e tradidimus; nunc curationem ... ordinamus. Consvlt. 4, 2 quid agere ... debeas, -bus subter adnexis poteris evidentius informari (*citantur Pauli sententiae duae. cf.* 4, 5 ad ... pactionem excludendam harum Pauli sententiarum proferes -em [*citantur sententiae sex*]). Pass. Euseb. soc. (bhl 2742) *singulis capitibus narrationis praefigitur* -o i, -o ii *et sic deinceps. al.*

β sacrae scripturae: ① *de capitibus, quae recitantur in caerimoniis sacris* (*cf.* Isid. orig. 6, 19, 9 -o dicitur, quia non cantatur ut psalmus ..., sed legitur tantum; illic enim modulatio, hic sola pronuntiatio quaeritur): Cypr. epist. 39, 4 p. 584, 5 dum euangelica -o de ore eius *lectoris* auditur (Gavdent. serm. 12, 1 G. textus huius, quae modo decursa est, ... e. -is. Hier. hom. Orig. in Luc. 31 p. 175, 5 scrutemur principium e. -is, quod hodie audivimus. *al.*). Peregr. Aeth. 10, 7 ut ... primum ... fieret oratio, deinde legeretur -o ipsa de codice, diceretur etiam psalmus unus (*in serie simili* 11, 3 -o ipsa de libris Moysi lecta). 27, 8 vicibus dicuntur psalmi responsorii, vicibus antiphonae, vicibus -es diversae. 47, 4 -es ..., quaecumque in ecclesia leguntur, quia necesse est graece legi. *al.* Zeno 1, 13, 1 (1, 3, 1 L.) in praesenti -e (Priscill. tract. 6, 96 -o p. docet. 6, 109 intellegentes p. -em. Ambr. c. Aux. 19 euangelii. Hier. hom. Orig. in Ezech. 9, 1 p. 406, 20 *opp.* praeterita. Ps. Orig. tract. 12 p. 128, 12 de p. ... -e tractandum est. *al.*). Gavdent. serm. 8, 1 G. aliquid de euangelii -e, quae paulo ante decursa est, ... disseramus (Ambr. *l. 68.* in psalm. 118 serm. 3, 29, 1 -o e., quae decursa est, in qua sanatus est leprosus ille. Avg. in euang. Ioh. 43, 1 quae hodie recitata est. *al.*). Priscill. tract. 5, 85 sensum lectae -is dicentis *eqs.* Ambr. Hel. 20, 75 audistis hodie in -e decursa. in psalm. 1, 9, 4 quantum laboratur in ecclesia, ut fiat silentium ,cum -es leguntur. 35, 20 -o hodierna nos docuit (virginit. 3, 14 h. quae decursa est -o. Hier. hom. Orig. in Ezech. 7, 1 p. 391, 16 principium h. -is. *al.*). Ps. Orig. tract. 16 p. 169, 14 de -e facere sermonem. 17 p. 180, 10 simplex est ... -o haec ..., quae non per allegoriam scripta est. Rvfin. Orig. in num. 12, 1 p. 93, 13 -o nobis putei et cantici ... ex numerorum libro recitata est (*indicatur -is argumentum per gen. ut* Lvp. Evphron. epist. p. 66A nativitatis). Avg. in epist. Ioh. prol. euangelium secundum Ioannem ex ordine -um nos solere tractare; sed quia nunc interposita est solemnitas sanctorum dierum, quibus

[Beikircher]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

certas ex euangelio -es oportet in ecclesia recitari, quae ita sunt annuae, ut aliae esse non possint, ordo ille, quem susceperamus, . . . intermissus est. *al.* *in appellando sabbato quattuor temporum, quo duodecim -es recitabantur*: Sacr. Gelas. 1, 20 p. 512 mensis primi, quarti septimi et decimi sabbatorum die in XII -es (2, 60 tit. p. 670. 2, 85 tit. p. 686 Sacr. Greg. 44 tit.). Sacr. Greg. 117 tit. sabbato XII -es (166 tit. 191 tit. [in *addunt codd. aliquot*]). *omissa sabbati indicatione*: Sacr. Gelas. 1, 19 tit. p. 511 preces in XII -es mense primo. Ⓘ *vario usu*: Novatian. trin. 20 (15) p. 926B ex eadem -is (*psalm. 81, 1*) auctoritate. Ps. Cypr. pasch. 1 p. 249, 6 incipiamus . . . ab exodi -e; in qua -e recognoscimus ipsum deum . . . dixisse (Tract. de indur. cord. Phar. 23 l. 1 quod e. -o contestatur. 45 l. 11 attestante e. -e). Ivvenc. 2, 534 hunc . . . memorat venerandae -o vocis (*Vulg. Matth. 11, 10* hic est . . ., de quo scriptum est). Hil. in Matth. 12, 21 continens -o est et . . . ex sensu superiore proficisci indicatur. Optat. 3, 2 p. 69, 2 qui *piscis* in -e patriarcharum legitur in Tigride . . . prehensus (*Tob. 6, 2*). 4, 5 p. 108, 2 non intellectas proferunt -es. 4, 6 p. 110, 1 in hac -e . . . furta increpat deus. Ambr. Abr. 2, 7, 41 p. 596, 3 docet sequentium series -um (hex. 1, 6, 20 -is serie . . . astruere, quod *eqs.* virginit. 18, 111 [112] propheticae series -is ostendit, quae in hunc modum . . . scripta est). exc. Sat. 2, 132 l. 4 prophetica -e (*i. apocalypsi*) comperimus (Hier. hom. Orig. in Luc. 39 p. 218, 12 error eorum de p., quam non intellegunt, -e subrepsit [*gr. ἀναγινώσκοντές τινες τὰ προφητικὰ πλανῶνται*]. Avg. in psalm. 78, 6 l. 8 in ea . . . -e p., ubi scriptum est. *al.*). fid. 2, 4, 35 accipe . . . eam, de qua dubitare nequeas, -em. inst. virg. 11, 71 illi, qui secundum *esse Christum* aiunt, doceant -e. Maximin. c. Ambr. 25 aut condemna illum *Arrium*, aut adstrue quibusvis -bus. myst. 6, 31 memento euangelicae -is (Hier. in Ion. 2, 5 p. 1134C in qua scriptum est. Avg. pecc. mer. 1, 30, 58 p. 57, 19 utrum . . . in hac ipsa e. -e non significaverit *Christus. al.*). 8, 45 docet -o de genesi. parad. 2, 11 interpretationem istius -is. Ambrosiast. in I Cor. 12, 28, 2 illos dicit doctores, qui in ecclesia litteris et -bus retinendis pueros inbuebant more synagogae (*similiter* in Eph. 4, 11, 2). Hier. hom. Orig. in Luc. 32 p. 182, 24 quod Isaiae . . . liber inventus est et -o . . ., quae Christi mysterium loquebatur. in psalm. 72 p. 59, 16 ordo -is et sensus hic est. Rvfin. Adamant. 5, 23 ut ipsam -em apostoli recitemus ([*gr. τὸ ἐδάφιον τοῦ ἀποστόλου ἀναγνωσθῆναι*]. Ps. Avg. c. Felician. 13 una tantum a. -e subiecta . . . inquiramus). Avg. conf. 9, 5, 13 primam huius *Isaiae* -em non intellegens totumque talem arbitrans. c. Cresc. 4, 16, 18 p. 518, 12 ex . . . circumstantia -is . . . intellegis (epist. 140, 23 persev. 18, 47. *al.* Epiphan. Avell. p. 758, 7). Favst. Aug. c. Faust. 17,1 p. 483, 16 -is . . . Matthei obliqua narratio (*cf.* Sedvl. op. pasch. 2, 9 -is . . . sermo prosequitur). Maximin. Aug. coll. c. Max. 26 p. 740 si affirmaveris de divinis scripturis, si alicubi scriptam -em protuleris. Avell. p. 431, 27 in eiusdem continentia -is . . . causa reseratur, cur *eqs.* (Orig. in I reg. 2 p. 4, 20 abbreviamus . . . continentiam -is). *et saepe.* *indicatur argumentum per* de: Greg. M. in Ezech. 2, 1, 9 (*ad Vulg. apoc. 19, 16* habet . . . in femore suo scriptum: 'rex regum *eqs.*') unde . . . in mundo innotuit *Christus*, ibi *i. in femore* de se -is scientiam (*var. l.* sententiam) infixit.

2 *fere technice in sermone grammaticorum*: **a** *c. respectu generis dicendi, dictionis sim. de veterum scriptorum lingua nec non (maxime per num. plur.) de singulis eorum locutionibus* (*cf. gr. λέξις. opp.* usus Hadr., normae lex Macr., ratio Schol. Ter. Bemb.): Hadr. Char. gramm. p. 271, 20 B. (*e Romano*) tametsi . . . Augustus non pereruditus homo fuerit, ut id adverbium (*sc.* obiter) ex (non *var. l.*) usu potius quam -e (ratione *Putschen*) protulerit. Aqvila rhet. 17 p. 27, 3 quibus *figuris sententiarum* si . . . utebaris actus . . . ex imitatione (existimatione *vel* aestimatione *trad.*) -is Tullianae (existimatione dictionis T. *Haupt, Opusc. I 210*). Don. gramm. IV 388, 26 adverbia de participiis fieri nonnulli negant, sed hos plurimae -is revincit auctoritas (Mar. Victorin. gramm. VI 189, 5 *latinitas constat* ratione, auctoritate, consuetudine; . . . quid auctoritate? veterum scilicet -um [*eadem* Avdax gramm. VII 323, 2]. Macr. exc. gramm. V 634, 22 *formae quaedam* solius auctoritate -is nec ullius normae lege firmantur. Consent. gramm. p. 3, 7 N. barbarismus citra auctoritatem -is . . . praesumitur [*seq.* metaplasmus . . . ob similitudinem -is aut veteris consuetudinis a doctis fit scienter]. 10, 19 Ps. Palaem. gramm. V 540, 29. *cf. l. 75*). Ter. Ad. 60, 3 'quid agis Micio?' reminiscere -em et invenies huiusmodi interrogationem . . . invectionis principio convenire. Serv. Aen. 8, 423 antea 'hoc' adverbium loci fuit, quod nunc abolevit: nam crebro in antiquis -bus invenitur (Pomp. gramm. V 222, 4 redeamus ad a. -em et inveniemus esse inchoativa *haec verba v. p. 1088, 6*). gramm. IV 447, 28 diutius -em debemus considerare, ut . . . dicamus esse metaplasmum. Diom. gramm. I 439, 28 *auctoritas* non . . . quicquam aut rationis aut naturae aut consuetudinis habet, cum tantum opinione secundum veterum -em recepta sit (*subsunt verba Varronis* [*frg. 268 Funaioli*], *sed vocem q. e.* -o *vix ei tribuas inspecto loco gemino Char. gramm. p. 63, 7 B.* tantum opinione oratorum recepta est *auctoritas*). Pomp. gramm. V 222, 9 legimus . . . 'anet ille' . . .; ergo invenimus istam fuisse -em, ut dicerent 'aneo'. Consent. gramm. p. 10, 23 N. isdem -is utuntur exemplis. 26, 7 habet . . . illum *metaplasmum* -is ipsius scriptura, quae a poeta sic relicta est. 29, 21 discussas ex -bus veterum . . . differentias. Phoc. gramm. V 428, 18 'laterem' . . . accusativum tantum -o usurpavit. Schol. Ter. Bemb. Ad. 482 nos . . . dicimus '⟨abdu⟩c' n⟨on⟩ ratione, sed -e ⟨con⟩tenti; quia ipse Terentius ⟨alibi⟩ 'abduc' *eqs.* Virg. gramm. epist. 4 p. 164, 22 multi arbitrantur participium non posse omnino comparari, quos autenticae -is renuit amplitudo. *tituli librorum*: Gell. 2, 16, 5 Caesellius . . . in commentario -um antiquarum (*simili modo affertur* 6, 2, 1. *al.*, *sed* 3, 16, 11 Caesellius . . . in -bus suis antiquis. *cf.* 18, 9, 4 in commentario, quod fecisset *Velius* de usu antiquae -is. *v. etiam 1086, 25. p. 1087, 72*).

b *c. respectu textus recensendi de verbis singulis, quae loco corrupto leguntur* (*quaedam exempla etiam de actione legendi accipi possunt; cf. p. 1083, 1*): Don. Ter. Andr. 1, 7 'appulit' in secunda -e 'attulit' (*coniec. Stephanus*; ap(p)ulit *codd.*) fuit, sed 'appulit' magis, nam postea sic (*446*) '. . . appulit'. 205, 1 vera . . . -o est '. . . haud dicas', quod plurimi non intellegunt ⟨cum⟩ 'hoc dicas' legunt (Serv. ecl. 1, 12 v. -o est 'turbatur' . . .; si enim 'turbamur' legeris *eqs.* georg. 2, 372 'fronds' est v. -o [et antiqua *add.* auct.]. Aen. 7, 307 haec est v. -o, sic et sensus procedit. *et saepius*). Serv. georg. 1, 218 'averso . . . astro' duplex -o est; nam alii 'adverso' legunt . . .; si autem 'averso' legerimus *eqs.* (Schol. Hor. epod. 10, 18 d. -o: si 'adversum', contrarium . . ., si vero 'aversum', iratum. *aliter p. 1083, 4*). Aen. 2, 348 falsa. 4, 106 absolutior quidem est haec -o (locutio *var. l.; cf.* elocutio *auct.*), sed verior et figuratior illa est. 6, 37 'poscit' -em esse meliorem (9, 378). 11, 708 vera et antiqua (12, 605 a. -o 'floros' habuit. 12, 709 v. et a.). *al. apud eundem.*

II *fere i. q. electio, collectio*: **A** *in vita publica leguntur*: **1** *iudices*: Cic. Phil. 5, 16 hos iudices legere . . .; quorum -e *eqs.* **2** *senatus eiusque princeps*: Liv. 9, 29, 7 ob infamem atque invidiosam senatus -em (9, 30, 1 sq. consules . . . questi . . . deformatum ordinem prava -e s., qua potiores aliquot lectis praeteriti essent, negaverunt eam -em se, quae . . . facta esset, observaturos. 27, 11, 9 s. -em contentio inter censores de principe legendo tenuit; Semproni -o erat. Svet. Aug. 54 s. -e, cum vir virum legeret, M. Lepidum . . . legit). 9, 46, 11 eam -em nemo ratam habuit. Svet. Aug. 35, 1 senatorum affluentem numerum . . . ad modum pristinum et splendorem redegit duabus -bus, prima ipsorum arbitratu, quo vir virum legit, secunda suo et Agrippae. *?* **3** *milites* (*fere pro dilectu*): Gloss. III 353, 3 (*in capite 'de militia'*) -o: *ἐκλογή*. **B** *leguntur varia*: Colvm. 2, 2, 12 *solum* saxosum facile est expedire -e lapidum. Arnob. nat. 5, 24 cum . . . legeret . . . flores *Proserpina* cumque illam . . . -is cupiditas avocaret (*de eadem* 5, 37 florum in -bus [*antea*: flores . . . lectitabat]). Chiron 153 curationes scire oportet; ad unamquamque rem . . . quaestione vel -e veniendum est; non enim similiter . . . femina sive masculus vel muli curantur (*dubitanter huc rettulit Heraeus in exemplari suo*). Ps. Avg. quaest. test. II nov. 15 p. 436, 1 si . . . lex a -e dicta est, ut de multis quid eligas scias. Evseb. Emes. serm. 28, 10 p. 215, 16 si essent in medio . . . alimoniae diversae . . ., adunarentur autem et omnia animalia et proponeretur -o: statim porci ad stercus currerent *eqs.* *in lusu cum notione sub A illustrata* (*cf. p. 1083, 36*): Clavd. Mam. anim. 2, 9 p. 136, 23 panniculos quosdam ex diversorum varia -e concerpit eosdemque vilibus suis veluti quibusdam stuppeis adsuit *scriptor quidam.*

in lusu verborum: Hil. Arel. vita Honorat. 9 l. 8 quem minus detineret lectulus, quem magis -o. Alc. Avit. hom. 29 p. 150, 16 cum vas electionis (*i. Paulus*) -e fidelium sensus instrueret.

deriv.: lectionarius, lectiuncula.

lēctiōnārius, -ī *m.* *a* lectio. [*haud indocte francog. vet.* leçonier '*liber, qui continet lectiones in ecclesia recitandas*', *wall. vet.* lachenier, lesnier, *wall.* lès'nî, leciné. *cf. Wartburg V 234. G.*] *i. q. lector*: Alex. TralL. 1, 69 quendam -um incurrisse hanc passionem (*gr. p. 551 P. τινὰ τῶν ἀναγινωσκόντων*).

lectisphagiten *obscurum.* Plin. nat. 14, 111 (*de generibus vini*) vocarunt et scyzinum et itaeomelin et -n (*var. ll.* leti-, -pag-, -tem; elelisphaciten *Jan coll.* elelisphaco *ibid.*), quorum iam oblitterata ratio est.

lectisterniātor, -ōris *m.* *a* lectisternium. *is qui lectos sternit*: Plavt. Pseud. 162 (*instruitur convivium*) tibi hoc praecipio, ut niteant aedes; . . . tu esto -r; tu argentum eluito, idem exstruito.

lectisternium, -ī *n.* *a* 3. lectus *et* sternere (*cf.* sellisternium *et* Avg. civ. 3, 17 p. 123, 22 D. -a . . . exhibenda arbitratus est; lecti autem sternebantur in honorem deorum, unde hoc sacrum . . . nomen accepit. *v. l. 80. p. 1089, 11. 33*). lectist CIL V 5272, 23 (*ibid.* 14 *perscribitur*). Not. Tir. *97, 69.* *vox legitur inde a* Liv., *sed iam ab antiquioribus scriptoribus usurpata esse videtur* (*v. l. 84. p. 1089, 24. 30. 31*).

1 *fere technice in rebus sacris de caerimonia lecti sternendi ad epulas* (*cf. Dionys. ant. 12, 9, 1 ἑορτὰς ἦγον οἱ Ῥωμαῖοι τὰς καλουμένας τῇ ἐπιχωρίῳ γλώττῃ στρωμνάς*): **a** *deis*: *α occasionibus extraordinariis* (*maxime prodigia sim. procurandi causa*): Liv. 5, 13, 6 duumviri sacris faciundis -o tunc (*a. 399 a. Chr.*) primum in urbe Romana facto per dies octo Apollinem Latonamque, Herculem et Dianam (et D. H. *trad.*), Mercurium atque Neptunum tribus, quam amplissume tum apparari poterant, stratis lectis placavere (22, 1, 18 fieret. Val. Max. 2, 4, 5 p. 71, 8 ut ad Ditis patris et Proserpinae aram . . . -a [sellisternia *Paris ut etiam insequenti loco*] . . . ac ludi nocturni fierent. *ibid.* p. 71, 18 continuis tribus noctibus. p. 71, 24 trinoctio. Macr. Sat. 1, 6, 13 [*e M. Laelio augure*] supplicandum *esse* -umque ex collata sti-

[Beikircher]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

pite faciendum. *cf. l. 18. 31*). 7, 2, 2 *pestilentia exorta* pacis deum exposcendae causa tertio tum post conditam urbem -um fuit (7, 27, 1 eorum *decemvirum* ... monitu -um fuit. 29, 14, 14 *in condendo cultu Magnae Matris* -um ... et ludi fuere. *cf. l. 19. 23. 29*). 8, 25, 1 -um ... isdem quibus ante (*cf. p. 1088, 78*) placandis habitum est deis (22, 9, 10 supplicationem -umque. 22, 10, 9 -um per triduum habitum decemviris sacrorum curantibus; sex pulvinaria in conspectu fuerunt: Iovi ac Iunoni unum, alterum Neptuno ac Minervae, tertium Marti ac Veneri, quartum Apollini ac Dianae, quintum Volcano ac Vestae, sextum Mercurio et Cereri. *cf. supra*). 21, 62, 8 -um Caere, ubi sortes adtenuatae erant, imperatum (22, 1, 19 -um ... i. — et eum lectum senatores straverunt — et convivium publicum). 21, 62, 9 -um Iuventati et supplicatio ad aedem Herculis nominatim, deinde universo populo circa omnia pulvinaria indicta. CAPITOL. Aur. 13, 2 tantus ... timor belli Marcomannici fuit, ut ... peregrinos ritus impleverit ...; celebravit et Romano ritu -a per septem dies. AVG. civ. 3, 17 p. 123, 22 D. exhibenda.

β causis non indicatis, sc. maxime in cultu sollemni: LIV. 36, 1, 2 in quibus *fanis* -um maiorem partem anni fieri solet (*eadem fere* 42, 30, 8). 40, 59, 7 in fanis (foris *trad.*) publicis, ubi -um erat, deorum capita, quae in lectis erant, averterunt se (*huc respicit, cum suo ut videtur additamento, loco varie temptato* OBSEQ. 7 in -o Iovis). FAST. ann. Iul. Praen. Dec. 13 (CIL I² p. 238) *contextu manco respicitur -um Cereris* (*cf.* ARNOB. nat. 7, 32 -um Cereris erit Idibus proximis; habent enim dii lectos *eqs.*). FEST. p. 351 Antistius Labeo ait ... fana sistere esse -a certis locis et dis habere (*cf. ad rem Latte, Röm. Religionsgesch. 244*). APVL. mund. 35 publicarum epularum apparatus et -a deorum (*gr. θεῶν τε θυσίαι καὶ ἡρώων θεραπεῖαι*). TERT. nat. 1, 10, 29 regibus quidem etiam sacerdotia adscripta sunt ceterique apparatus ut ... solisternia et -a *eqs.* SERV. Aen. 8, 176 in templo Herculis -um esse non licebat (*cf.* MACR. Sat. 3, 6, 16 [*e Cornelio Balbo*] apud aram Maximam observatum, ne -um fiat). AVG. civ. 2, 11 p. 63, 6 D. (*e Labeone*) propitiari ... bonos *deos* ... obsequiis laetis ..., qualia sunt, ut ipse ait, ludi, convivia, -a. *significatur potius ipse lectus stratus* (*cf. 2a*): SERV. Aen. 12, 199 (*inde* ISID. orig. 15, 5, 1) -a dicuntur, ubi homines in templo sedere consueverant.

b *in honorem mortuorum*: CIL V 5272, 14 -um tempore parentalior(um) ... memoriis ... Valerianae et Appi ... per offic(ium) tesserarior(um) quodannis ponatur et parentetur. *ibid.* 23 quodannis die ... natalis eius ante statuam lectist(ernium) ... ponant.

2 *usu profano*: **a** *de ipso lecto, cubili* (*sc. ad dormiendum apto; cf. l. 33 et 55*): SIDON. epist. 2, 2, 10 membrum *domus* bene frigidum, ubi publico -o extructo clientularum ... chorus receptui canit, cum ego meique dormitorium cubiculum petierimus. 4, 15, 1 epulum multiplex et capacissima -a para: plurimis viis, pluribus turbis ... ad te venitur *ad celebrandam baptisterii consecrationem.* **b** *de stragulis sive operimentis, quae lecto imponuntur* (GLOSS. V 571, 38 -a: panni[s], stramenta[s] lectorum): GREG. M. epist. 7, 23 p. 468, 6 ancillis dei ... -a (-sterrena *cod. unus prima manu*) emere disposui, quia in lectis suis gravi nuditate in huius urbis vehementissimo frigore laborant. 11, 2 p. 261, 20 cognovimus lectos vel -a in hierochomio ... deesse; propterea transmisimus lenas XV, racanas XXX, lectos XV. BENED. reg. 22, 2 singuli per singula lecta dormiant; -a (*var. l.* lectis stramina) pro modo conversationis secundum dispensationem abbae sui accipiant (*huc spectat* GLOSS. V 413, 60 -a: vestimenta lecti vel ordo lectorum. *de ipso lecto accipiunt Linderbauer ad l. [sed cf. eiusdem versionem 'Bettgerät'] nec non Hanslik in indice grammatico. cf. 55, 15* stramenta ... lectorum sufficiant matta, sagum *eqs.*).

deriv.: lectisterniator. *cf.* lectistitium.

? **lectistitium**: statio lecti GLOSS. V 602, 50 (*fortasse depravatum e* lectisternium; *Osberni* lectisternium stratio *affert Goetz in indice*).

ˢ**lēctito**, -āvī, -ātum, -āre. *a* legere (lectus). *inter frequentativa afferunt* GELL. 9, 6, 3 CHAR. gramm. p. 214, 25 B. PS. ASPER gramm. suppl. 48, 24 GRAMM. suppl. 152, 16. *cf.* VARRO ling. 10, 33 *species generis verborum* ab semel et saepius ut scribo, lego, scriptitavi, -vi. QVINT. inst. 9, 1, 12 eadem figura dicitur 'cursitare', qua '-are', id est eadem ratione declinari. e *productam testatur* GELL. 9, 6, 3. *formae perf. stirpis brevioris*: -asse CIC. fam. 9, 25, 1 VAL. MAX. 8, 8, 1 SYMM. epist. 7, 18, 3 (*sed* -visse CIC. Brut. 121), -ari(n)t CIC. de orat. 1, 95 HIER. epist. 48, 2, 1 (-verint IORD. Rom. 7), -arunt GELL. 3, 3, 1 (-verunt PLIN. epist. 7, 17, 4. *cf.* -verant LACT. inst. 5, 3, 17). *legitur inde a* CIC., VARRONE, SANTRA. [*variat in codd. c.* lecto (*v. ibi*). -anti *falsa var. l. pro* Lactantii DAMAS. Hier. epist. 35, 2, 1.]

fere i. q. saepius legere (*evanescente haud raro notione frequentativa, quae augeri videtur adv. adpositis* frequentius *p. 1090, 7*, adsidue *p. 1090, 22*, cotidie *p. 1090, 23*, saepius *p. 1090, 30* ter et quater *p. 1090, 31; variandi gratia ponitur iuxta* legere *p. 1090, 1. 17. 25. sed distinguitur* PLIN. *p. 1090, 7* [*cf. p. 1090, 59. 66.* ISID. diff. 1, 335 legere ad tempus refertur, -are ad frequentiam. GLOSS. -at: saepius legit. legit crebrius. -ant: legent. -ans: frequenter legens]): **1** *usu sollemni, leguntur scripta*: **a** *lectori ipsi*: CIC. de orat. 1, 95 si quis ... plura ... et audierit et -arit et scripserit. Brut. 121 -visse Platonem studiose, audivisse etiam Demosthenes dicitur (*-antur ipsi scriptores ut* Att. 12, 18, 1 auctores [SYMM. epist. 7, 18, 3 in multo otio]. VOPISC. Aurelian. 1, 4 Graecorum aliquos. 1, 10 Graecos. LACT. inst. 5, 3, 17 cum Iudaei, qui a principio prophetas -verant ..., tamen quid legerent ignoraverint. *al.*). orat. 105 neque eum *Demosthenem* dimittis e manibus et tamen nostra etiam -as. rep. 5, 5 se responsitando et -ando et scriptitando ne impediat *rector rei publicae.* fam. 9, 25, 1 Pyrrhi te libros ... -asse (VAL. MAX. 8, 7, 2. TAC. ann. 14, 50, 2 l. exuri iussit, conquisitos -tosque, donec cum periculo parabantur. PLIN. epist. 2, 17, 8 armarium, quod non legendos l. sed -andos capit. 5, 5, 3 frequentius. *al.*). SANTRA frg. Non. p. 170, 18 volumen. PLIN. epist. 4, 19, 2 meos libellos habet, -at, ediscit etiam. 4, 23, 1 multum. 5, 16, 3 quam studiose, quam intelligenter -bat *puella,* ut parce ... ludebat. 6, 7, 2 epistulas tuas -o atque identidem in manus quasi novas sumo. SVET. Cal. 16, 1 scripta senatus consultis abolita ... esse in manibus -arique permisit. Dom. 20 praeter commentarios ... nihil. GELL. 1, 4, 8 Iulianus *rhetor* enodabat ... scriptorum sententias, quas apud eum adulescentes -bant (*sic VPR*, delect- *A*). 1, 7, 16 ita scriptum esse a Cicerone dicebat atque ipse ita -bat: '... in ... potestate', *sc. non 'potestate'*. 2, 23, 1 comoedias -amus ...; neque, cum legimus eas, ... displicent. 5, 15, 9 hos ... argutae ... desidiae aculeos cum audiremus vel -remus (*similiter indicatur certum quoddam argumentum per acc.*: HIER. epist. 18 A, 10, 1 ne ipsa quidem seraphim alibi -ari. hom. Orig. in Ezech. 4, 5 p. 366, 11 quia ... non de his [*Noe, Daniel, Iob*] dixerit, quos in scripturis -amus). 12, 15, 1 cum -remus historiam Sisennae adsidue, ... adverbia *in 'im' desinentia* ... animadvertimus. 20, 4, 3 uti ea *Aristotelis verba* cotidie -ret. *al.* TERT. pall. 2, 5 divinas *historias*. HIER. epist. 18 A, 7, 4 quod in evangelio fuerit -tum (*antea*: quidquid ... in veteri legimus testamento). AVG. civ. 3, 5 p. 101, 28 D. quae apud illos *auctores* de matre Aeneae ... -antur. CE 246, 2 -a ... h⟨o⟩c memoriae conditum ... Antonio. *al.* **b** *aliis audientibus* (*sc. recitando*): PLIN. epist. 7, 17, 4 orationes ... et nostri quidam et Graeci -verunt (*cf. 2* quod orationes omnino recitarem). GELL. 11, 13, 5 cum eadem ipsa verba saepius ... -rentur. APVL. apol. 94 litteras ter et quater aveo ... -are (*antea*: ipse legam; mea voce pronuntiabo). TERT. apol. 18, 9 Iudaei palam -ant *sabbatis sacras scripturas* (*similiter in caerimoniis sacris Christianorum*: HIER. epist. 147, 6, 4 euangelium ... quasi diaconus -bas. Ps. AVG. serm. Migne suppl. 2, 923 quod praeterita die dominica -tum est). HIER. epist. 48, 2, 1 cum ... mihi eadem -rint, quae se Romae excepisse referebant. EPIPHAN. in euang. 4 p. 5, 12 *a magis redemptorem quaerentibus* forum ... legis turbatur, ubi et Iudaei -bant *sc. docendo, ut videtur,* sed et Sadducaei, qui sunt haeretici Iudaeorum.

2 *respicitur actio colligendi, eligendi*: VAL. MAX. 8, 8, 1 *Scipionem et Laelium* vagos litoribus conchulas et umbilicos -asse. ARNOB. nat. 5, 37 in nemore ... flores Proserpina -bat (*ibid.* florum in lectionibus).

lēctiuncula, -ae *f.* *a* lectio *deminutive.* *fere i. q. lectio* (*sc. minoris momenti sim.*): CIC. fam. 7, 1, 1 neque ... dubito, quin tu ... matutina tempora -is consumpseris. PAVL. NOL. epist. 50, 1 qui forte de nostris in hora -ae huius (*epistolae sim.*) circa te steterint.

lēcto, -āre. *a* legere (lectus). *extra gramm. non legitur nisi falsa var. lectione* GELL. 20, 1, 54 HIER. epist. 18 A, 10, 1. *fere i. q. (saepe) legere*: PORPH. Hor. sat. 1, 6, 122 -o producta priore syllaba enuntiare debemus, quia frequentativum est ab eo quod est lego (*per interpretationem pravam versuum* 'post hanc vagor aut ego lecto aut scripto quod me tacitum iuvet unguor olivo'. *item* SCHOL. Hor. *ad l.*). MAR. VICTORIN. gramm. VI 28, 23 *inter verba frequentativa* (*item* MACR. exc. gramm. V 650, 6 -o lectito. VIRG. gramm. epist. 3 p. 139, 6 -o, legito, lectito; et has tres primae coniugationis esse docebat *Regulus*). CHAR. gramm. p. 214, 25 B. (*inde* EXC. Bob. gramm. I 563, 5) quaedam verba semel quid factum significant ut lego, quaedam saepe, ut -o, quaedam saepius (semper *Exc.*), ut lectito. MACR. exc. gramm. V 636, 13 *ἀπὸ τοῦ* lego *derivantur* lecturio, -o, lectito. VIRG. gramm. epist. 3 p. 140, 3 -o, quod quidem ex simplici forma (*i.* lego) paulo obscurius cernitur discrepare; unde et a multis non tam recipitur. p. 140, 8 nos sic dicimus, quod hic legat, quod est minimum saltim literas dicere, -et autem qui quod legit intellegere incipit; legitet vero, qui quod legit intellegit ⟨et⟩ alios legere fecit tradendo in arte scribendi, quae legendi asuetudine didicerit; porro lectitet, qui omnino legere non desinet.

ˢ**lēctor**, -ōris *m.* *a* legere. *cf.* VARRO ling. 6, 36. 8, 57 GELL. 12, 3, 4. GRAMM. suppl. 73, 25 quae *nomina* (*sc.* doctor, -r) ideo verbialia dicuntur, quia a verbis ... oriuntur, hoc est a gerendi modo. *al. cf. l. 76 sqq.* e *productam testantur* GELL. 12, 3, 4 *et apices inscriptionum* CE 1012, 1. 1163, 5. 2027. *scribitur*: lictor INSCR. christ. Diehl. 1272. 1273. 1275 (ictor *lapis*). 1283 (iictor *lapis*). 3869. PAP. Marini 117, 6; *hic illic in codd., ut p. 1091, 3.* lectur INSCR. christ. Diehl 1280. 1885 (*lectione alterius syllabae incerta*). lictur *ibid.* 1278 (*a. 537*). lecor *ibid.* 1284. *notatur* lect CIL V 1611 INSCR. christ. Diehl 1286. 1870. 1884. *de notione*: ISID. orig. 10, 154 -r dicitur a legendo, id est percurrendo; unde et navis dicitur legere quicquid transit (*affert Verg. Aen. 3, 127*); item -r a colligendo animo quae legit, quasi collector (*affert Verg. ecl. 3, 92*). *cetera v. infra.* *legitur inde a* LVCIL., SISENNA, CIC. [*francog. vet.* litur, litre, *norm. vet.* letour (*hapax*), *francog. med.* listre, leiteur; *francoprov. vet.* leytour; *prov. vet.* leitre, *prov.* leytur. *docte: it.* lettore, *hisp.* le(c)tor, *port.* leitor. *cf. Battisti-Alessio III 2213. Wartburg V 235. Corominas III 66. Machado² II 1395. G.*] [*falso trad.* COD. Theod. 9, 34, 10 -em (rectorem *var. l.*) *pro* auctorem.]

[Beikircher]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

I *i. qui legit libros, scripta sim.*, ἀναγνώστης (*quae vox gr. respondet, ubi nihil adnotavimus*): **A** *sibi ipsi*: LVCIL. 356 fervere, ne longum; vero, hoc -bus (lict- *codd. Nonii, def. Süss, Hermes 67, 1932, 342 sq.*) tradam. SISENNA hist. 127 ne . . . saltuatim scribendo -um animos impediremus. CIC. opt. gen. 14 non . . . ea *verba* me annumerare -i putavi oportere, sed tamquam appendere. fin. 1, 8 quem timeam -em, cum ad te . . . audeam scribere? Tusc. 1, 6 delectatione aliqua allicere -em (*cf.* fam. 5, 12, 4 ad delectationem -is. HOR. ars 344 -em delectando pariterque monendo). CATVLL. 14, 25 si qui forte mearum ineptiarum -es eritis (*accedit gen. obi. ut* GELL. 3, 3, 4 non infrequens Plauti -r. 18, 4, 2 se unum et unicum -em esse enarratoremque Sallustii. AMM. 16, 7, 9 scrupulosus quidam -r antiquitatum. CLAVD. DON. Aen. prooem. p. 6, 16 Vergiliani carminis. HIER. hom. Orig. in Luc. 13 p. 79, 1 diligens scripturae -r. AVG. spec. 6 p. 49, 2 -es dilectoresque spiritalium litterarum. PALLAD. hist. mon. I 42 p. 328C amator et -r studiosissimus litterarum [*gr. p. 148, 18 B. φιλόλογος tantum*]. CE 112, 10 meis [*sic*] carminis). NEP. Lys. 2, 1 ne . . . defatigemus -es (*cf.* COLVM. 8, 17, 16 ne immodico volumine -r fatigetur). *al.* VERG. ecl. 3, 85 Pollio amat nostram . . . musam; Pierides, vitulam -i pascite vestro (*pron. poss. pro gen. obi. ut* MART. 9, 49, 2 meus [AVSON. 318, 2 p. 21, 5 P.]. HIER. epist. 21, 13, 4 suis). HOR. sat. 1, 10, 74 contentus paucis -bus. epist. 1, 19, 35 ingratus. 2, 1, 214 *poetae* se -i credere malunt quam spectatoris fastidia ferre (*cf.* PLIN. epist. 5, 4, 4 si . . . veneris Romam spectatorque malueris esse quam -r). OV. trist. 1, 11, 35 candide (4, 10, 132 MART. 7, 99, 5). 3, 1, 2 amice (MART. 5, 16, 2). 5, 9, 9 doctus (ARATOR act. 1, 404). Pont. 3, 4, 9 non opus est magnis placido -e poetis. *al.* VITR. 5 praef. 1 historiae per se tenent -es. VAL. MAX. 4, 6 pr. imagines . . . contemplandas -is oculis subiciam. 8, 2 pr. PHAEDR. 2 prol. 11 bonas in partes, -r, accipias. 4, 7, 21 quid . . . possum facere tibi, -r Cato, si nec fabellae te iuvant nec fabulae. SEN. dial. 4, 2, 5 timor, qui . . . -is percurrit animos (*plur. def. Baehrens, Glotta 4, 1913, 272; vel* -um *vel* animum *coniecerant viri docti*). nat. 7, 16, 1 -em . . . miraculo excitant *auctores quidam*. PERS. 1, 126. MART. 1, 1, 4 studiose (APVL. met. 11, 23, 5 HIER. epist. 126, 2, 1. PRAEDEST. 1, 90 o -r sancte et s. CE 2027. *adde l. 15*). 4, 55, 27 rustica, delicate -r, rides nomina? 5, 10, 2 sua quod rarus tempora -r amat. 7, 12, 12 *me innocuum ludere iuro* per . . . tuas aures, magni mihi numinis instar, -r, inhumana liber ab invidia. 7, 17, 2 ruris bibliotheca . . ., vicinam videt unde -r urbem. 9, 81, 1 -r et auditor nostros probat . . . libellos (SVET. Aug. 86, 1 *ne* -em vel a. obturbaret. CLAVD. DON. Aen. 1, 10 p. 12, 5. *cf.* QVINT. inst. 4, 2, 45 *vitandum* abruptum sermonis genus: quod otiosum . . . -em minus fallat, audientem transvolat . . ., cum praesertim -r non fere sit nisi eruditus, iudicem rura plerumque in decurias mittant. 4, 2, 59 quo modo iudicem fefellerit quod vix a -e deprenditur). 11, 2, 7 tetrici. *et saepius apud eundem*. QVINT. inst. praef. 2 *ut libros meos* tamquam -r perpenderem. 1, 12, 17 FRONTIN. strat. 3 praef. PLIN. epist. 2, 5, 6 ut quamlibet diversa genera -um per plures dicendi species teneremus. 3, 13, 2 in ceteris *materiis* . . . -em novitas ipsa intentum habet, in hac nota vulgata dicta sunt omnia; quo fit ut quasi otiosus securusque -r tantum elocutioni vacet. 4, 14, 7 sapiens subtilisque (RVFIN. Orig. in cant. 4 p. 238, 10). 4, 26, 3. APVL. met. 1, 1, 6 -r, intende: laetaberis. 9, 30, 1 -r scrupulosus reprehendens narratum meum (*cf. l. 12*). 10, 2, 4 optime. TER. MAVR. 1286 pro captu -is habent sua fata libelli. *et passim*.

B *aliis audientibus* (*fere i. q. recitator*): **1** *leguntur quaelibet scripta*: **a** *fere technice de iis, qui artem recitandi exercent* (*sunt maxime servi sive liberti*): CIC. de orat. 1, 136 ut, quid Crassus ageret . . ., non modo videre mihi, sed ex eius scriptore et -e Diphilo suspicari liceret (*cf.* PLIN. epist. 9, 20, 2 notariis et -bus). 2, 223 cum . . . Brutus *apud iudices* duo -es excitasset . . ., tres . . . libellos tribus legendos dedit *Crassus* (*cf. de eadem re Cluent. 51* duobus recitatoribus constitutis. *quibus ex locis hausit* QVINT. inst. 6, 3, 44). CIL VI 3978 Panaenus Liviae lector dec(urio *?*). IV 5011 -r an mathematicus an rhetoricos (*cf.* CE 1012, 1 grammaticus -rque fui, set -r eorum, more incorrupto qui placuere sono). IVV. 1, 13 adsiduo ruptae -e columnae. PLIN. epist. 1, 15, 2 audisses comoedos vel -em vel lyristen (*eadem series* 9, 17, 3. *cf.* SVET. Aug. 78, 2 -bus aut fabulatoribus. SPART. Hadr. 26, 4 in convivio tragoedias, comoedias, Atellanas, sambucas, -es, poetas . . . exhibuit). 3, 5, 12 cum -r quaedam perperam pronuntiasset. 7, 17, 3 *lyrica* non -em, sed chorum et lyram poscunt. 8, 1, 2 Encolpius . . . -r, ille seria nostra, ille deliciae, . . . sanguinem reiecit; . . . quis deinde libellos meos sic leget . . .? quem aures meae sic sequentur? 9, 34, 1 est . . . tam novus -r, quam ego poeta. SVET. Claud. 41, 2 scripsit plurimum et assidue recitavit per -em. FLOR. Verg. p. 184, 5 versus tui a -bus concinuntur.

b *vario usu*: OV. ars 2, 283 carmina *quae amator fecit amicae* -r commendet dulci qualiacumque sono. VAL. MAX. 8, 10 ext. 1 ut se scriptorum eius (*Demosthenis*) parum idoneum -em esse praedicaret *Aeschines*. MART. 7, 51, 6 non -r meus hic . . ., sed liber est; sic tenet absentes nostros cantatque libellos. QVINT. inst. 2, 5, 6 unum aliquem *e discipulis* . . . constituere -em. AVG. doctr. christ. 4, 69 nihil interest, utrum is, qui dicit *sc. ad populum*, dictor vel -r est.

2 *leguntur sacrae scripturae*: **a** *apud Iudaeos* (*de Esdra*): ITALA III Esdr. 8, 10 (cod. Colbert. 630 Sabatier = VVLG.) Esdrae sacerdoti et -i legis domini (*cf. Vulg. I Esdr. 7, 12* sacerdoti, scribae legis). *al. in eodem libro*. OPTAT. 7, 1 p. 167, 25 qui -r . . . dicebatur.

b *apud Christianos*: **α** *usu technico respicitur ordo ecclesiasticus* (*qui vulgo est secundus clericorum minorum. cf.* ISID. eccl. off. 2, 11 de -bus: -um ordo formam et initium a prophetis accepit; sunt igitur -es, qui verbum dei praedicant *eqs.* orig. 7, 12, 24 -es a legendo, psalmistae a psalmis canendis vocati; illi enim praedicant populis, quid sequantur . . ., licet et quidam -es ita miseranter pronuntiant, ut quosdam ad luctum . . . conpellant; [25] idem etiam et pronuntiatores vocantur): Ⓘ *varia exempla*: TERT. praescr. 41 l. 22 hodie diaconus, qui cras -r. CYPR. epist. 23 p. 536, 6 praesente de clero et exorcista et -e. 29 p. 548, 3 fecisse me . . . sciatis -em Saturum. p. 548, 7 Optatum inter -es doctorum (-rem *vulg.*) audientium constituimus. 32 p. 565, 14. 35 p. 571, 13 litteras . . ., quas misi per Saturum -em. 38, 2 p. 581, 13. 39, 4 p. 584, 5. 39, 5 p. 584, 21 hos . . . -es . . . constitutos sciatis. PASS. Mar. Iac. 5, 3 quod se -em . . . fatebatur. PASS. Fel. 1, 2 Aprum presbyterum . . . et Cyrillum et Vitalem -es. OPTAT. app. 10 p. 215, 26 (*Constantinus*) -es . . . ecclesiae catholicae et hypodiacones . . . ad nullum munus statui evocandos ([*cf.* COD. Theod. 16, 2, 7 -es divinorum apicum et hypodiaconi *eqs.*]. INSCR. christ. Diehl 1268 [*a. 362*]. 1276 [*a. 494*] aeclesiae Aeclanensis. DIONYS. EXIG. Avell. p. 468, 22 Alexandrinae . . . e. GREG. M. epist. 14, 13 p. 432, 17 e. Euriae. *al.*). INSCR. christ. Diehl 1266 (*a. 338*) -r r⟨egionis⟩ sec⟨undae⟩ (1286 INSCR. Tun. Merlin 1122). 1267 b (*post 348*) -r de Pallacine (1270 [*a. 384*] de Pudentiana. 1269 adn. [*ca. a. 400*] de Fasc⟨iola⟩. 1271 [*a. 482 vel 461*] de Belabru *i.* '*Velabro*'. *al.*). 1269 (*a. 377*) -r tituli Fasciole (1272 *a. 528*. 1273 GREG. M. epist. app. p. 438, 42). AMBR. exc. Sat. 1, 61 per vocem -is parvuli (*item funguntur pueri officio -is*: AVG. cons. euang. 1, 10, 15 qui . . . pueriliter in gradu -um christianas litteras norunt. VICT. VIT. 3, 34 -es infantuli. INSCR. christ. Diehl 1277 A qui vixit annos v [1285 *totidem*]. INSCR. Tun. Merlin 1122 vixit ann⟨os⟩ XI. *v. etiam l. 45. 66. p. 1093, 1. senes 56 et 73 annorum*: INSCR. christ. Diehl 1268. 1284). AMBROSIAST. in Eph. 4, 11/12, 1 ('ipse dedit quosdam . . . pastores') pastores possunt esse -es, qui lectionibus saginent populum audientem. HIER. epist. 52, 5, 6 si -r, si acolythus, si psaltes te *sc. presbyterum* sequitur. CANON. Migne 56, 420B ut -es populum non salutent (CANON. Dionys. Exig. p. 79, 20). AVG. conf. 10, 33, 50 modico flexu vocis faciebat sonare -em psalmi. epist. 63, 4 utrum homo, qui in ecclesia . . . iam legere coeperat . . ., non fuisse -r possit aut debeat iudicari. 64, 3 utrum iam potest -r deputari, qui non nisi semel scripturas etiam non canonicas legit; si enim propterea iam ille -r ecclesiasticus *eqs.* in euang. Ioh. 22, 5 l. 14 *versus* qui praebeatur a -e et respondeatur a populo. in psalm. 84, 3 l. 11 legente -e psalmum (COMM. instr. 2, 35, 5 NICET. psalm. 13 p. 81, 18 B.). COD. Theod. 12, 1, 163 -es, subdiaconi . . . patriae muneribus praesententur (*sed cf. l. 17*). CANON. Dionys. Exig. p. 55, 22 quod non oporteat -es aut cantores orariis uti. p. 79, 16 ut -es, cum ad annum pubertatis venerint, cogantur aut uxores ducere aut continentiam profiteri (*eadem* FERRAND. canon. 129). CONC. Vas. a. 529 p. 56, 10 ut omnes presbyteri . . . iuniores -es . . . secum . . . recipiant et eos . . . in lege domini erudire contendant. INSCR. christ. Diehl 1287 (*a. 551/2*) Stefanus primicirius scolae -um. GREG. TVR. Mart. 1, 5 p. 591, 8 iubeat domnus -i lectionem legere. *al.* *distinguuntur a clericis* (*sed cf. p. 1093, 17 et* CANON. Migne 56, 425C clericorum . . . nomen etiam -es retineant): CONC.S II 3, 3 p. 95, 29 peregrinos clericos et -es in alia civitate . . . nusquam penitus ministrare debere (*gr. II 1, 2 p. 160, 32 κληρικοὺς καὶ ἀναγνώστας*). CONC. Aurel. a. 549 p. 102, 5 ut nullus clericum seu -em alienum . . . promovere . . . audeat. Turon. a. 567 p. 127, 22 unus -um canonicorum suorum aut certe aliquis de numero clericorum cum illo *archipresbytero* ambulet. Ⓘ *notabilia quaedam ad cursum honorum*: Ⓐ *munus -is est primus gradus*: CANON. Turner I p. 514 non prius ordinetur *episcopus*, nisi ante et -is munere et officio diaconii et ministerio presbyterii fuerit perfunctus (*item gradum -is sequitur diaconatus*: CE 787, 9 [*post 366 ?*] parvulus utque loqui coepisti dulcia verba mox scripturarum -r . . . factus. Ps. DAMAS. epigr. 93, 1 -r mox et levita. MARCELL. chron. II p. 65, 398, 3 Iohannes . . . -r ecclesiae ordinatus per singulos officii gradus ascendit. *eqs.* SIDON. epist. 4, 25, 4 -r hic primum, sic minister altaris idque ab infantia. PALLAD. hist. mon. I 25 p. 309C primum factus est -r [II 15 p. 370A ordinatus est]). OPTAT. 1, 19 p. 21, 14 Maiorinus, qui -r . . . fuerat, . . . episcopus ordinatus est (*-r fit episcopus ut* AVX. Maximin. c. Ambr. 56. HIER. vir. ill. 96 ex -e urbis Romae Vercellensis episcopus). EPIST. pontif. 255 Migne 13, 1142A quicumque . . . se ecclesiae vovit obsequiis a sua infantia, . . . -rum debet ministerio sociari (*sequitur gradus acolythi ut* 1143A *qui iam adultus petit clericatum* eo quo baptizatur tempore statim -rum aut exorcistarum numero societur [*sim.* 339 Migne 20, 673A]. 314 Migne 20, 604C nec cito quilibet -r, cito acolythus . . . fiat. EPIST. pontif. Thiel Gelas. 14, 2 continuo -r vel notarius aut certe defensor effectus, post tres menses exsistat acolythus). PAVL. NOL. carm. 15, 108 *Felix* primis -r servivit in annis; inde gradum cepit, cui munus . . . adiurare malos et sacris pellere verbis (*i. officium exorcistae quod -r adipiscitur etiam* EPIST. pontif. 339 Migne 20, 671A assuescat . . . in -um primitus gradu divini rudimenta servitii. LIB. pontif. p. 51, 6 ut esset -r annos XXX, exorcista dies XXX *eqs.* CANON. Migne 8, 837B nisi prius fuisset -r annis triginta, deinde una die exorcista. ISID. quaest. test. 41 primus gradus -r . . .; secundus gradus exorcista). ENNOD. opusc. 3, 7 p. 332, 25 anno-

[Beikircher]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

rum ferme octo -is ecclesiastici suscipit officium (*3, 9 p. 333, 8 sequitur munus exceptoris*). VITAE patr. 6, 4, 8 *Christus* factus est -r, accipiens librum legit in synagoga . . .; factus est subdiaconus *eqs.* (*item -r ordinatur subdiaconus*: GREG. TVR. Franc. 4, 6 -r decem annis fui, subdiaconatus officium quinque annis ministravi *eqs.* VEN. FORT. vita Marcell. 4, 15). Ⓑ *-is gradum praecedunt alia munera*: DAMAS. epigr. 57, 1 exceptor, -r, levita, sacerdos. RVFIN. hist. 6, 43, 12 (*vertit fragmentum Epist. pontif. 106*) nesciebat in ecclesia catholica unum episcopum esse debere, ubi videbat esse presbyteros . . ., diaconos . . ., subdiaconos . . ., acoluthos . . ., exorcistas et -es cum ostiariis (*eandem seriem exhibent* COD. Theod. 16, 2, 24 [= Iust. 1, 3, 6] *omissis acolythis.* LIB. pontif. p. 39, 12 SACR. Gelas. 1, 41 p. 560 [= Greg. 79, 5]. 1, 95 p. 620. 1, 96 p. 621). NOVELL. Iust. 3, 1, 1 sancimus . . . presbyteros in . . . maiore ecclesia *Constantinopolitana* esse, diaconos . . ., subdiaconos . . ., -es . . ., cantores . . . et insuper centum existentibus his, qui vocantur ostiarii (*sim.* IVLIAN. epit. novell. 5, 1). 123, 19 presbyteros . . . et diaconos et subdiaconos et -es et cantores, quos omnes clericos appellamus. ISID. epist. 1, 6 *affert -em quinto loco post ostiarium, acolythum, exorcistam, psalmistam.* orig. 7, 12, 3 *clericorum* gradus et nomina haec sunt: ostiarius, psalmista, -r, exorcista *eqs.*

β in univ.: AVG. pecc. mer. 1, 4, 4 non expositore, sed tantum -e opus habet tam . . . aperta sententia (in psalm. 79, 9 l. 10 hoc desiderat officium expositoris, non sufficit -is et laudatoris). in psalm. 102, 16 l. 7 *deus* vocat undique ad paenitentiam, . . . vocat per -em, vocat per tractatorem *eqs.* (103 serm. 3, 3 l. 17). 106, 8 l. 15 ut iam officium a me non exspectatis disputatoris *sc. huius loci*, sed paene -is, si tenetis quae dixi (serm. 362, 22, 25 non tantum d., sed etiam -is fungor officio). BENED. reg. 38 tit. de ebdomadario -e, *qui legit fratribus cenantibus* (38, 10 frater . . . -r e.).

c *apud paganos*: CASSIOD. hist. 6, 29, 2 paganorum . . . dogmatibus atque monitionibus -es suae superstitionis instituit ad instar clericorum *Iulianus*, ut horas certas et dies et orationes sollemniter observarent.

II *i. qui eligit*: ENNOD. opusc. 1, 16 p. 266, 2 (*de Theoderico*) quando talis *consul* contigit sorte -is (*var. l.* lict- *sim.*), qualem dedit . . . regum examinata claritudo?

in lusu verborum: AVG. doctr. christ. 4, 69 dictor an -r. in psalm. 79, 9 l. 10 -r et laudator. 103 serm. 3, 3, l. 17 per -em, non per tractatorem. spec. 6 p. 49, 2 -es dilectoresque . . . litterarum.

f. **lēctrīx**, -īcis. *a grammaticis affertur inter exempla subst. mobilium*: SERV. Aen. 12, 159 CLEDON. gramm. V 37, 8 PRISC. gramm. III 456, 29. 494, 29. *inter subst. verbalia, quae genetivo iunguntur, exhibet* PRISC. gramm. III 215, 25. *i. quae legit libros sim.*: CIL VI 8786 (*s. I*) Cnide -x. 33473 Derceto Aureliae virginis (*Vestalis?*) -x. INSCR. RevA. V 28, 1928 p. 371 n. 73, 1 (*versus elegiaci*) Sulpiciae *libertinae* cineres -is.

deriv.: lectoratus, 1. lectorium. *compos.*: 2. collector.

lēctōrātus, -ūs *et* -ī *m.* *a* lector. *i. q. officium lectoris ecclesiastici*: MART. BRAC. canon. 43 lector, si viduam alterius uxorem acceperit, in -u (-o *var. l.*) permaneat, aut . . . subdiaconus fiat (*cf. Conc. Tolet. a. 400 Mansi 3, 999B* semper lector habeatur). CONC. Brac. a. 561, 7, 20 *ne quis sacerdos fiat*, nisi prius . . . in officio -i (lectorum *var. l.*) vel subdiaconati disciplinam ecclesiasticam discat.

1. lēctōrium, -ī *n.* *a* lector. *i. q. mensula quaedam, in qua lector librum ponere potest*: GLOSS. III 327, 22 *ἀναλογ(ε)ῖον*: manuale, -um (*vix pro adi., item* 508, 9). V 309, 60 manuelem (*i.* -ale) analogium g(raece) -um (lectorum *trad.*). *cf.* lectrum.

2. lectōrium, -ī *n.* *a* 3. lectus. *fere i. q. opertorium lecti*: GLOSS. V 516, 5 stra[ta]toria: -a. *Beikircher.*

lēctrīx *v.* lector.

lēctrum: analogium, super quo legitur GLOSS. V 602, 52. *mutuati sunt Romani gr. λέκτρον 'lectus', notione ad vocem lat.* legere *adaptata; cf.* 1. lectorium.

lectuālis, -e. *a* 3. lectus; *cf.* lect(u)arius. **1** *adi. i. q. lecto affigens*: SPART. Hadr. 23, 1 in morbum incidit -em (*var. l.* letalem). **2** *n. pl. pro subst. i. q. stramenta lectorum*: POSSID. vita Aug. 22 vestes eius et calceamenta vel -ia ex moderato et competenti habitu erant. PAVL. STEPH. reg. 28 vestimenta vel -ia nullus sibi lavare audeat absque oratione et permissu prioris.

[lectuārī DIOSC. 4, 118 p. 57, 22 *falso trad. pro* electuari(i).**]**

lect(u)ārius, -a, -um. *a* 3. lectus; *cf.* lectualis. *tituli exhibent* -tar- *tantum, codd. variant.* *abl. pl.* -taribus DYNAM. *p. 1094, 15.* **[***in formulis Agedico ortis (s. VIII) f.* lectaria *'toral et lodix' exstat. lomb.* litšę́ra, letę́ra, *pedem.* letèra; *raet. occ.* litšiára, litšera, litéra; *francog.* litière (> *it.* lettiera), *burg. vet.* letiere; *francoprov.* iteiri; *prov. vet.* lichiera, *prov.* lichièra, -o, *vasc.* lhetèras (*plur.*), lyetę́ro, leytère, lheytère; *cat.* llitera; *hisp.* lechera; *port.* liteira. *cf. M.-L. 4964a. Battisti-Alessio III 2212. Wartburg V 237. Corominas III 63. Machado² II 1423. G.***]**

[*vix recte trad.* COD. Iust. 10, 66, 1, *v.* laccarius. *v. etiam p. 1081, 36.*]

i. q. ad lectos pertinens: **1** *de hominibus*: **a** *de fabris lectorum*: faber -us: *v. vol. VI 1, 10, 69 sq.* -us *nude ponitur pro subst.* (GLOSS. *κλινοποιός*): ITALA act. 18, 3 (cod. h) erant . . . artificio -tari (*gr. σκηνοποιοί, Vulg.* scenofactoriae artis). CIL VI 7988 Rhesus Canini -tarius. 9503 locus Romani -tari. **b** *de aegris, qui in lectis cubant* (*cf.* grabatarius): GLOSS. II 586, 15 -tarius: infirmitate in lecto manens (*'ex graeco male versa' Götz*).

2 *de stramentis, quibus lecti operiuntur*: NON. p. 537, 20 plagae: grande linteum tegmen, quod nunc torale vel -tuariam sindonem dicimus. *n. pl. pro subst.* (*fort. f. sg. l. 7, vix l. 11; cf.* lectualis): GREG. TVR. vit. patr. 6, 6 p. 684, 5 Iulianus . . . lectulum sancti sacerdotis expetiit; in quo decubans, a -tuaria ipsa coopertus . . . sanctus est. AVRELIAN. reg. mon. 27 -tuaria saecularia de coloribus facta in usu non habeatis. LEX Sal. Merov. 100, 2 si mulier . . . cum dote sua ad alias nuptias ambulare voluerit, . . . achasium donet; et sic postea scamno cooperiat et lecto cum -taria (*acc.*) ornet; et . . . dicat: 'omnes mihi testes scitis, quia . . . lectum stratum et -taria condigna . . . hic demitto'. 101, 2 parentes . . . dua -taria demittant. VEN. FORT. vita Pat. 9, 28 lectulum numquam habens, -taria nesciens. DYNAM. vita Max. 10 l. 247 G. *mortuum* in lectulo prostratum eiusdem *sancti* -taribus operire. CAES. AREL. reg. virg. 44 p. 16, 23 -taria (-tuaria -tualia *var. ll.*) . . . simplicia sint. VITA Caes. Arel. 1, 20 lectos, -tuaria, sumptos cum persona quae obsequi et mederi possit, instituit. VITAE patr. Iurens. 2, 2 p. 144, 3 -tuaria . . . aut lectum numquam habuisse.

lectulus**, -ī *m.* *a* 3. lectus *deminutive, id quod testatur* VARRO ling. 9, 74. *neutr.* -um: GREG. TVR. glor. conf. 84 p. 802, 18 (-us *var. l.*). Mart. 3, 22 p. 638, 6. 8 PASS. Matth. 24 p. 250, 18. *legitur inde a* PLAVTO; TER., RHET. Her., CIC. **[vix recte trad.* VARRO ling. 5, 166 super -is (supellectilis *Groth*) origines quas adverti, hae. *falsa var. l.* CATVLL. 57, 7 (*v. s.* lecticulus). *falso trad.* RVT. LVP. 2, 7 p. 16, 12 prae -o (praeligato *edd.*) palliolo. *de confusione c.* lectus *v. p. 1096, 74.***]**

i. q. lectus minoris, vilioris generis (GLOSS. *κλινάριον. apud recentiores velut* CELS., VAL. MAX., APVL., VVLG. *etc. vis deminutiva non perspicua est; de fulcro nudo l. 42. p. 1095, 34*): **I** *vivorum*: **A** *proprie*: **1** *epulantium*: **a** *hominum*: PLAVT. Persa 759 hic volo ante ostium et ianuam meos participes bene accipere; statuite hic -os (*765* lectis). TER. Ad. 285 -os iube sterni nobis. 585 -os in sole ilignis pedibus faciundos dedit. :: ubi potetis vos. RHET. Her. 4, 50, 63 domi -i sternantur. CIC. Mur. 75 *Tubero* stravit pelliculis haedinis -os Punicanos (*cf. Isid. orig. 20, 11, 3* Punicani lecti parvi et humiles primum a Cartagine advecti. *de eodem epulo publico*: VAL. MAX. 7, 5, 1 [lectos *Paris*] *et Sen. epist. 95, 72* Tuberonis ligneos lectos). Pis. 67 Graeci stipati quini in -is (lectis *var. l.*), saepe plures. PROP. 4, 8, 35 unus erat tribus (*sc. poetae et duabus puellis*) in secreta -us herba. SVET. vita Ter. 3 ⟨in⟩ subsellio iuxta -um residens. TERT. coron. 8 l. 20 (*ad Ioh. 13, 5*) recumbentem in -o Christum. LAMPR. Heliog. 25, 3 invenit simma in terra sternere, non in -is. VVLG. Esth. 1, 6 aurei et argentei. 7, 8 super -um . . ., in quo iacebat Hester. **b** *deorum*: VAL. MAX. 2, 1, 2 Iovis epulo ipse in -um (lectum *Paris*), Iuno et Minerva in sellas ad cenam invitabantur.

2 *coniugum, amantium* (*plur. ad notandam usus frequentiam usurpatur l. 64*): CIC. Att. 14, 13, 5 a ducenda . . . uxore sic abhorret, ut libero -o neget esse quicquam iucundius. CATVLL. 64, 88 virgo regia, quam . . . castus . . . -usin molli complexu matris alebat. TICID. carm. frg. 1 felix -e talibus sole amoribus (*compellatur ut* PROP. 2, 15, 2 -e deliciis facte beate meis. OV. epist. 10, 58 perfide. *cf. l. 73*). CIRIS 440 pronuba nec castos accendet pinus honores nec Libys Assyrio sternetur -us ostro. SEN. contr. 1, 2, 1 quid in cellulam me et obscenum -um vocas? ASCON. Mil. p. 38, 11 -um adversum uxoris . . . Corneliae. MART. 10, 38, 7 quas . . . pugnas felix -us et lucerna vidit. 10, 68, 7 -us has voces nec -us audiat omnis. QVINT. decl. 319 p. 253, 19 mihi . . . vacat hoc tempore curam agere -i mei? Ps. QVINT. decl. 1, 13 secretum nuptiarum et matrimonialis -i solitudinem. 18, 5 coniugales deos et -i iura revereris. IVV. 9, 77 testis mihi -us et tu, ad quem pervenit lecti sonus. APVL. met. 10, 35, 1 -o . . . coaptando (*10, 34, 4* torus genialis). ITALA gen. 49, 4 (Hier. quaest. hebr. in gen. p. 66, 27) ascendisti . . . super -um patris tui (*gr. κοίτην, Vulg.* cubile). ARNOB. nat. 4, 20 genialis -i sacramenta (*v. vol. VI 2, 1807, 1 sqq., ubi addas* COD. Theod. 9, 38, 6 g. tori ac -i). 5, 29 *Iovem* concubitus, -os non esse aspernatum sororis. VVLG. cant. 1, 15 -us noster floridus. COD. Theod. 4, 8 (9), 7 etsi herilem -um ancilla ascenderit. GREG. TVR. glor. conf. 77 p. 794, 14 cum ad honorem sacerdotii accessisset, -um iuxta ordinem institutionis catholicae sequestravit. *al.*

3 *meditantium vel litteris studentium*: CIC. de orat. 3, 17 exhedram . . ., in qua Crassus posito -o recubuisset. HOR. sat. 1, 4, 133 neque . . ., cum -us aut me porticus excepit, desum mihi. OV. trist. 1, 11, 38 non haec in nostris, ut quondam, scribimus hortis, nec, consuete, meum, -e, corpus habes. VAL. MAX. 8, 7, 3 in eodem . . . -o et spiritus eius et egregiorum operum cursus extinctus est. PLIN. epist. 3, 7, 4 *Silius* multum . . . in -o iacens . . . doctissimis sermonibus dies transigebat. 5, 5, 5 visus est sibi per nocturnam quietem iacere in -o suo compositus in habitu studentis, habere ante se scrinium. AVELL. p. 107, 13 otiosi et delicati . . . in cubilibus ac -is suis litteris abutuntur. CLAVD. MAM. anim. 2, 8 p. 129, 18 *philosophi* cubiculariis disputationibus . . . aliquid soporiferum in -is oscitantes (susc- *trad.*).

4 *infirmorum*: VAL. MAX. 5, 2 ext. 4 cum . . . aetate deficiente . . . in -o laberetur. CELS. 3, 14, 2 *et septies ap. eundem* (*cf.* lecticulus). SCRIB. LARG. 188 capitis . . . dolorem habent *aegri* . . ., cum se e -o levare conantur. PLIN. nat. 26, 14 alia quoque blandimenta excogitabat

[Steinmann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Asclepiades, iam suspendendo -os, quorum iactatu aut morbos extenuaret aut somnos adliceret (*cf.* CAEL. AVR. chron. 1, 5, 161 adhibenda gestatio, primo ex -o pendenti, tunc etiam fertoria sella. 2, 14, 209 convenit interea motus latens pensili primo -o ⟨vel⟩ cathedra longiore). 28, 54 somno sibi mederi aut -o. MART. 6, 70, 3 *hominem* taedia -i calentis expertum (*cf. Ov. met. 7, 572* t. lecti). ITALA act. 5, 15 (cod. d = VVLG.) ut in plateas eicerent infirmos et ponerent in -is et grabattis (*gr. ἐπὶ κλιναρίων καὶ κραβάττων*). LACT. inst. 4, 15, 6 *Christus* aegros ... reddebat incolumes, ... ut ... roborati ipsi -os suos reportarent, in quibus fuerant ... delati (*ad Matth. 9, 2 Luc. 5, 18 ut* HIL. in Matth. 8, 3. 7. PRVD. cath. 1, 5 'auferte', clamat *Christus*, '-os aegros, soporos, desides' [*i. aegrorum etc.*]. 9, 69). AMBR. exc. Sat. 1, 36 dolebam, quod non ipse adsideres -o. VVLG. exod. 21, 18 si ... mortuus non fuerit, sed iacuerit in -o (lecto *var. l. ut Itala Lugd.*). *al.*

5 *vario usu*: **a** *generalia selecta*: CIC. Catil. 4, 17 nulli sunt inventi tam aut fortuna miseri aut voluntate perditi ..., qui non cubile ac -um suum ... salvum esse velint. Sull. 52 ut, cum prima luce consulem salutatum veniret ..., me in meo -o trucidaret (lecto *var. l., cf. de ea re locum geminum Catil. 1, 9*). Cato 38 venio in senatum frequens ...; quae si exequi nequirem, tamen me -us meus oblectaret ea ipsa cogitantem, quae iam agere non possem. off. 3, 112 surrexit e -o. Tusc. 2, 18 *Epicurus* dixerit sane idem in Phalaridis tauro, quod, si esset in -o. CATVLL. 50, 15 defessa labore membra postquam semimortua -o iacebant (*ibid. 11* lecto). VAL. MAX. 2, 6, 8 -o ... cotidiana consuetudine cultius strato recubans. 5, 7, 1 propter ultimam senectutem -i otio quam labori proeliorum habilior. SEN. epist. 123, 1 in -o lassitudinem pono. PETRON. 132, 7 conditus ... -o. 137, 5 in -o sedet. RVT. LVP. 2, 7 p. 16, 14 (*frg. Lyconis*) ex cubiculari -o excitatus in triclinium trahitur. APVL. met. 2, 1, 1 somno simul emersus et -o. 3, 13, 1 abiectus in -o meo. TERT. adv. Marc. 1, 14 p. 308, 11 illas ipsas -i et tegetis tuae bestias. CAPITOL. Aur. 2, 6 cum ... humi cubaret, vix autem matre agente instrato pellibus -o accubaret. AMM. 22, 4, 6 non saxum erat, ut antehac, armato cubile, sed pluma et flexiles -i. 30, 1, 9 *ad fluminis transitum* -os in villis repertos binis utribus suffulserunt. AMBR. Iac. 2, 9, 38 p. 55, 14 quis tam velox in curriculo quam iste in -o? HIER. epist. 22, 17, 3 te in -o compositam. PRVD. perist. 5, 353 postquam -i martyr quietem contigit. GREG. TVR. Mart. 3, 22 -um beati antistitis ...; -um autem non aliter dicitur, nisi quod in pavimentum illud, substrato cinere, adpositum capiti lapidem ... recubuit. glor. conf. 84 p. 802, 16 *Silvester* habuit ... -um funibus subtilibus innexum. *al.* **b** *in locutione q. e.* in -o suo mori (*sim.*): CIC. fin. 2, 97 praeclarae mortes sunt imperatoriae; philosophi autem in suis -is plerumque moriuntur (*cf.* Tusc. 2, 60 quid in pace, quid domi, quid in -o? ad philosophos me revocas, qui in aciem non saepe prodeunt). nat. deor. 3, 84 *Dionysius* in suo -o mortuus. Att. 10, 8, 7 feram *regnum Caesaris* ..., nisi forte me Sardanapali vicem in suo -o mori malle censueris quam exilio Themistocleo. 10, 14, 3 multo se in suo -o malle (*sc. mori*). fam. 9, 18, 2 munio me ad haec tempora ..., nisi forte mori melius fuit; in -o, fateor, sed non accidit; in acie non fui. SEN. contr. 2, 4, 3 magni modo successor patrimonii natus in -o precario moriebatur. VAL. MAX. 3, 2 ext. 6 Theramenes perinde atque in domestico -o moriens vita excessit. SEN. nat. 5, 18, 9 quid quaeritis? mortem, quae ubique superest? petet illa vos et ex -o. APVL. flor. 16 p. 66 eum in suo sibi -o mortuum offendunt. TERT. anim. 55, 5 si pro deo occumbas ..., non in mollibus febribus et in -is, sed in martyriis (*cf. locum geminum* fug. 9, 4). CLAVD. DON. Aen. 9, 220 p. 216, 25 vir fortissimus ..., cui pulchrum est in campo potius quam in -o mori. HEGES. 5, 27 p. 364, 11 quando hostis morbo consenescat atque in suo moriatur -o. AVG. serm. 264, 3 multi ... dicunt: non timeo mori, sed vellem in -o meo mori *eqs.*

B *in imagine* (*cf.* GREG. M. moral. 8, 41 p. 825^{D} [*ad* Iob 7, 13 consolabitur me -us meus] in sacro ... eloquio -us, cubile vel stratum secretum solet cordis intellegi [*affertur* cant. 3, 1]): AVG. bapt. 2, 8, 13 p. 189, 7 in fine epistulae (*71, 4*) ... ostendit *Cyprianus*, in quo tamquam -o auctoritatis quasi fessus adquieverit. GREG. M. *l. c.* p. 826^{B} *sancti viri* externis laboribus fessi, quasi stratum vel -um, cubilia mentis petunt. *de rogo martyris*: PRVD. perist. 2, 354 conscende constratum rogum, decumbe digno -o.

II *mortuorum*: PS. QVINT. decl. 18, 17 supra -um effusa feralem laceros artus et perustum complexa corpus exclamo. 19, 4 non iniecit uxor -o *filii* manum. TAC. ann. 16, 11, 1 tris modo -os ad suprema retineri iubet. APVL. met. 2, 29, 1 pone ipsum -um. 2, 29, 5 suscipit ille *mortuus* de -o. 3, 8, 2 *feminae* circumfusae -um, quo peremptorum cadavera contecta (coniecta *Brant*) fuerant. 3, 9, 5 corpora, quae -o fuerant posita. AMM. 19, 1, 10 -i decem sternuntur, figmenta vehentes hominum mortuorum. SERV. Aen. 5, 4 funebres -os proferre. SCHOL. Hor. carm. 3, 30, 7 Libitina dicebatur -us, in quo mortui efferebantur. HEGES. 3, 2 p. 185, 4 separetur ... a -o *mortui* Simon (*antea*: lectum). VVLG. II par. 16, 14 sepelierunt eum in sepulchro suo ... posueruntque eum super -um (lectum *var. l.*) suum plenum aromatibus. COD. Iust. 7, 6, 1, 5 qui ... in ipso -o stantes cadaver ventilare videntur.

stilistica: **1** *structurae verbales*: -um sternere: TER. Ad. 285 RHET. Her. 4, 50, 63 CIC. Mur. 75 CIRIS 440 VAL. MAX. 2, 6, 8. 7, 5, 1 AMM. 19, 1, 10 VVLG. Iob 17, 13. *eodem sensu* -um facere: CAES. AREL. serm. 25, 2 p. 108, 11. **2** *quaeritur 'ubi'*: *abl. nudus* -o: CATVLL. 50, 15 VAL. MAX. 2, 6, 8 SCHOL. Hor. sat. 1, 4, 133 PRVD. perist. 2, 354 BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 1 p. 4, 4 GREG. TVR. Franc. 4, 20 p. 152, 9. in -o: VAL. MAX. 1, 7, 7. 5, 6 ext. 5 PLIN. epist. 3, 7, 4. 5, 5, 5 VVLG. exod. 21, 18. *et saepius.* super -um: VVLG. II reg. 13, 5 PASS. Matth. 23 p. 250, 12. **3** *iuncturae nominales*: CIC. Catil. 4, 17 cubile ac -um (MART. 10, 30, 17 [cubiculo *var. l.*]. AVELL. p. 107, 13). VAL. MAX. 6, 8, 6 in cubiculum ac -um (TAC. hist. 4, 24, 2. 4, 77, 1. PLIN. epist. 9, 7, 4 de c. ac paene etiam de -o. AVSON. 358 p. 215 P. *cf.* VVLG. exod. 8, 3 cubiculum -i. II par. 22, 11 in cubiculo -orum).

4 *in lusu verborum:* *c.* tectulum: HIER. epist. 117, 9, 1 ne maledici homines sub uno tectulo vos manentes -um quoque criminentur habere communem. *c.* lectio: HIL. AREL. *p. 1088, 53.*

lectuōsus, -a, -um. *ad* lecator *sim. refert Svennung, Kl. Beitr. z. lat. Lautl. 60.* *i. q. gulosus, edax*: VIRG. gramm. epit. 5 p. 28, 2 Samminius ..., quia goela erat matri suae, hoc est -us, Goelanus usque hodie vocitatur.

ˢlēcturio, -īre. *a* legere, *cf.* MACR. exc. gramm. V 636, 13 CONSENT. gramm. V 376, 14 PRISC. gramm. II 429, 12. *al.* *vocem stirpis praes. tantum esse testatur* PRISC. gramm. II 418, 26. 421, 10. 560, 2. *i. q. legere velle* (*sic* GLOSS.^{L} I Ansil. LE 42. *inter verba meditativa habent* DON. gramm. IV 359,10 DOSITH. gramm. VII 406, 3 *al.*): SIDON. epist. 2, 10, 5 *ut versus bonos facias*, opus est, ut sine dissimulatione lectites, sine fine -as. 7, 18, 4 ante legere cessabis quam -ire desistas. 9, 7, 1 curae mihi ... fuit ..., cum merito -remus, plurima tenere, cuncta transscribere. *Steinmann.*

1. lēctus *v.* 2. lego.

2. lēctus, -ūs *m.* *a* legere. SERV. Aen. 12, 95 ab eo quod est 'lego' aut lectio aut -s facit; sed hoc nos dicimus, quod *εὐφωνότερον* ⟨fuerit⟩, sicut nunc ab eo quod est 'voco' 'vocatūs' fecit, non vocationes. PRISC. gramm. III 463, 26 -s *ἡ ἀνάγνωσις*, huius -us. *i. q. lectio* (*ἀνάγνωσις*): MACR. Sat. 3, 14, 1 profer ... in medium, quae de hac quoque parte -u comperisti. *B.*

3. ˢlectus, -ī *et* -ūs *m.* [*ratione non plane perspicua e radice* *legh- (*gr. λέχος etc.*) *formatum. Sch.*] *de orig.*: VARRO ling. 5, 166 ⟨-us et⟩ (*Goetz-Schoell proposuerunt dubitanter*) lectica, quod legebant unde ea[m] facerent stramenta atque herbam ..., nisi ab eo, quod Graeci antiqui dicebant *λέκτρον* -um potius (*cf.* PAVL. FEST. p. 115 -us dictus vel a collectis foliis ad cubitandum vel quod fatigatos ad se alliciat vel a graeco *λέκτρον*. CASSIOD. in psalm. 6, 7 l. 229 ab electis et mollibus herbis [GLOSS. V 370, 1]). *de formis*: -u *pro* -us (*nom. sg.*): CIL I^{2} 1990 *bis.* *neutr.* (*cf.* stratum): CIL II 4514, 20 (*s. II ex.*) ⟨l⟩ecta. VLP. dig. 32, 52, 9 -um. 34, 2, 19, 8 -um. ITIN. Anton. Plac. 2 -um. 23 -a. ANON. Vales. 13, 74 -a. GREG. TVR. Mart. 2, 45 p. 625, 21 -um. GREG. M. epist. 8, 5 p. 8, 22 -a strata (*cf.* 11, 2 p. 261, 22 -os. *v. etiam* lectustratum). FERREOL. reg. 33 tit. -a. BENED. reg. 22, 1 -a. 48, 5 -a (-is *vel* lectulis *var. ll.*). 55, 16 -a (-i *var. l.; cf.* 22, 7 -os, *var. l.* -a). EXPOS. fid. Caspari Anecd. p. 289, 1 -a. GLOSS. -um. *quartae decl.: gramm. doctrina*: SACERD. gramm. VI 480, 32 (= PROB. cath. gramm. IV 29, 31) 'hic -us', 'huius -i'; non, ut quidam imperiti dicunt, 'huius -us' (*afferuntur* CIC. Catil. 1, 9 -o. TER. Ad. 285 -os [lectulos *codd. Ter.*]). PRISC. gramm. II 257, 4 'huius -i', quod tamen etiam 'huius -us' antiquissimi protulerunt (*afferuntur* CORNIF. *et vix recte* PLAVT.). III 444, 36. *de usu* (*vix huc* PLAVT. *p. 1097, 45, qui ceterum formas II^{ae} decl. habet. dubites de* ACT. Petr. 28 p. 75, 10 ut ... ante -u irent [*ibid.* ante -um]): CORNIF. frg. 1 F. -ūs (*nom. pl.*). VARRO frg. Serv. auct. Aen. 3, 631 -u (-o *cod. Ambros.*). *?* SEN. epist. 95, 72 Tuberonis ligneos -us (*sic QB primitus, correctum in* -os, *sed fortasse forma vetusta convenit rei priscae*). CLAVD. carm. min. app. 21, 18 -ūs *gen. sg.* (*ex editione vetere, codd. perierunt*). MARCELL. med. 1, 66 -u. 33, 69 -u (*L*; -o *P, ut traditur sine varia lect.* 20, 30. 78. 96. *al.*). EVSEB. EMES. serm. 5, 15 p. 137, 22 neque domūs ... neque -ūs (-os *corrector codicis*). ITIN. Anton. Plac. rec. A 46 -u (rec. B -o). VICT. VIT. 1, 26 per singulos -ūs. CE 2167, 3 uno -ui (lectulo *coni. dubitanter Hofmann, vol. III 2116, 39*) compositi. GLOSS. *κλίνη. σκίμπους ἢ κράβαττος.* IV 449, 35 -um: spondam. *legitur inde a* PLAVTO *per totam latinitatem, rarissime in poesi heroica* (VERG. Aen. 4, 493. STAT. Theb. *ter.* CLAVD. *ter*). [*dalm.* l'at; *it.* letto; *sard.* léttu; *raet. occ.* let, *or.* yet; *francog.* lit (*in omnibus dial. francog. et francoprov.*); *prov.* liech, łęit *etc., vasc.* łęit *etc.; cat.* llit; *hisp.* lecho; *port.* leito. *cf. M.-L. 4965. Battisti-Alessio III 2212. Wagner II 24. Wartburg V 236 sqq. Corominas III 63. Machado² II 1395. G.*] [*dub.*: PLAVT. Truc. 54 -us (*CD*, electus *B*, *deficit A*) laptiles (electus lapis *Bücheler*, -us sculptilis *Kiessling, alii alia*). *falso trad.* tecto, tectis *pro* -o, -is ACC. trag. 549 (Cic. Tusc. 2, 33). VITR. 6, 3, 10 IVV. 6, 365^{25}. *confunditur c.* lectica (PLAVT. Stich. 704), lectulus (TER. Eun. 593 *et passim, praesertim in codd.* CIC. *et* VVLG.), letum (PROP. 4, 7, 30 LVCAN. 6, 532). *alia v. infra.*]

i. q. λέχος, cubile hominum necnon deorum, fulcrum tam nudum quam stratis opertum (*gr. respondent κλίνη vel κοίτη, ubi nihil adnotatur; maioris pretii est quam* grabatus *p. 1093, 49; ad rem cf. Mau, RE III 370 sqq. Rodenwaldt-Ziebarth, ibid. XI 846 sqq. Lamer, ibid. XII 1101 sqq.*): **I** *vivorum*: **A** *proprie*: **1** *epulantium* (-us tricliniaris VARRO ling. 8, 32 PLIN. nat. 37, 14 LAMPR. Heliog. 20, 4): **a** *hominum*: PLAVT. Amph. 805 cena adposita est; cenavisti mecum, ego accubui simul. :: in eodem -o? (Bacch. 938 Stich. 488 LIV. 28

[Steinmann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

18, 5. PLIN. nat. 8, 5 *elephanti* accubitum iere per -os). Asin. 776 neque illaec ulli pede pedem homini premat, cum surgat, neque ⟨cum⟩ in -um inscendat proximum. Bacch. 72 ut mihi pro equo (preco *codd.*) -us detur, scortum pro scuto accubet. 836 qui sunt in -o illo altero? Curc. 361 deduco pedes de -o clam. Men. 103 ita mensas exstruit . . .: standumst in -o, si quid de summo petas. 353 sternite -os (TER. Haut. 125 CIC. Verr. II 3, 105 PETRON. 21, 5 MART. 8, 67, 6. *al. cf.* ITALA Ezech. 23, 41 [cod. 176, *cf.* VVLG.] sedebas super -um stratum et mensa ornata *est*). Persa 765 quin -is (inlectis *codd.*) nos actutum commendamus? Stich. 704 potius [quam] in subsellio cynica hic accipimur quam in -is (lecticis *codd.*). VARRO frg. Serv. auct. Aen. 3, 631 (*si quidem verba ipsius servata sunt*) 'iacuitque per antrum' hoc verbum de Varrone mutuatus est, qui ait in -o (-u *var. l.*) temulentos iacere, sobrios cubare consuescere. ling. 9, 9 ut, qui triclinium constrarunt, si quem -um de tribus unum imparem posuerunt aut de paribus nimium aut parum produxerunt, una corrigimus . . ., sic *eqs.* CIC. Verr. II 2, 183 triclinio rum -os. HOR. sat. 1, 3, 90 comminxit -um potus. 1, 4, 86 saepe tribus -is videas cenare quaternos. 2, 8, 41 imi convivae -i nihilum nocuere lagoenis (epist. 1, 18, 11 i. derisor -i. SEN. dial. 2, 10, 2 non in medio me -o, sed in imo conlocavit [MART. 6, 74, 1 m. recumbit imus ille qui -o]. SVET. Aug. 64, 3). epist. 1, 5, 1 *v. p. 1098, 72.* LIV. 39, 6, 7 luxuriae . . . peregrinae origo ab exercitu Asiatico (*a. 187*) invecta in urbem est; ii primum -os aeratos . . . Romam advexerunt. VITR. 6, 3, 10 ut de -is (tectis *var. l.*) per spatia fenestrarum viridia prospiciantur. SEN. contr. 9, 2, 24 in ipso triclinio inter -os et iocos et mensas (intellectos et loco et mense *trad.*). SEN. dial. 5, 37, 4 quid interest, quam -i premas partem? CVRT. 8, 1, 43 ex -o repente prosiluit. PETRON. 70, 11 paene de -is deiecti sumus. *?* CIL IV 9172 (*'lectio fere tota incerta' ed.*). MART. 3, 82, 5 iacet occupato galbinatus in -o cubitisque trudit hinc et inde convivas. FRONTIN. (?) strat. 4, 3, 7 neque amplius quam duobus -is discumbebatur apud eum (*Hannibalem*). IVV. 5, 17 tertia ne vacuo cessaret culcita -o. 8, 177 aequa ibi libertas, communia pocula, -us non alius cuiquam nec mensa remotior ulli. TAC. ann. 14, 9, 1 *Agrippina* cremata est . . . convivali -o et exequiis vilibus. PLIN. epist. 8, 21, 2 positis ante -os cathedris amicos collocavi. SVET. Claud. 32 pueris puellisque nobilibus, qui more veteri ad fulcra -orum sedentes vescerentur. *al.* **b** *deorum*: VARRO frg. Non. p. 528, 15 dis coniugalibus Pilumno et Picumno in aedibus -us sternebatur. CORNIF. frg. 1 F. ipsis *deis* . . . ad Cereris memoriae novandae gratia (gratiam, gratiae *var. ll.*) -ūs sternuntur. LIV. 5, 13, 6. 22, 1, 19. 40, 59, 7. AVG. civ. 3, 17 p. 123, 24 D. (*v. p. 1088, 68 sqq.*).

2 *amantium, coniugum* (*vergit apud poetas hic illic ad notionem q. e. uxor* [PROP. 2, 6, 23 *l. 66*], *matrimonium, concubitus* [TIB. 3, 19, 1 *l. 63.* PROP. 2, 18, 35 *l. 67.* OV. epist. 6, 153 *et* met. 6, 429 *l. 75.* STAT. *l. 81.* IVV. 6, 21 *l. 82*]): PLAVT. Amph. 513 prius abis, quam -us (*nom., v. Lindsay ad Capt. 826 et Hofmann, IF 42, 1924, 85*; -i *Itali*), ubi cubuisti, concaluit locus. 808 in eodem -o tecum una *cubui* in cubiculo. Asin. 221 esca est meretrix, -us inlex est, amatores aves. Poen. 697 in lepido loco, in -o lepide strato lepidam mulierem complexum contrectare. Pseud. 215 tibi . . . -us dabitur, ubi tu hau somnum capias, sed ubi usque ad languorem — : tenes, quo se haec tendant, quae loquor. POMPON. Atell. 1 cum datatim in -o tecum lusi. CIC. Cluent. 14 -um . . . genialem, quem . . . filiae suae nubenti straverat (*v. vol. VI 2, 1806, 81 sqq.*). LABER. mim. 30 mater familias tua in -o adverso sedet (PROP. 4, 11, 85 seu tamen adversum mutarit ianua -um). CATVLL. 68, 6 in -o caelibe (OV. epist. 13, 107). VERG. Aen. 4, 496 -um . . . iugalem, quo perii (*v. p. 624, 24 sqq.*). TIB. 1, 2, 19 illa *Venus* docet molli furtim derepere -o. 1, 5, 7 furtivi foedera -i (*v. vol. VI 1, 1005, 7 sqq. cf.* PROP. 3, 20, 21 ubi non certo vincitur foedere -us. MART. CAP. 9, 902 virgo deusque sacro sociabunt foedera -o). 1, 9, 57 semper sint externa tuo vestigia -o (PROP. 2, 9, 45 nec domina ulla meo ponet v. -o. *cf.* LIV. 1, 58, 7 v. viri alieni . . . in -o sunt tuo). 3, 19, 1 nulla tuum nobis subducet femina -um. PROP. 2, 1, 45 angusto versantes proelia -o. 2, 2, 1 liber eram et vacuo meditabar vivere -o (3, 6, 23. 33. OV. met. 10, 437 legitima vacuus . . . coniuge -us. 11, 471 STAT. silv. 1, 2, 162). 2, 6, 23 felix Admeti coniunx et -us Vlixis. 2, 18, 35 ipse tuus semper tibi sit custodia -us. 2, 20, 24 non numquam -i copia facta tui. 2, 32, 55 quis potuit -um servare pudicum? 2, 34, 17 -o te solum, -o te deprecor uno: rivalem possum non ego ferre Iovem. 4, 8, 27 cum fieret nostro totiens iniuria -o. OV. am. 3, 11, 45 per . . . -i socialia iura (epist. 9, 159 per i. sacerrima -i. SEN. Tro. 877 ad sancta -i i. legitimi). ars 1, 743 non Actorides -um temeravit Achillis. 2, 377 socii deprensa paelice -i. epist. 1, 7 non ego deserto iacuissem frigida -o. 1, 81 viduo discedere -o (LVCAN. 5, 806). 4, 127 meriti -um reverere parentis. 6, 153 *Medea* -i . . . subnuba nostri. met. 6, 429 non pronuba Iuno, non Hymenaeus adest, non illi Gratia -o. 10, 465 accipit obsceno genitor (*Cinyras*) sua viscera -o. SEN. contr. 7, 5, 5 si patrem occidi, totus mihi -us purgandus est (*i. etiam noverca necanda est*). VAL. MAX. 9, 5, 3 maritalis -i blanditiis (SCHOL. Iuv. 6, 131). LVCAN. 8, 411 *Cornelia* stabit barbarico coniunx millesima -o. STAT. silv. 1, 2, 60 ubi quondam conscia culpae Lemnia deprenso repserunt vincula -o. MART. 8, 46, 5 tu Ganymedeo poteras succedere -o. IVV. 6, 21 anticum et vetus est alienum . . . -um concutere. 6, 365[25] *cinaedus* erit in -o (tecto *cod.*) fortissimus. *al.*

3 *infirmorum*: **a** *nude*: PLAVT. Cas. 38 in morbo cubat, immo hercle vero in -o, ne quid mentiar. RHET. Her. 3, 20, 33 aegrotum in -o cubantem. VARRO Men. 447 cum in eborato -o . . . cubare videas aegrotum. CIC. fam. 9, 23 dixit te in -o esse, quod ex pedibus laborares. LVCR. 6, 1249 in -um (iniectum *codd.*) maerore dabantur. HOR. sat. 1, 1, 81 si condoluit temptatum frigore corpus aut alius casus -o te adflixit. PROP. 2, 4, 11 non eget hic medicis, non -is mollibus aeger. 2, 9, 27 cum capite hoc Stygiae iam poterentur aquae et -um flentes circumstaremus amici. OV. met. 7, 572 tanta . . . sunt miseris invisi taedia -i (*cf. Mart. 6, 70, 3* t. lectuli). CELS. 2, 15, 4 suspendi -us debet et moveri (3, 18, 15. CAEL. AVR. gyn. 2, 10 -o suspenso [*Soran. 3, 14, 1 διὰ κλινιδίου κρεμαστοῦ*]. *cf.* 2, 29 in pensili -o [*Soran. 3, 28, 3 ut supra*]). 4, 8, 3 caput *aegroti* . . . etiam in -o sublime habendum est. 7, 29, 1 resupinam mulierem transverso -o . . . collocare. 8, 20, 8 in -o detineatur *aegrotus*. SEN. epist. 17, 12 nihil refert, utrum aegrum in ligneo -o an in aureo colloces. IVV. 6, 594 iacet aurato vix ulla puerpera -o (*cf.* CLAVD. 22, 343 residet fulgente puerpera -o). *al.* **b** *c. gen. explic.*: ITALA psalm. 40, 4 (Veron. *al.* = VVLG.) super -um doloris (*gr. ὀδύνης*, HIER. psalt. sec. Hebr. infirmitatis [*hunc locum respiciunt* AVG. serm. 88, 8, 7 SALV. eccl. 3, 87]). SACR. Greg. 208, 1 aegritudinis. PETR. CHRYS. serm. 30 p. 285[B] malae valetudinis.

4 *scribentium*: SEN. epist. 72, 2 quaedam . . . sunt, quae possis et in cisio scribere, quaedam -um et otium et secretum desiderant. PERS. 1, 52 quidquid . . . -is scribitur in citreis.

5 *vario usu*: PLAVT. Bacch. 108 sequere . . . me intro in -um, ut sedes lassitudinem. Truc. 963 meum quidem te -um certe occupare non sinam. CAECIL. com. 277 qui nobis in mundo futurum -um *esse dicam, nescio.* CATO agr. 10, 5 -um in cubiculo I, -os loris subtentos IIII et -os III (25 vinaceos cotidie recentis succernito -o restibus subtento vel cribrum illi rei parato. *cf.* VARRO Men. 523 uvas . . . extendit in -i sponda (in -is quondam *trad.*]). 11, 3. 13, 1 -um stratum, ubi duo custodes *torcularii* cubent. TER. Eun. 593 eam in -o (lectulo *var. l.*) illae collocarunt. Ad. 520 ita se defetigarit velim, ut . . . e -o nequeat surgere. TITIN. com. 75 -um hodie stratum vidi . . . mulieris. LVCIL. 16 'clinopodas . . .', ut diximus semnos ante, 'pedes -i'. ACC. trag. 53 Aegisthus si me [esse] eodem -o comitasset patri. AFRAN. com. 247 neptis . . . de -o frigit. 413 (*lectione incerta*). RVT. RVF. hist. 13 *Scipio in castris* primum contra consuetudinem imperatorum ipse pro -is lecticis utebatur. VARRO frg. Non. p. 540, 32 in -o togas ante habebant. Men. 227 singulos -os stratos ubi habuimus. 434 eburneis -is et plagis sigillatis. 448 in testudineo -o culcita plumea in die dormire. ling. 5, 168 qua simplici scansione scandebant in -um non altum, scabellum, in altiorem, scamnum. 8, 32 -os non omnis paris magnitudine ac figura faciunt; quod ⟨si⟩ esse[n]t analogia petenda supellectili, omnis -os haberemus domi ad unam formam et aut cum fulcro aut sine eo, nec cum ad tricliniarem gradum, non item ad cubicularem (*cf.* 9, 47 alios ex ebore, alios ex testudine *eqs.*). rust. 1, 2, 25 *ad interficiendos cimices* unguito -um (ANON. med. ed. Piechotta 139. *cf.* MART. 11, 32, 1 tritus cimice -us). CIC. inv. 2, 14 se in suum -um recepit. div. 2, 129 deos . . . concursare omnium mortalium . . . non modo -os, verum etiam grabatos. 2, 134 ovum pendere ex fascea -i . . . cubicularis (*Chrysipp. frg. 1201 Arnim*). CATVLL. 31, 10 desiderato . . . acquiescimus -o. 50, 11 ut . . . toto . . . -o versarer (*15* lectulo). LVCR. 4, 849 fessum corpus mandare quieti multo antiquius est quam -i mollia strata (*cf.* IVVENC. 4, 174 *duo* uno . . . recubantes stramine -i). SALL. Iug. 71, 1 fessus in -o quiescebat. NEP. Dion 9, 4 in -o cubantem. OV. ars 3, 542 contempto colitur -us et umbra foro (am. 1, 9, 42. IVV. 7, 105 genus ignavum, quod -o gaudet et umbra). fast. 2, 337 *Faunus* venerat ad strati captata cubilia -i. met. 11, 657 -o incumbens. PAVL. FEST. p. 66 cubans auspicatur, qui in -o quaerit augurium. VAL. MAX. 1, 7 ext. 10 -um ac somnum repetiit. 3, 1, 2 in -o . . . considere. PETRON. 26, 6 abiecti in -is . . . reliquam exegimus noctem. 63, 7 baro . . . se proiecit in -um. PLIN. nat. 9, 39 testudinum putamina secare in laminas -osque et repositoria his vestire Carvilius Pollio instituit. 33, 144 (*cf.* 1, 33, 51) -os . . . iam pridem mulierum totos operiri argento, quaedam et triclinia. PRVD. perist. 5, 217 (*de instrumento martyrii*) serrata -um regula dente infrequenti exasperat, cui multa carbonum strues vivum vaporat halitum. CE 1988, 12 prima toro delapsa fuit, eadem ultima -o se tulit ad quietem. *al.* *c. gen. explic.*: ITALA psalm. 131, 3 (Veron. *al.*, *cf.* VVLG.) si adscendero in -um stratus mei (*gr. ἐπὶ κλίνης στρωμνῆς μου*).

B *in comparationibus fere proverbialibus*: VARRO Men. 586 (Non. p. 206, 26 fulmentum neutro, ut est in proverbio veteri, quo Varro utitur saepius) fulmenta -um scandunt. HOR. epist. 1, 5, 1 si potes Archiacis conviva recumbere -is nec modica cenare times holus omne patella (PORPH.: Archias breves -os fecit). SEN. frg. 114 qui huius-[ce]modi . . . versus amant, liqueat tibi eosdem admirari et Soterichi -os. VVLG. prov. 25, 11 mala aurea in -is argenteis qui loquitur verbum in tempore suo.

II *mortuorum*: **A** *in quo mortuus ante sepulturam ponitur*: CIC. leg. 2, 60 quod erat factitatum, ut uni plura ⟨funera⟩ fierent -ique plures sternerentur, id quoque ne fieret, lege sanctum est. VARRO ling. 5, 166 ubi -us mortui fitur (fertur *var. l.*), dicebant feretrum nostri, Graeci *φέρετρον*. TIB. 1, 1, 61 flebis et arsuro positum me, Delia, -o. PROP. 2, 11, 3 omnia . . . tecum uno munera -o auferet extremi funeris atra dies. 2, 13, 21 nec mihi . . . fulcro sternatur -us eburno. 3, 13, 17 ubi

[Steinmann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

mortifero iacta est fax ultima -o (*cf.* 4, 11, 10 subdita . . . -o fax). 4, 7, 30 illuc iussisses -um (letum *var. l.*) lentius ire meum. Ov. met. 8, 538 *mulieres* oscula dant ipsi *corpori*, posito dant oscula -o. 14, 753 impositum -o . . . Iphin. Epiced. Drusi 207 certat onus -i (luctu *trad.*) generosa subire iuventus. Liv. 38, 55, 2 *Terentium Culleonem* pilleatum, sicut in triumpho *P. Scipionis* ierat, in funere quoque ante -um isse. perioch. 48 p. 55, 13 praecepit filiis, -o se strato [sine] linteis, sine purpura efferrent. Sen. contr. exc. 6, 6, 1 versae sunt in exsequias nuptiae mutatusque genialis -us in funebrem (*v. vol. VI 1, 1581, 16 sq.*). Vell. 1, 11, 7 mortui eius -um pro rostris sustulerunt quattuor filii. Val. Max. 2, 10, 3 -i . . . frontem Macedonicis triumphis . . . adornatam. Sen. dial. 10, 20, 3 componi se in -o et velut exanimem a . . . familia plangi iussit (Pers. 3, 104 alto compositus -o). Petron. 42, 6 bene elatus est, vitali -o, stragulis bonis. Plin. nat. 10, 122 constratum -um super Aethiopum duorum umeros. Mart. 3, 93, 24 *anui nupturienti* sternatur Acori de triclinio -us, talassionem qui tuum decet solus. 11, 54, 3 quae de Stygio rapuisti cinnama -o. Anth. 415, 30 spem, quamvis -o iam referatur, habet. *al.* *de* Lvcan. 6, 532 *v. s.* letum. **B** *peculiariter de loco, ubi cadaver conditur*: CIL I² 1990 L. Vecilio Vo. f. . . . -u(s) I datus; Vecilio L. f. . . . -u(s) I.

stilistica: **1** -um sternere: Plavt. Bacch. 756 Men. 353 Most. 327 Poen. 697 Stich. 357. 678 Ter. Haut. 125. 903. *et passim.* -us stratus: Cato agr. 13, 1 Titin. com. 75 Varro Men. 227. 262 Cic. Phil. 2, 67 Prop. 3, 6, 11 Petron. 71, 2. *al. cf.* constratus Apvl. met. 9, 2, 6. *eodem sensu* -um exstruere: Svlp. Sev. epist. 1, 10. **2** *quaeritur 'ubi'*: in -o: Plavt. Amph. 805 Bacch. 836 Ter. Eun. 593. *et passim.* super -um: Petron. 9, 2 Tert. orat. 16 p. 190, 6 Itala gen. 48, 2 (Lugd.). Vvlg. I reg. 28, 23. *al.* *abl. nudus* -o: Catvll. 31, 10. 50, 11 Hor. sat. 1, 4, 86 epist. 1, 5, 1 Tib. 1, 1, 43. 61 Prop. 1, 8, 33 Cvrt. 8, 8, 9 Plin. epist. 7, 27, 12. *al.* **3** *in lusu verborum*: *c.* illectus: Plavt. Bacch. 55 (*v. vol. VII 1, 366, 76*). *c.* illex: Plavt. Asin. 221 -us inlex est. *c.* tectum: Cic. Verr. II 5, 26 non modo extra tectum, sed ne extra -um quidem. Att. 5, 16, 3 quattuor -os et tectum. Ps. Hil. libell. 19 p. 90, 28 sub uno cubant tecto aut in uno dormiunt -o. Avg. serm. 179, 6, 6 *alicui* -um sternere, *aliquem* tecto suscipere. *c.* locus, lar (Avien.): Ov. ars 2, 329 -umque locumque (3, 663 met. 11, 472 trist. 4, 3, 23). Avien. Arat. 1855 *lupus* affectans . . . locos hominum -umque laremque (*gr. 1127 λέχος tantum*).

deriv.: lectica, lecticulus (-um), lectina, 2. lectorium, lectualis, lect(u)arius, lectulus.

compos.: lectilucta, lectisternium, *?* lectustratum.

? **lectustrātum**, -ī *n.* *ex* 3. lectus *et* sternere *conflatum, nisi* lecta strata *legendum est, cf. p. 1096, 44.* *i. q. lectus stratus*: Greg. M. epist. 13, 18 p. 385, 16 -a, *ubi* lectu(s)stratu, lectistrata *var. ll.*

Steinmann.

lēcythion *n.*, *ληκύθιον.* *nomen versus*: Frg. Bob. gramm. VI 621, 12 dimetrum catalecticum, quod -n (lecton *cod.*) et euripidion vocatur.

lēcythus, -ī *m.*, *pl.* -oe *f.*, *λήκυθος f.* *scribitur in codd. etiam* legi-, lec(h)it-, -ith-, -inth- *necnon* lic-. *neutr.* -um Evcher. *i. q. ampulla olei*: Varro Men. 573 (Non. p. 550, 9) oleum in lucubrationem servabimus quam in asparagos totum (totam *edd.*) -um evertamus. Pap. Corp. 208, 13 (*ca. a. 100*) -oe duae. Vvlg. III reg. 17, 12 habeo . . . paululum olei in -o. 17, 14 nec -us olei minuetur (17, 16 -us o. non est imminutus. *huc spectant* Evcher. instr. 2 p. 148, 6 -um in regnorum: ampulla olearia [Gloss. V 505, 49 -us: ampulla o. vel vas similis flasconis]. Max. Tavr. serm. 61 p. 657A). *vox ipsa graeca textibus latinis inseritur Cic. Att. 1, 14, 3 Plin. epist. 1, 2, 4 notione ad stilum translata, cf. vol. I 2019, 3 sqq.*

lēda, lēdanum *v.* lada, ladanum.

ledavi CIL III 11884 (= Inscr. Baiuar. Vollmer 77; *lapis periit*). *obscurum, fort. nom. propr.*

ledo, -ōnis *m. vel f.* [*peregrinum videtur. Sch.*] *i. q. accessus maris* (Gloss. V 571, 37 -es: maiores aestus. 602, 47 -o: maris aestuatio): Isid. ord. creat. 9, 4 -is et malinae . . . vicissitudines. 9, 5 -is assisa . . .; malinae autem assisa *eqs.* 9, 6 malinae . . ., -es.

lēdon *n.*, *λῆδον.* *cf.* lada. *nomen herbae*: Plin. nat. 26, 47 -n appellatur herba, ex qua fit *ladanum* in Cypro barbis caprarum adhaerescens. *B.*

***lēgālis**, -e. *a* lex (Gloss.), *cf.* regularis *sim.* *abl.* -e Conc. Turon. a. 567 p. 129, 23 (-i *var. l.*). *compar.* Novell. Iust. 24, 4 ad -iorem mutatum figuram (*gr. πρὸς τὸ νομιμώτερον*). Gloss. -e: legitimum. *legitur rarius quam* legitimus *in prosa inde a* Qvint., Apvl., Tert., *apud iurisconsultos non ante* Coll. Mos. (*de lege Mosaica*), Consvlt.; *in poesi* Prvd. perist. 10, 530 Pavl. Nol. carm. 22, 154 Prosp. carm. de ingrat. 853. [*francog. vet.* leal (> *it.* leale), leial, *francog.* loyal (*item in nonnullis dial. francog. et francoprov.*); *prov.* leial *etc.*; *cat.* lleyal; *hisp., port.* leal. *cf. M.-L. 4968. Battisti-Alessio III 2189. Wartburg V 239 sqq. Corominas III 83. Machado² II 1390. G.*] [*confunditur c.* regalis Tert. coron. 6 l. 6 monog. 7, 1 Spart. Sept. Sev. 21, 8. *al.*]

1 *i. q. quolibet modo ad leges pertinens*: **a** *adi.*: *α t. t. rhet.* (*gr. νομικός, opp. fere* rationalis; *distinguitur* legitimus *p. 1100, 8; de doctrina statuum v. Barwick, Philol. 108, 1964, 80 sqq.*): Qvint. inst. 3, 5, 4 in scripto sunt *quaestiones* de iure, in non scripto de re: illud rationale, hoc -e genus Hermagoras atque eum secuti vocant, id est *νομικόν* et *λογικόν* (3, 6, 86 Fortvn. rhet. 1, 8 p. 87, 1. *et passim*). 3, 6, 38 scripto quattuor partes -es . . . subiecit *Celsus Cornelius* (3, 6, 82). 3, 6, 45 coniecturalem, -em, iuridicalem *statum* (3, 6, 46. *al.* Fortvn. rhet. 1, 11 p. 89, 26. 1, 22 p. 97, 26 Grill. rhet. p. 79, 27 M. Mar. Victorin. rhet. 1, 8 p. 179, 16 quattuor -es non constitutiones, sed st. vocat *Cicero.* Svlp. Vict. rhet. 46 p. 342, 7 dividitur negotialis -is legitimo, iusto *eqs. al.* Mart. Cap. 5, 466 *opp.* principales. *et saepius*). 3, 6, 46 a plerisque status appellantur, cum quibusdam -es potius quaestiones eas dici placuerit (3, 6, 50. *al.* Avg. rhet. 11 p. 143, 19 q. quattuor, quas inventores *νομικάς*, nos -es appellamus. Mart. Cap. 5, 460 q. -es, quas tamquam status causis incidere memoravi. Sidon. epist. 8, 16, 4 veternosus -um q. aenigmatista). 3, 8, 4 aliquando etiam -es possunt incidere tractatus. 3, 8, 58 -is materia (*i. controversiarum*). Grill. rhet. p. 74, 10 M. *constitutiones.* Mar. Victorin. rhet. 1, 12 p. 193, 25 definitio -is (Cassiod. inst. 2, 2, 4 Isid. orig. 2, 5, 9). Ivl. Vict. rhet. 3, 9 tit. de metalepsi, id est rationali et -i. 3, 10 tit. de translatione -i. Ennod. epist. 1, 5, 10 p. 12, 5 illas dicendi -es angustias. *al.* *β usu vario* (*maxime respiciuntur leges test. vet.*): Tert. adv. Marc. 4, 38 p. 550, 5 (*ad deut. 25, 5*) secundum praeceptum -e (Gavdent. serm. 15, 19 G. Rvfin. Orig. in Ios. 9, 9 p. 356, 1, *ubi opp.* euangelicis [Tract. Pelag. p. 85 -ia et prophetalia et e. atque apostolica. *al.*]. *et saepius*). monog. 7, 1 vetera . . . instrumenta -ium scripturarum. Spart. Sept. Sev. 21, 8 Papinianum, iuris asylum et doctrinae -is thesaurum (Hil. in Matth. 14, 10. Pelag. in I Cor. 9, 21 *opp.* rationabilibus argumentis. *al.*). Gavdent. serm. 9, 44 G. litterae. Fvlg. aet. mund. p. 149, 27 petra -bus titulis mancipata (*cf.* Pavl. Nol. carm. 22, 154 quae docuit tabulis -bus indita Moyses aut euangelici quae lex nova testamenti signat. Primas. in apoc. p. 879B decalogum). Hier. epist. 121, 8, 7 scita. Pelag. in Rom. 8, 34 mandatorum (Leo M. serm. 92, 1. *al.*). Avg. serm. coll. Morin p. 351, 21 -is et prophetica praenuntiatio. Vincent. Aug. epist. 93, 51 disputationibus (Fvlg. Rvsp. ad Monim. 3, 1 p. 196B haec est eorum ratiocinatio . . ., haec -is d.). Hesych. in lev. 1, 14/17 p. 801B -ium verborum subtilitas (Isid. orig. 5, 24, 14 difficultatem). Leo M. serm. 36, 2 scientiae. Salv. gub. 4, 70 scripta. Max. Tavr. serm. app. 25 p. 900C in . . . -bus et in aliis canonicis et divinis libris (Dionys. Exig. Proter. epist. 1). *al.*

b *n. pl. pro subst.*: Conc. Carth. a. 411 Mansi 4, 221A (*verba Emeriti*) si forensis regulae ordinem tenent . . .; si autem -bus magis cupiunt in iudicio conluctari, divinis scripturis non eis necesse est respondere. 222B (*verba Petiliani*) si modo se ad -ia convertant ipsiusque legis quaerant responsa atque iudicia.

2 *i. q. lege constitutus, legi conveniens*: Tert. coron. 6 l. 6 legem naturalem . . . et naturam -em (*respicitur Rom. 2, 14* naturaliter ea, quae legis sunt, faciunt). ieiun. 14 p. 292, 27 Iudaicarum caeremoniarum, . . . -ium sollemnitatum (*cf.* Ps. Rvfin. in Am. 5, 25/27 p. 1083A caeremonias -es). adv. Marc. 4, 25 p. 507, 18 vitam. 5, 4 p. 581, 27 Christianismi generositatem in filio Abrahae ex libera nato allegoriae habere sacramentum, sicut et Iudaismi servitutem -em in filio ancillae. Optat. 1, 10 p. 11, 19 nullis -bus sacramentis et sine iure honesti matrimonii. Gavdent. serm. 2, 9 G. paschae (4, 7). 5, 5 calciamentorum (*cf. exod. 12, 11*). 15, 21 observationum (*cf.* Sidon. epist. 8, 13, 4 observantiae [Alc. Avit. hom. 7 p. 113, 31]). Hier. in Ezech. 4, 16/17 p. 50D panes *paschales.* Prvd. perist. 10, 530 -e damnum deputemus praemiis (*cf. 479* membra . . . casura . . . lege naturae suae). Consvlt. 2, 5 personas (legitimam *5, 2. 6, 2*). 7, 7 dignus ac -is numerus iudicum. 7, 8 si . . . putant iustum vel -e. Conc.S I 3 vers. Tur. p. 88, 22 iustam -emque . . . sententiam protulit *synodus* (*gr. I 1, 2 p. 67, 26 ἔννομον*). Boeth. cons. 4, 5, 3 W. poenarum (Greg. Tvr. glor. conf. 61). Apon. 3 p. 55 coniunctio (*cf. 6 p. 107* legitimum coniugium). Cassiod. hist. 9, 14, 18 ordinationem tamquam -em suscepit . . . concilium (*Theodoret. 5, 9, 16 ἔνθεσμον. antea*: regulariter ordinarunt, *gr. κανονικῶς*). var. 1, 8, 3 sponsione (positione *var. l.*). Lex Visig. 3, 2, 2 successione. Greg. M. past. 4 p. 126B -is tori connubium. *al.* *pro subst.*: Itala Ezech. 5, 7 (Ps. Cypr. singul. cler. 30) in -bus meis non ambulastis (*gr. νομίμοις, Vulg.* praeceptis. 20, 18 [*ibid.* 35] in -bus patrum vestrorum [*gr. et Vulg. ut antea*]. *cf.* legitimus).

3 *peculiaria*: **a** *fere i. q. legifer* (*redditur Plat. Gorg. 464b νομοθετική*): Qvint. inst. 2, 15, 25 quod *Plato* duas partes civilitatis corpori adsignet . . ., duas animo, -em atque iustitiam, adulationem autem . . . -is cavillatricem *vocet.* Apvl. Plat. 2, 9 altera . . . -is est, iuridicialis altera. **b** *poetice* -is origo *i. q. legum o.*: Drac. Orest. 892 proceres, -is origo ('*i. qui leges fertis*' *Vollmer. potius cf. 936* duces legum).

adv. ***lēgāliter.** *i. q. modo legali, secundum legem*: Coll. Mos. 1, 5 pr. Moses -r dicit: '. . .' (*affertur num. 35, 22 sqq.*). Consvlt. 2, 5 respondendum est -r. 3, 1 quod mandatum neque gestis -r fuerit allegatum. 3, 2 quod et consuetudinis est et re vera -r observatur (*antea*: sicut est legitimum). Iren. 4, 25, 3 (4, 39 H.) quaedam . . . praenuntiari paternaliter a patribus, quaedam . . . praefigurari -r a prophetis. 5, 21, 2 (*v.* legitime). Expos. mundi 10 gens . . . vivens sine imperio transigit -r (*cf.* Greg. M. moral. praef. 4 qui sine lege -r vixit). Hilarian. curs. temp. p. 156, 20 qui sit mensis primus, -r demonstrabimus

[Hübner]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(*cf. pasch. 3* ex legis traditione). PETIL. Aug. c. Petil. 2, 49, 113 -r loquitur *diabolus*, qui nititur contra legem. 2, 56, 127 de ipsa lege sanctissima -r disputemus (*affert I Tim. 1, 8* bona est lex, si quis ea legitime utatur). CONC. Carth. a. 411 Mansi 4, 212C -r agere (219C -r agit an more forensi? *cf. p. 220A* f. m. a. an ecclesiastico?). HESYCH. in lev. 13, 18 p. 941ff *Christus* prius -r circumcisus . . ., euangelice postea conservatus. CONC.S I 3 vers. Tur. p. 117, 10 neque -r neque canonice *eqs.* (II 3, 3 p. 88, 29 *seq.* regulariter atque -r. *al.*, *gr. ubique* ἐνθέσμως). CASSIOD. hist. 5, 21, 9 -r immutabiliterque (*Theodoret. 2, 19, 9* ἔννομα). *al.*

compos.: illegalis. *cf.* extralegalis.

lēgāmen *v.* ligamen.

legaricum (-gā- *?*), -ī *n.* [*qua ratione cum* legumen *coniungendum, non liquet. Sch.*] *fere i. q. legumen*: VARRO rust. 1, 32, 2 serendum viciam, lentem, cicerculam, erviliam ceteraque, quae alii legumina, alii, ut Gallicani quidam, -a (-cia *Politianus*) appellant, utraque dicta a legendo, quod ea non secantur, sed vellendo leguntur.

[lēgātārium *v. l. 48*]

***lēgātārius**, -a, -um. *a* legare (legatum, legatus), *cf.* hereditarius *al.* *scribitur* li- *hic illic in codd.*, -tor- EPIST. Austras. 34 (*at* 27 -tar-). GLOSS. dispensator, distributor. testationis est. *legitur inde ab* ALF. dig.; *deest in poesi.* *transit in sermonem gr.* λεγατάριος (MOD. dig. 26, 6, 2, 3 GLOSS. III 454, 21), ληγατάριος (COD. Iust. 1, 3, 45, 5. 6, 4, 4, 18a THEOPHIL. 2, 10, 11. *al.*). *cf.* COD. Iust. 1, 3, 45, 6 legatarίων. [*var. l. minus probanda* CIC. *p. 1104, 80.* *vix recte trad.* VEN. FORT. expos. symb. 28 'sub Pontio Pilato' . . . ligatus (leg- *var. l.*) dominus, magis -us (lig-, legitarius *var. ll.*, '*fort.* ligaturus' *Leo*).]

1 *pertinet ad legatum testatoris*: **a** *pro subst. i. qui legatum a testatore accipit*: **α** *masc.*: ALF. dig. 32, 60, 2 ut *penum* . . . heredes -o darent. LABEO dig. 18, 4, 24. IAVOL. dig. 35, 2, 61 neglegentia eius *heredis* nocere -is non debet. SVET. Galba 5, 2 *ex testamento Liviae Augustae* sestertium . . . quingenties praecipuum inter -os habuit. GAIVS inst. 2, 108 qui in potestate heredis aut [in] -i est cuiusve heres ipse aut -us in potestate est *eqs.* 2, 194 *legatum* post aditam hereditatem . . . res -i fit. 2, 251 sq. qui recipit hereditatem, aliquando heredis loco est, aliquando -i; olim autem nec heredis loco erat nec -i, sed potius emptoris. 2, 254 -i partiarii . . ., id est eius -i, cui pars bonorum legatur, quae species legati partitio vocatur, quia cum herede -us partitur hereditatem *eqs.* (2, 257 VLP. reg. 25, 15 INST. Iust. 2, 23, 5). 2, 260 quamvis a -o legari non possit *res* (*sim.* 2, 271 VLP. reg. 24, 20). *al.* SCAEV. dig. 2, 15, 3 pr. (*rescriptum Antonini et Veri*) transactione . . . neque testamentum rescissum videri posse neque manumissis vel -is actiones suae ademptae. VLP. dig. 29, 4, 1, 11 -i ceterique, qui quid in testamento acceperunt. reg. 1, 21 non valere constat, quod loco non adeuntis -i patres heredes fiunt. PAVL. dig. 41, 3, 14, 1 in re legata . . . -us quodammodo quasi heres est. *et saepius ap. iurisconsultos.* SORT. Sangall. 9, 11 ut am⟨ic⟩os tuos -os dimittas. SCHOL. Iuv. 9, 62 'legatum fiet' id est -o donabitur (*vix abl. neutr. pro subst.*). SALV. eccl. 3, 81 oblitus salutis tuae de -is novis cogitas, de locupletando herede suspiras. *minus technice*: EVAGR. vita Anton. 92 -us . . . Antonii *Athanasius* . . ., qui tritum pallium cum melote imperio eius meruerat accipere (*Migne gr. 26, 972C* τῶν λαβόντων δὲ ἕκαστος τὴν μηλωτὴν . . . καὶ τὸ . . . ἱμάτιον, *Vita Anton.* acceperunt *tantum*). **β** *fem.*: SCAEV. dig. 32, 4, 10 post mortem -ae. 33, 2, 32, 2. PAPIN. dig. 7, 9, 11 cum uxore -a. VLP. dig. 33, 4, 2 pr. esse . . . mulierem -am nemo est, qui dubitet. *al.*

b *pro adi. i. q. legato institutus*: TERT. spect. 6 p. 8, 10 (*fort. e Suet., frg. p. 334, 16*) inter quos *ludos* etiam privatorum memoriis -ae editiones parentant.

2 *pertinet ad legationem, vertitur* πρέσβυς *sim.* (*accedit gen. rei mandatae l. 69*): RVSTIC. Conc.S I 4 p. 63, 2 mandator⟨i⟩um synodi Orientalis ⟨Iohannis⟩ episcopi . . . ad -os suos (*gr. I 1, 3 p. 36, 37* τοῖς ἀποσταλεῖσι, *I 3 p. 176, 9* qui missi sunt, *I 5 p. 368, 1* legatis). CASSIOD. hist. 7, 24, 9 hoc . . . libellos -os obligans (*Socr. 4, 12 p. 489A* πρέσβεις). 10, 33, 1 supervenit -us Romanorum *eqs.* (*Theodoret. 5, 39, 18* πρεσβευτής). 11, 15, 18 misit pro pace petenda -um quendam Maxim⟨in⟩um (*Socr. 7, 20 p. 780B* πρεσβευτήν). EPIST. Austras. 19 cum -i vestri ad nos pervenerint (*antea*: legatio). 27 -is . . . aliqua verbo intimanda mandasse. 34 praesentium -os (37). 42 *ter.* ANTHIM. tit. Anthimi viri illustris comitis et -i. GLOSS. V 550, 8 caduceum: virga -i, a quo caduceatores dicuntur (*cf. Serv. Aen. 4. 242* legati pacis).

compos.: collegatarius.

lēgirupus, -a, -um. *fort. subest nomen* legirupa *pro fem. habitum.* *i. qui legem rumpit* (-us GLOSS.): PRVD. ham. 238 elementa ... -is (-ger- *cod. Urbin.*) quassantia viribus orbem.

lēgislātio, lēgislātor *v.* latio, lator.

lēgislātus, -a, -um. *a* lex *et* ferre (2. latus) *sec. iuncturas sollemnes* legislatio, legislator. *i. q. lege sanctus*: NOVELL. Iust. 21, 2 quae a nobis sunt -a (*gr. τὰ παρ' ἡμῶν νομοθετηθέντα*).

lēgisperītus *v.* peritus.

ʔlēgitimārius, (-a, -um). *si probatur, a* legitimus. CHIRON 773 purgationem iumenti ad eos, qui sunt in grege legit[t]imari (*'admissarii?' Oder coll. p. 1113, 55; Hippiatr. gr. I p. 371, 26 τοὺς ἐν ταῖς ἀγέλαις tantum, cf. II p. 252, 3; nomen viri proprium latere putat Bücheler*).

ˢlēgitimus, -a, -um. *a* lex; *cf.* VARRO ling. 6, 66. *scribitur* -tum- LAVD. [Turiae] (CIL VI 1527) 1, 21 DECRET. decur. Pis. de C. Caesare (CIL XI 1421) 41 *et saepius in codd.* *litteris vel formis graecis* NOVELL. Iust. *et* THEOPHIL. inst. Iust. *saepius.* *abbreviatur* leg CIL VIII 2341. 4193. *al.*, legit *ibid.* 7990 *bis* (*sed* 7991 *iuxta* legitim, *quod etiam* 8300 *et saepius legitur*). *compar. et superl. desunt* (-us maxime *p. 1113, 77*). GLOSS. *νόμιμος.* -a: iudicia, praecepta. GLOSS.^{L} III Abol. LE 26^{2} -a: legalia. *legitur inde a* RHET. Her., CIC., CAES.; *in poesi inde ab* HOR., OV. [*langob. vet.* leemo, *apul.* lešitəmə; *sard. centr. vet.* leítimu; *francoprov. vet.* leiesmo, *francoprov.* leimo, làimo, lème, lwẽmo; *prov. vet.* legisme, *prov.* lèime, -o, *aquitan.* leime; *cat.* lledesme; *hisp.* lindo; *port. vet.* leedimo, leidemo, lijdemo, *port.* lídimo. *cf. M.-L. 4971. Battisti-Alessio III 2196. Wagner II 20. Wartburg V 245 sq. Corominas III 101 sqq. Machado² II 1413. G.*]

I *i. q. quolibet modo ad leges pertinens*: **A** *de rebus variis*: **1** *t. t. rhet.*: RHET. Her. 1, 11, 18 constitutiones ... tres sunt: coniecturalis, -a, iuridicialis (1, 11, 19 -a est c., cum ⟨in⟩ scripto aut e scripto aliquid controversiae nascitur *eqs. et saepius in opere eodem*). CIC. Caecin. 47 de iure et -is hominum controversiis (orat. 120 -arum et civilium c. patrocinia suscipere, cum sis legum et civilis iuris ignarus). Cluent. 2 -ae veneficii quaestionis (QVINT. inst. 3, 6, 71 [legalis *ibid. 67 et saepius*]. 7, 3, 13). top. 95 *si leges in controversia disceptanda adhibentur,* alii quasi status existunt novi, sed appellentur -ae disceptationes (rep. 4, 12). QVINT. inst. 3, 6, 103 duo -i status (*antea*: liberi ... non -i). SVLP. VICT. rhet. 11 p. 319, 9 in illo -o *loco* (46 p. 342, 16).
2 *varia*: CIC. inv. 2, 125 si -um scriptum proferetur, id est aut lex ipsa aut aliquid ex lege. OPTAT. 7, 1 p. 166, 23 libri, quibus scriptura -a continetur (AVG. spec. praef. p. 3, 3 in s. sacris, id est -is, propheticis et euangelicis et apostolicis [*sim.* epist. 177, 8 litteris. perf. iust. 10, 22 testimoniis]). DIG. de conc. dig. 2 pr. professores -ae scientiae (2, 2. 5 COD. Iust. 1, 17, 2, 9 INST. Iust. praef. 4). *ibid.* eruditionis. 2, 2 thensauros. 2, 5 opus (COD. Iust. de emend. cod. 2. INST. Iust. praef. 7 toto -o o. perfecto). 2, 6 arcanis. 2, 9 studia. COD. Iust. 1, 17, 2, 1 *digesta sive pandectae* omnes disputationes et decisiones in se habent -as.
B *de stirpe*: COD. Iust. 1, 17, 2, 9 *Anatolius* vir ab antiqua stirpe -a procedens, cum et pater eius ... et avus ... optimam sui memoriam in legibus reliquerunt.

II *i. q. lege constitutus, legi conveniens* (*cf. Mommsen, Ges. Schr. III 356 sqq. Mitteis, Röm. Privatrecht 35 sqq.*; -us lege *p. 1112, 29; opp.* ex lege *p. 1111, 1* legalis *p. 1111, 6. 1112, 4 at syn. p. 1111, 55. 1112, 48; c. gen. sec.* degener *p. 1112, 72*): **A** *strictius*: **1** *de rebus* (*inde de equo* OV. *p. 1111, 29*): **a** *adi.*: **α** *usu vario* (*selecta*): RHET. Her. 2, 13, 19 consuetudine ius est id, quod sine lege aeque, ac si -um sit, usitatum est (CIC. inv. 2, 68 iura -a ex legibus cognosci oportebit. dom. 35 iure Quiritium -o tutelarum et hereditatium. 36 -o et pontificio. off. 1, 64 publico ac -o. GAIVS inst. 4, 34 praetorio ..., non -o. INST. Iust. 2, 23, 10 *opp.* honorario. 3, 1, 14 tam naturali quam -o. *al.*). CIC. Q. Rosc. 10 in qua *pecunia* -ae partis sponsio facta est (VLP. dig. 38, 2, 19 pr. *al.*). 15 omnia iudicia -a, omnia arbitria honoraria (*v. p. 612, 53 sq. 69; addantur e. g.* R. GEST. div. Aug. 2 [*gr. ἐνδίκοις*]. GAIVS inst. 4, 104 -a sunt i., quae in urbe Roma ... inter omnes cives Romanos sub

[Hübner]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

uno iudice accipiantur. 4, 109 potest ex lege quidem esse i., sed -um non esse *eqs.*). div. in Caec. 24 ceratam . . . tabellam dari cera -a, non illa infami ac nefaria. Verr. I 32 si utar ad dicendum meo -o tempore (II 1, 81. *al.*). II 1, 25 horis. 2, 128 mense (*opp.* alio m. ac fas erat). 2, 129 dies (Sall. Catil. 18, 3. Tert. ieiun. 2 p. 275, 19 -os *d.* ieiuniorum Christianorum abolitis legalibus et propheticis vetustatibus. Itala exod. 12, 14 [Aug. quaest. hept. 2, 43] facietis d. hunc . . . -um aeternum [*gr.* νόμιμον, *Vulg.* sollemnem]. Capitol. Gord. 11, 2 *opp.* indicto. *al. cf.* Serv. Aen. 1, 632 feriae aut -ae sunt aut indictae [*sim.* Isid. orig. 6, 19, 82]). Arch. 3 in -a quaestione et in iudicio publico (Firm. math. 8, 15, 3 torti). Flacc. 84 tutela (Att. 1, 5, 6. *et saepius* [*opp.* testamentaria Cod. Theod. 3, 18, 1. *al.*, dativa Cod. Iust. 1, 3, 51 pr.]. *definit* Gaivs inst. 1, 165 *libertarum et impuberum libertorum* t. -a vocatur, . . . quia proinde accepta est per interpretationem atque si verbis legis introducta [*edd. sec.* Inst. Iust. 1, 17; accepta *cod.*] esset). dom. 129 si minus re, at verbis -is (Varro ling. 6, 53 *diebus fastis* verba certa -a . . . licet fari. Ov. fast. 2, 527 Liv. 9, 9, 5. Sen. contr. 9, 2, 10 [*cf. Sen. dial. 3, 16, 5* sollemnia]. *al.*; *opp.* graecis Novell. Theod. 16, 8 [*inde* Cod. Iust. 5, 28, 8. 7, 2, 14]). Phil. 11, 26 imperium (Sall. Catil. 6, 6 Liv. 8, 35, 7. *cf.* 1, 48, 8 iusta ac -a regna. Clavd. 21, 273 -am regni . . . umbram [*per enallagen*]). 11, 28 ut omnia, quae rei publicae salutaria essent, -a et iusta haberentur. top. 90 institutio . . . aequitatis tripertita est; una pars -a est, altera conveniens, tertia moris vetustate firmata. Att. 13, 32, 3 annis (*cf.* Liv. 25, 2, 6 nondum ad petendum -a aetas [*v. vol. I 1131, 25 sqq.; adde e. g.* Cod. Theod. 2, 17, 1, 3 ut prima ae. pueritiae sit, sequens adulescentiae, firmata . . . tertia, quarta -a, quinta senectus habeatur]). *al.* Varro ling. 5, 180 certo . . . -o numero assum (Plin. epist. 10, 112, 1. Gaivs inst. 2, 109 testium. *al.*). Ov. fast. 3, 130 -o qui . . . merebat equo (*v. Bömer ad l.*). Liv. 9, 34, 25 suffragia. *al.* Fest. p. 233 actionibus (Pompon. dig. 1, 2, 2, 6 legis a., id est -ae a. 39, 3, 22, 2. Vlp. dig. 9, 3, 5, 12 [*ex responso Servii*] *opp.* honorariae. *al. cf.* Papin. dig. 50, 17, 77 actus -i, qui non recipiunt diem vel condicionem [*al.*]). *et passim.* *β de matrimonio, amore*: Cic. inv. 1, 2 nuptias (Qvint. decl. 347 p. 367, 12. Lex Salpens. [CIL II 1963] 1, 1. Gaivs epit. 1, 4 pr. -ae sunt n., si Romanus Romanam nuptiis intervenientibus vel consensu ducat uxorem. *al. cf.* Filastr. 48, 2 ius nuptiarum -um [120, 1]). Ov. epist. 13, 30 amor (Liv. 26, 50, 5 recto et -o. Val. Max. 4, 6 praef. [*tit.* coniugali, *ext. 1* iusti]. Rvfin. Orig. in cant. prol. p. 73, 7 iustum a. -umque [*in imagine; respicitur Matth. 22, 34 sqq.*]. *cf.* Ov. trist. 2, 536 non -o foedere iunctus amor). 16, 286 -i fallere iura tori (fast. 5, 24 Pont. 3, 3, 50 Mart. 6, 21, 6. *al.*). 17, 6 -am nuptae . . . fidem. Val. Max. 2, 1, 3 multorum matrimoniorum experientiam quasi -ae cuiusdam intemperantiae signum esse. Sen. Med. 67 facibus (*v. vol. VI 1, 405, 74. cf.* Rvt. Nam. 1, 359 taedas [Drac. Romul. 6, 62]). Tro. 877 (*864* toros . . . falsos) sancta lecti iura -i. Qvint. decl. 286 p. 153, 9 ignes (*opp.* adulterio). 347 p. 367, 12 matrimonium (Gaivs epit. 1, 3, 2. 1, 4, 9. Serv. Aen. 1, 73 conubium est ius -i m. *al.*). Ivv. 6, 200 tabellis. Gaivs epit. 1, 4, 9 coniunctione (Ps. Cypr. pudic. 13. Cod. Iust. 5, 4, 7 [*a. 240*] minus -a c. est cessante patris voluntate. *al.*). Min. Fel. 31, 3 conubia (Avg. pecc. mer. 1, 24, 34 *opp.* fornicatione). Paneg. 3, 13, 3 lectulus sine concessis et -is voluptatibus. Avson. 71, 1 p. 341 P. -i genialia foedera coetus (*opp.* obscenas veneres). Cod. Theod. 16, 2, 44, 1 (= Iust. 1, 3, 19, 1) coniugium (Apon. 6 p. 107 ex multorum complexuum illuvie ad unum -um c. castum [*cf. 3 p. 55* legalis coniunctio]). *al.* *γ de cognatione*: Gaivs inst. 3, 10 (*suppl. ex* Coll. Mos. 16, 2, 10) vocantur . . . adgnati, qui -a cognatione iuncti sunt; -a autem cognatio est ea, quae per virilis sexus personas coniungitur *eqs.* Vlp. dig. 23, 2, 12, 4 quae *cognationes* -ae essent, id est quae adgnatorum ius haberent. Mod. dig. 38, 10, 4, 2 civilis . . . per se, quae etiam -a dicitur, sine iure naturali cognatio consistit per adoptionem (*opp.* naturalis c.).

b *subst.*: *α neutr.*: Ⓘ *plur.*: Nep. Phoc. 4, 2 iudicio -is quibusdam confectis damnatus (*cf.* Sen. contr. exc. 6, 5, 2 omnia . . . -a peracta sunt: accusator suo loco dixit *eqs.*). Qvint. inst. 2, 4, 35 quod -is obstet. Cassiod. var. 6, 13, 3 (*comparantur officia iudicis et militis iniuncta exsequentis*) aliud est . . . tantum dicere -a, aliud ad terminum deduxisse iustitiam. Inscr. Afr. Gsell I 2092 (a)mplius ad leg(i)tima statuam de suo posuit (*forsitan intellegendum* -am, *cf. p. 1112, 10*). *apud ecclesiasticos* (*in* Itala *fere respondet gr.* νόμιμα, *Vulg.* leges *vel* lex): Itala gen. 26, 5 (Aug. civ. 16, 36 p. 182, 12 D. *al.*) *Abraham* custodivit (servavit *alii testes*) praecepta mea et mandata mea et iustificationes meas et -a mea (Ezech. 44, 24 [Weing.]. Vvlg. lev. 18, 26. *al. cf.* Herm. Pal. *et* vulg. vis. 1, 3, 4 servaverint. Didasc. apost. 15, 12 conservavit). lev. 10, 11 (Lugd. *al.*, *cf.* Vvlg.) instituere filios Istrahel ad omnia -a. deut. 27, 26 (Filastr. 156, 9) qui in -is non permanserit libri huius (*gr.* ἐν . . . λόγοις τοῦ νόμου, *Lugd.* in . . . verbis legis, *sim. Vulg.*). Ier. 10, 3 (Cypr. testim. 3, 59) -a gentium vacua sunt. I Macc. 3, 21 (recc. LB) pugnamus . . . pro -is nostris (*cf.* Ambr. off. 1, 40, 196). *al.* Clem. ad Cor. 1, 3 in -is dei ambulabatis (Vvlg. lev. 18, 3. *al. cf.* legalis). Cypr. epist. 73, 3 vera et -a insinuare. Hil. in psalm. 118 nun 14 p. 483, 13 ultra legem instituit et ultra praeceptum adhortatur voluntaria -is anteponens *Paulus* (*I Cor. 7, 25*). Ps. Hil. libell. 12 p. 86, 15 -a complere. Vvlg. *saepius* (*test. vet.*). Avg. conf. 2, 2, 4 excessi omnia -a tua. Salv. gub. 5, 12 legem legimus et -a calcamus. *al.*

Ⓘ *sing.*: Ov. trist. 2, 249 nil nisi -um concessaque furta canemus (*cf. ars 1, 33* nos Venerem tutam c. f. c.). Sen. epist. 66, 9 decorum et iustum et -um (*opp.* honestum. *cf.* Svlp. Vict. rhet. 46 p. 342, 7 dividitur negotialis legalis *status* -o, iusto, utili *eqs.* Prisc. rhet. 12, 34 p. 560, 2 *ex Hermog. progymn. 12 p. 27, 1 R.* νομίμῳ). Itala exod. 27, 21 (Lugd. *al.*) -um sempiternum (*Vulg.* perpetuus . . . cultus. *item* -um s., aeternale, aeternum *de praecepto aut munere praestando passim in scripturis sacris; plur. non invenimus nisi* Vvlg. num. 18, 8 [*sed sing.* Itala Lugd.]). *β fem. sg.*: CIL VIII 2344 statuam, quam ob honorem aed(ilitatis) suae praeter -am pollicitus est *eqs.* (*i.* '*summam*' *ut* 4194. 4243. *cf. p. 1111. 67*).

2 *de hominibus* (*transfertur ad aquilas l. 80*): **a** *proprie*: Cic. p. red. ad Quir. 11 orba res publica consulis fidem tamquam -i tutoris imploravit (Gaivs inst. 1, 155 quibus testamento quidem tutor datus non sit, iis ex lege xii ⟨tabularum⟩ agnati sunt t., qui vocantur -i. epit. 1, 7, 1 qui pupillo per virilem sexum propinquitate iunguntur *eqs.* [*opp.* testamentarii]. Vlp. reg. 11, 3 qui ex lege aliqua descendunt *eqs.*). rep. 5, 7 iustis nuptiis, -is liberis (Pavl. dig. 23, 2, 65, 1 liberos natos ⌊ex iusto matrimonio⌋ [*del. Mommsen*] -os esse. Novell. Theod. 22, 1, 4 *opp.* naturalium. *al.*). off. 3, 108 cum iusto . . . et -o hoste. Varro rust. 2, 10, 4 in emptionibus dominum -um sex fere res perficiunt: si hereditatem iustam adi⟨i⟩t *eqs.* (Tert. adv. Marc. 1, 27 p. 328, 24). Alf. dig. 48, 22, 3 heredes (*v. vol. VI 3, 2647, 63 sqq. 2649, 30 sqq.; adde e. g.* Apvl. apol. 98 -um magis quam iustum. Inst. Iust. 3, 5 pr. post suos h. . . . et post -os, quo numero sunt adgnati *eqs.*). Ov. epist. 5, 78 viros. ars 2, 545 uxore (Fest. p. 174. Mart. 5, 75, 2 quae legis causa nupsit tibi . . ., uxorem potes hanc dicere -am. *al.*). met. 10, 437 coniuge. Liv. 3, 33, 10 iudex (*v. p. 598, 26*). 3, 64, 10 (*verba rogationis*) -i eadem lege tribuni. 34, 32, 1 rege . . . iusto ac -o (34, 41, 6. *al.*). 39, 15, 11 rectorem (Amm. 28, 3, 7). Sen. contr. exc. 6, 3 (thema) filium (*v. vol. VI 1, 756, 50 sqq.*). Tab. aliment. Vel. (CIL XI 1147) pr. 2 pueri puellaeque alimenta accipiant -i . . . -ae (*opp.* spurius, spuria. 7, 34. 35). Act. Arv. a. 120, 46 calatoris. Pompon. dig. 1, 2, 2, 19 magistratus. 28, 6, 16, 1 testibus (Lex Visig. app. 9. *al.*). Gaivs epit. 2, 8, 5 feminae (Cod. Iust. 6, 58, 14 pr.). Vlp. dig. 36, 1, 6, 1 sive -i sive honorarii sint successores (Paneg. 6, 4, 1. *al.*). Vlp. reg. 12, 1 curatores aut -i sunt, id est qui ex lege duodecim tabularum dantur, aut honorarii, id est qui a praetore constituuntur (Cod. Iust. 5, 30, 5, 2 vel dativi vel -i fiant tutores vel c. *al. cf.* Pap. soc. Ital. I 55, 11 ⟨legi⟩timoi κηδαμόνες). Marcian. dig. 49, 14, 32 -is civibus Romanis. Ps. Cypr. rebapt. 14 p. 87, 12 qui -i sunt fideles effecti *sc. aqua baptizati*. Amm. 15, 8, 21 principe (19, 12, 17. *al.*). 26, 4, 3 participem . . . -um potestatis. Clavd. Don. Aen. 1, 70 p. 28, 9 subolem (Cod. Theod. 4, 6, 2. 3 pr. = Iust. 5, 27, 1 pr. *al.*). 1, 75 p. 29, 2 patrem. Veg. mil. 2, 19 milites (*opp.* accensi, supernumerarios). Cod. Iust. 5, 32, 1 (*a. 215*) defensores (Cod. Theod. 3, 17, 3, 3 [= Iust. 5, 33, 1, 3] *opp.* testamentarii). 9, 9, 18, 1 (*a. 258*) accusatore (Cassiod. var. 1, 37, 4). Cod. Theod. 2, 4, 4 pr. inter iustas . . . -asque personas (Consvlt. 5, 2. 6, 2 [legales *2, 5*]. Inst. Iust. 3, 2, 3[b] -as p., id est per virilem sexum descendentes. *al.*). 4, 6, 6 pr. prole (Novell. Theod. 22, 1, 3 *opp.* naturali ac degeneri suboli. *al.*). Cod. Iust. 6, 56, 7 pr. fratre vel -o vel sola cognationis iura habente (6, 58, 15, 2 fratribus et sororibus. *al.* Gloss. III 254, 20 ἀδελφὸς γνήσιος frater carissimus vel -us). *al.* *per ellipsin vocum q. s.* filius, heres, tutor *sim.*: Qvint. inst. 3, 6, 97 (96 -us filius, *sed* -us *tantum loco gemino* 7, 7, 10) qui ex duobus -is alterum in adoptionem dederat . . .; nothum, qui non sit -us, Graeci vocant, Latinum rei nomen . . . non habemus. *et saepius*. Gaivs dig. 27, 10, 13 ad alium e lege duodecim tabularum curatio . . . pertinet, alii praetor administrationem dat, scilicet cum ille -us inhabilis ad eam rem videatur (*cf. l. 37*). epit. 2, 8 pr. adoptivorum . . . comparatione -i naturales appellantur. Vlp. dig. 29, 4, 1, 13 ut ad -um perveniat *hereditas*. 29, 4, 4 pr. ei, qui substitutus est (*sc. heres*), vel -o. 38, 6, 11 gradus varios *successionis*: primum liberorum, secundum -orum, tertium cognatorum *eqs.* (*sim.* Mod. dig. 38, 15, 1 pr.). 38, 8, 1, 9 *partus ex utero exsectus* post senatus consultum Orphitianum et 'unde -i' petere poterit (*cf.* Dig. 38, 7 tit. Inst. Iust. 3, 9, 4 u. liberi et u. -i). reg. 11, 17 -us in iure cedere *tutelam potest.* coll. Mos. 16, 6, 1 post suos ab intestato -i admittuntur. Heges. 1, 41, 3 (*opp.* spurium). Cod. Theod. 3, 7, 3 natis liberis iura posse -orum auferri. *al.* **b** *in imagine*: Tert. apol. 39, 10 (*9* quanto dignius fratres . . . habentur, qui unum patrem deum agnoverint *eqs.*) eo fortasse minus -i existimamur, quia nulla de nostra fraternitate tragoedia exclamat *eqs.* adv. Val. 30 p. 206, 14 *putant* degenerem nec -um veritatis, qui deversatus in mundo non amaverit feminam (*cf. Iren. 1, 6, 4 = 1, 1, 12 H.* non est de veritate et non transiet in veritatem. *subest fortasse Hebr. 12, 8* adulteri et non filii). Hil. trin. 11, 23 *Timotheus* -us Paulo secundum fidem filius (*respicitur I Tim. 1, 2*). Hier. in Tit. 1, 4 p. 560[c] γνήσιος . . . hoc potius sonat, cum quis fidelis et proprius et, ut ita dicam, -us sive germanus absque comparatione alterius appellatur. Vincent. Ler. 33, 6 ecclesiae matris -os filios. Op. imperf. in Matth. 49 p. 918 *comparantur filii dei cum filiis aquilarum* (*opp.* adulterini).

B *latius c. respectu quarumlibet normarum vel regularum fere i. q. sollemnis, ordinarius sim. necnon probus, rectus, verus sim.* (*cautius additur* quasi *saepe*, quidam, veluti, tamquam *p. 1113, 12. 17.*

[Hübner]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

50): **1** *de rebus*: **a** *incorporeis*: *α usu vario*: Ⓘ *adi.*: Cic. Arat. 224 signa -o . . . cael⟨um⟩ il⟨l⟩ustrantia cursu (Plin. nat. 8, 160 peracto -o c. ad cretam stetere *equi*. *cf.* Apvl. Plat. 1, 10 stellarum . . . certos ambitus -is curriculis perpetuo servatos. Tert. nat. 2, 5, 16 *caelestia* certis curriculis, -is ⟨decur⟩sibus . . . sub legis instar constituta. Novatian. trin. 1 p. 886^{B} meatibus [Avson. 333, 16 p. 27 P. Phoebi. Mos. 44 *Mosellae*]). Verr. 5, 57 illum quasi -um numerum consuetudinis *sc. decem laudatorum* (Cypr. Fort. 11 p. 338, 11 -i et certi *sc. septenarii* [*seq.* consummatio -a]. Avg. civ. 15, 20 p. 103, 23 D. denarius. doctr. christ. 3, 120 G. -os . . . n. dicit *Tichonius*, quos eminentius divina scriptura commendat, sicut septenarium *eqs.*). fat. 2 quae erant cotidiana et quasi -a nobis. fam. 7, 6, 1 in . . . epistolis . . . -a quaedam est accessio commendationis tuae. 10, 25, 2 usitati et quasi -i temporis ad petendum (Cypr. epist. 64, 1 ante -um et plenum t. satisfactionis [*opp.* inmaturo]. *al.*). Ov. ars 1, 282 nec tam furiosa libido *in viris*; -um finem flamma virilis habet. 3, 293 -a fraudatur littera voce blaesaque fit . . .; in vitio decor est. Vitr. 4, 6, 6 *rationes aedificandi* veluti -is moribus exposui (CE 1066 ossa . . . -o m. sepulta. *al.*). 7 praef. 17 -is artis institutis. Val. Max. 3, 8 ext. 3 -a grassari via. Plin. nat. 8, 168 partus *asinae* a tricesimo mense ocissimus, sed a trimatu -us (Vindic. gyn. p. 452^{g}. *al.* Caes. Arel. serm. 200, 5 p. 768, 13 *in imagine*. *cf.* Tert. anim. 37, 3 -a nativitas *animae*. Avson. 369, 31 p. 96 P. -os Lucina labores praevenit. Fav. Evl. 14, 2 W. [p. 9, 26 H.] -am partus dinumerationem. Mar. Merc. Conc.^{S} I 5 p. 38, 5 mensibus). 17, 192 -a naturae festinatio. 21, 178 insaniam. Qvint. inst. 1, 10, 30 disciplinam (*i. institutionem cf.* Filastr. 124, 3 studiis . . . -is et salutaribus). Apvl. met. 11, 24, 5 teletae -a consummatio (*cf. l. 9*). Tert. fug. 2, 5 in -a oratione *sc. dominica* (orat. 10 -a et ordinaria. *al.*). adv. Hermog. 20, 3 in -a operis enarratione (*cf.* Iren. 4, 33, 8 [4, 53, 2 H.] secundum scripturas expositio -a et diligens). Cens. 15, 1 in quo *anno octogesimo primo* Plato finem vitae et -um esse existimavit et habuit -um (*item de vitae fine* Zeno 1, 16, 7 [1, 2, 15 L.] -a die. Greg. Tvr. glor. conf. 47 post -am aetatem). Cypr. epist. 63, 9 nec sacrificium dominicum -a sanctificatione celebrari, nisi *eqs.* 69, 13 fide (*infra*: lege et iure fidei. Novatian. trin. 25 p. 935^{A}). *al.* Sol. 27, 37 *gemma* praecantationibus -is consecrata (*Plin. nat. 37, 165* quibusdam). Lact. inst. 6, 17, 9 *timor* -us ac verus. ira 24, 9 -a et digna merces. Pallad. 12, 1, 1 hoc mense triticum seremus . . . satione -a ac semente sollemni. Serv. Aen. 6, 325 sepulturam (*opp.* imaginariam *i. cenotaphium*). auct. Aen. 1, 422 ubi fuerant magalia, illic esse -am civitatem. Veg. mil. 1, 26 aequali -oque spatio miles distet a milite. mulom. 1, 56, 10 *animalia cibum* -a digestione conficiunt. *al.* Ⓘⓘ -um (est) *sim.*: *c. inf.*: Plin. nat. 19, 130 -um . . . a bruma semen iacere *eqs.* 31, 58 fistulas denum pedum longitudinis esse -um est. 33, 64 aes inaurari . . . -um erat. Porph. Hor. epist. 2, 1, 103 ('fuit . . . sollemne . . . vigilare') -um ac debitum. Conc.^{S} II 2, 1 p. 74, 4 (*gr. II 1, 1 p. 188, 43* ἀκόλουθον). Cassiod. Ios. antiq. 1, 338 neque -um iudicans *Iacob* alienigenae filiam copulare (*gr.* νόμιμον. *pellucet usus strictior*). *c.* ut: Vincent. Ler. 24, 12 hoc apud omnes fere haereses quasi sollemne esse ac -um, ut semper profanis novitatibus gaudeant *eqs.* Cael. Avr. acut. 1, 15, 135 tamquam -um putans, ut haec aliis adhibentibus noceant, ipso medeantur. Caes. Arel. serm. 229, 6 bonum . . . et -um est, ut, qui sani sunt, . . . secundum ecclesiasticam regulam . . . ieiunent *eqs.* Ⓘⓘⓘ *n. pl. pro subst.*: Peregr. Aeth. 43, 2 aguntur omnia -a, id est offertur iuxta consuetudinem. Chiron 15 ne in -a mittantur equi admissarii ('*coitum?*' *Oder*, *cf.* legitimarius).

β t. t. rhet., gramm.: Cic. Brut. 82 illa oratorum propria et quasi -a opera (Schol. Cic. Bob. p. 112, 12 *Cicero Milonianam* postea -o opere et maiore cura . . . conscripsit). Hor. epist. 2, 2, 109 poema. Qvint. inst. 4, 1, 2 certamen *citharoedorum* (*opp.* prooemium). 9, 2, 57 praecisa velut ante -um finem oratio. Ivl. Vict. rhet. 4, 2 p. 388, 29 ordo . . . -us erit, ut prior sit nostra purgatio. Ps. Ivl. Rvf. schem. lex. p. 51, 1 παρένθεσις est, cum ordinata ac -a sententia interrumpitur *eqs.* Don. Ter. Hec. praef. 1, 4* *fabula* divisa est . . . quinque actibus -is. Char. gramm. p. 204, 21 B. nec . . . significatio earum (*i. vocum q. s.* 'te, met') -a magis quam symbolica est. Serv. gramm. IV 411, 28 ex his *octo modis verbi* quinque volunt esse -os. Isid. orig. 1, 4, 10 -ae nominantur *litterae XVII veteris scripturae latinae*. *in re metrica*: Hor. ars 274 -um . . . sonum digitis callemus et aure (Mart. Cap. 9, 974 pes . . . est numeri prima progressio per -os et necessarios s. iuncta). Bass. gramm. VI 261, 5 genera hendecasyllabi (*opp.* vitiosa). Ter. Mavr. 2553 spondeon . . . tamquam -um solere poni (*subaudiendum* '*pedem*' *ut* Serv. gramm. IV 425, 15 pro spondeo, qui -us est versus heroici. *locutione plena*: Fortvn. gramm. VI 282, 8 metron est conceptio certis et -is pedibus expedita. Don. gramm. IV 370, 35 *opp.* nothi [Serv. *ibid.* 425, 36 Serg. *ibid.* 481, 29 Cledon. gramm. V 31, 22. *al.*]). Ps. Cens. frg. 14, 1 (*cf.* tit.) -us maxime numerus hexameter heroicus. Diom. gramm. I 432, 14 trochaeum. 432, 26 bacchius -us sicut 'Athenae' . . ., positione ut 'tabellae'. 485, 29 -is et integris versibus (494, 15. 502, 1). *al.* Avson. 340 A p. 158 P. hi versiculi monosyllabis terminantur, exordio tamen libero, quamquam fine -o. Serg. gramm. IV 483, 29 ex illis -is duobus (accentibus *add. F*) iure dictionis positus . . . accentus. Mart. Cap. 9, 939 quantitate. *al.*

b *corporeis*: Ov. am. 3, 6, 89 si -um flueres, si nobile flumen (*cf. p. 1113, 7*). Petron. 21, 4 oleo *palaestritarum*. Plin. nat. 22, 80 olus (*opp.* scandicem *sec. Aristoph. Ach. 478*). Ivv. 9, 44 (*34* longi mensura . . . nervi) penem. Veg. mil. 1, 24 fossa (*opp.* tumultuaria). *in imagine*: Caes. Arel. serm. 6 p. 36, 11 fructus -os non exhibuit *vitis* . . .; quomodo in vite tua . . . duos aut tres *oculos*, qui sunt -i, derelinquis *eqs.* (22, 3 p. 96, 30). 182, 5 p. 702, 30 quasi uva -a.

2 *de hominibus, deis*: **a** *in univ.*: Priap. 37, 5 dis . . . -is nimisque magnis, ut Phoebo puta filioque Phoebi (*opp. Priapus*). Petron. 117, 5 tamquam -i gladiatores. Svet. Aug. 45, 2 pugiles . . . non -os atque ordinarios modo . . ., sed et catervarios oppidanos inter angustias vicorum pugnantes temere ac sine arte. Tert. nat. 1, 7, 24 christianus (apol. 8, 8 Cypr. epist. 69, 12. *al.*). adv. Marc. 5, 9 p. 604, 3 Christus, proprius et -us dei antistes. Ps. Cypr. pudic. 14 quasi -us ac perfectus auriga. Vindic. gyn. p. 453^{p} vitales non erunt quia non impleverunt -um partum . . .; et ideo non sunt -i. p. 455^{p} decimo die mensis decimi -us nascitur homo (*p. 454^{g}* perfectum . . . infantem. *cf. p. 1113, 20*). **b** *colore morali* (*sec.* iustus, *quae vox distinguitur p. 1112, 24*): Maximin. c. Ambr. 114 ab . . . pravo litigatore -os actores iustumque habentes negotium iudicari non posse. Comm. instr. 2, 21 (17), 12 sentit iniquus, -us autem non sentit poenas. Carm. adv. Marc. 4, 40 *deus* nostram custodit lege salutem; -os monet esse. Avell. p. 466, 6 -orum domini sacerdotum. Ioh. Med. (?) Ps. Chrysost. hom. I 970^{D} qui -i sunt eius *dei* cultores. Caes. Arel. serm. 151, 5 bonum et malum, . . . regem -um et crudelem tyrannum (*sim.* 229, 5. *al.*).

adv. ***lēgitimē.** *i. q. modo legitimo, secundum legem*: **1** *de eis, quae lege concessa sunt vel legi conveniunt*: **a** *strictius*: Cic. Caecin. 57 qui -e procurator dicitur (*cf.* Amm. 30, 10, 5 imperator -e declaratus. *sim. al.*). dom. 77 in illa adoptatione -e factum est nihil (Sen. contr. 7, 8, 8. *al.* Val. Max. 7, 7 pr. *et saepius*). off. 1, 13 iuste et -e imperanti. Liv. 39, 16, 4 *contioni* -e ab consule vocatae. Decret. decur. Pis. de C. Caesare (CIL XI 1421) 41 -e id caveatur. Pavl. Fest. p. 65 'captus' locus dicitur ad sacrificandum -e constitutus (Conc.^{S} II 3, 3 p. 86, 7 regulariter et -e [*gr. II 1, 3 p. 78, 20* ἐνθέσμως καὶ κανονικῶς]). Sen. contr. 2, 5, 17 non quaeritur, an -e, sed an ingrate dimissa sit *mulier*. Scrib. Larg. praef. p. 2, 21 sacramento medicinae -e est obligatus (Gaivs epit. 2, 9, 3). Ivv. 10, 338 non nisi -e vult nubere (Tert. castit. 13 l. 6 monog. 9, 5. *al. cf.* Avg. nupt. et concup. 2, 45 licite atque -e . . . coniugati. 2, 54 coniungitur [Cod. Iust. 5, 4, 23, 4. *al.*]). Plin. epist. 10, 4, 2. 10, 6, 3 beneficio tuo -e frui. Gaivs inst. 1, 89 qui -e concipiuntur (epit. 1, 4, 9 *opp.* vulgo. *al.*). Vlp. dig. 38, 17, 2, 9 filia quam in adoptionem -e dederat (Pavl. dig. 45, 1, 132 pr. [*ibid.* -e adoptavit]). Frg. Vat. 279 (*a. 286*) possidenti (Cypr. epist. 73, 24 iuste et -e. *al.*). *et saepius apud iurisconsultos*. Cypr. sent. episc. 36 haeretici vere et -e baptizant. Lact. inst. 6, 9, 4 per fetiales bella indicendo et -e iniurias faciendo. Schol. Cic. Bob. p. 132, 34 damnati -e (*syn.* iure. Greg. M. epist. 3, 7 p. 167, 21. *cf.* p. 166, 9 non -e neque canonice condemnatum). *al.* **b** *latius*: CIL I^{2} 2520, 40 (*tab. defix.*) quomodo quicquid -e scripsit (Fortvn. gramm. VI 294, 29 in cantionibus . . . lyricis -e scriptis). Plin. nat. 23, 24 -e coctae *faecis* (Lact. mort. pers. 13, 3 *martyr* non modo extortus, sed etiam -e coctus). Ivv. 12, 100 -e fixis vestitur tota libellis *votorum* porticus. Tac. dial. 32, 2 studuisse (*cf.* Ps. Sen. epist. Paul. 7 imbutus). Tert. anim. 43, 7 cui *somno* -e fruendo dies cedit, nox legem facit. Sol. 1, 69 (*inde* Isid. orig. 9, 5, 21) e geminis si . . . alter abortivo fluxu exciderit, alter, qui -e natus est, Vopiscus nominatur (Ps. Avg. serm. ed. Mai 49, 2 *i. tempore legitimo*). Veg. mulom. 1, 10, 3 animal -e fuisse purgatum. Ambr. in psalm. 118 serm. 4, 23, 2 bonus medicus . . . aegrum -e dicit esse curandum.

c. colore morali (*apud christianos; hic illic ita, ut verbis expressis usus strictior deflectatur*): Itala I Tim. 1, 8 (cod. d *al.* = Vvlg.) bona est lex, si quis eam -e utatur (*gr.* νομίμως). II Tim. 2, 5 (*ibid.*) nisi -e certaverit (*gr. ut supra*). Iren. 4, 11 (21 H.), 4 qui -e et prono animo et toto corde deserviunt *Christo*. Optat. 7, 1 p. 162, 31 *patriarchas* -e sine lege vixisse ([*cf. Rom. 2, 15* opus legis scriptum in cordibus]. Conc.^{S} II 5 p. 5, 31 [*gr. II 1, 3 p. 125, 38* εὐνομουμένων]). Zeno 1, 13, 6 (1, 3, 13 L.) nisi -e corde circumcidantur (*cf. Ier. 4, 4*). Vita Anton. 4 -e se illis subiaciebat (*gr.* γνησίως, *Euagr.* obediens). 94 qui -e illum *Christum* colent (*gr. ut supra*, *Euagr.* sollicite). Avg. epist. 108, 12 (*ad prov. 30, 12*) si non se ipsum iustum diceret, sed vere ac -e iustus esset. *al.*

2 *de eis, quae lege allata fiunt* (*respicitur test. vet.; syn.* legaliter, *q. v.*): Iren. 5, 21, 2 (*ad Matth. 4, 1 sqq., ubi afferuntur deut. 8, 3 psalm. 90, 11*) *diabolus* legaliter explosus tentabat et ipse . . . rursus -e facere congressionem *eqs.* ('*allegato legis et scripturae sacrae dicto*' *Grabius*).

cf. Onom.

deriv.: legitimarius (*?*). *compos.*: illegitime. *Hübner.*

legito, -āre. *a* legere. *inter verba frequentativa in* ito *desinentia affert* Prisc. gramm. III 466, 20. 514, 10. *i. q. assidue, iterum legere*: Carm. de alphab. 57 (*loq. T littera*) te precor, haec -ans proprio me nomine signa.

legiuncula, -ae *f.* *a* legio *deminutive*. *i. q. legio minuta*: Liv. 35, 49, 10 (*or. Flaminini*) videretis vix duarum male plenarum -arum instar in castris regis *Antiochi* (*cf. Plut. Tit. 17, 8* ὁπλαρίοις, *qua voce et ipsa ad hoc formata Flamininus eundem exercitum deridet*). *B.*

1. *lēgo, -āvī, -ātum, -āre. [*a* lex, *cf.* iurare *a* ius. *Sch.*] *de* *[Hübner]*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

origine: EVTYCH. gramm. V 474, 31. 486, 14. *cf. etiam p. 1116, 11. 1122, 8.* *scribitur* ⟨le⟩c- CIL VIII 14613. *notatur* leg CIL II 4514, 13 III 3893, 7 V 4059, 7. 5289 (*?*). 6970. *formae perf. breviores leguntur solae* -asti, -asse, -asset, *ceterum* -arunt CIC. inv. 2, 87 Verr. II 3, 114 (*sed* -verunt CIL V 4488), -arat CIC. Att. 4, 15, 9 CATVLL. 66, 57 PERS. 6, 66 (*sed* -verat CIC. Lig. 20 LABEO dig. 33, 2, 31. *al.* QVINT. inst. 7, 6, 11 TAC. ann. 2, 41, 1 CIL VIII 17831. *al.*), -arit CIC. Verr. II 1, 110 (*sed* -verit RHET. Her. 1, 13, 23 QVINT. inst. 5, 14, 26 GAIVS inst. 2, 197 CIL X 6102. *al.*). *forma stirp. aor.* -assit LEX XII tab. 5, 3 (Pompon. dig. 50, 16, 120. *al.*). *inf. praes. pass.* -arei LEX Iul. munic. (CIL I² 593) 150 *iuxta* mittei. *de notione*: AGROEC. gramm. VII 124, 17 ligat quis vinculo, -at testamento (*sim.* ISID. diff. 1, 347 diff. app. 141 DIFF. ed. Beck p. 68, 16 b). EXPLAN. in Don. gramm. IV 552, 26 aliud est lego librum, aliud est -o, id est custodiendum commendo; hinc venit delego, relego *eqs. cf. p. 1116, 35. 1118, 25.* *legitur inde a* LEGE XII tab., PLAVTO, CATONE, TITIN., LVCIL. [*confunditur c.* legere CIC. Att. 4, 15, 9. 10, 1, 4 (*restituitur* VARRO ling. 7, 41 FRG. Vat. 43). *falsa var. lect.* -tus *pro* necatus *vel* ablegatus CIC. leg. 3, 19, -are *pro* delegare *vel* relegare LIV. 28, 41, 15. *dub. vel falso trad.* VAL. MAX. 4, 3, 9 DRAC. laud. dei 2, 494.]

I *usu prisco intransitive fere i. q. legem dicere sim.* (*cf. locutionem* legem suae rei dicere *sim.* [*v. sub* lex]): LEX XII tab. 5, 3 (Pompon. dig. 50, 16, 120 Gaius inst. 2, 224 Inst. Iust. 2, 22 pr.) uti -assit suae rei (-asset s. res *cod. Gai*), ita ius esto. *hanc legis formam XII tabulis iure vindicavit Wlassak, SBWien 215, 1933, 2 p. 4. 18 sqq.; aliam afferunt* Rhet. Her. 1, 13, 23 (*cf.* Cic. inv. 2, 148) paterfamilias uti super familia pecuniaque (-ve *Rhet. Her.*) -assit (-verit *Rhet. Her. et var. l. Cic.*), ita ius esto. Vlp. reg. 11, 14 uti -assit super pecunia tutelave suae rei, i. i. e. Novell. Iust. 22, 2 pr. ut -assit quisque de sua re, i. i. e. *interpretantur* POMPON. *l. c.* verbis legis ... potestas tributa videtur et heredis instituendi et legata et libertates dandi, tutelas quoque instituendi. GAIVS *l. c.* qua *lege* cavetur, ut quod quisque de re sua testatus esset, id ratum haberetur. *al.* *usum quodammodo apud recentiores sublucere coniecimus p. 1117, 25, cf. p. 1118, 34.*

II *usu communi*: **A** *technice in sermone iuris fere i. q. lege, praecepto legitimo sim. afficere*: **1** *respicitur mandatum publicum* (*accedit* publice PLAVT. Mil. 102 Stich. 491 TITIN. com. 133, *cf. l. 59. 77*): **a** *-antur nuntii* (*per asyndeton iuxta* mittere *l. 49; obi. res pro homine l. 77*): **α** *nude* (*sine obi. l. 47*): PLAVT. Amph. 205 Amphitruo delegit viros primorum principes; eos -at, Telebois iubet sententiam ut dicant suam (*cf. 216* legati). TITIN. com. 133 ut hi⟨n⟩c -tus abiit peregre publice. CIC. inv. 2, 87 cum iis, qui -ti erant, sumptus, qui debebatur de publico, non daretur. Phil. 13, 36 scribitis ... -tos esse consularis quinque. Att. 10, 1, 4 si acciderit, ut -er[er] (*ibid. iterum contextu corrupto*). fam. 3, 8, 4 neque ... eram tam desipiens, ut privatae rei causa -ari putarem, qui et tibi non privato et pro re non privata sua mittebantur ...; (5) nisi forte postea coeperunt -are quam ego Taurum transgressus sum. LEX Iul. munic. (CIL I² 593) 150 per legatos, quos maior pars decurionum ... ad eam rem -rei mittei censuerint (*cf. p. 1116, 19. 1118, 14*). CVRT. 10, 8, 15 a rege. 10, 8, 22 eosdem ... -at petituros (-rus *codd. opt.*), ut Meleagrum ... ducem acciperent. SPART. Did. 5, 6 inter ceteros -tus est Vespronius Candidus. DICT. 5, 10 missos a Graecis ... decem -tos (*var. l.* lectos) viros. SIDON. carm. 7, 389 -as qui veniam poscant, Alamanne. epist. 5, 20, 2 ut ... videantur in negotii communis assertione⟨m⟩ -ari. **β** *indicatur, in quem locum*: PLAVT. Mil. 102 (*inde* ARGVM. 1, 3. 2, 3) is publice -tus Naupactum fuit. Stich. 491 ei oratores sunt populi ...; Ambracia veniunt huc -ti publice. Truc. 92 Lemno advenio Athenas ..., -tus hinc quo[d] (quo hinc *Bothe metri causa*) cum publico imperio fui. CIC. inv. 2, 87 Rhodii quosdam -arunt Athenas. SALL. Iug. 21, 4 tres adulescentes in Africam -antur, qui ambos reges adeant (25, 4). LIV. 40, 54, 9 qui Romam -ti fuerant (GELL. 6, 14, 8. 6, 18 tit. de decem captivis, quos R. Hannibal ... -vit. *cf. 6, 18, 2* decem *captivos* R. misit mandavitque eis pactusque est, ut *eqs.*). **γ** *indicatur, ad quem*: LVCIL. 464 ad regem -tus ... Babylonem ibo (CVRT. 4, 5, 11). CIC. Verr. II 3, 114 Andronem Centuripinum -arunt ad Apronium, eundem quem ... ad hoc iudicium legatum et testem Centuripina civitas misit. Balb. 42 ad vestrum iudicium civis amplissimos. Att. 10, 3 ecqui essent ad Pompeium et ad consules ex senatus consulto de pace -ti. VARRO ling. 7, 41 (*Enn. ann. 207* orator sine pace redit) qui ... verba orationum haberet publice adversus eum quo -batur (legeb- *trad.*) ... orator dictus. DECRET. decur. Tergest. (CIL V 532) 2, 34 uti patiatur se in hanc rem ad fili⟨u⟩m suum -ari mandarique sibi, uti gratias publice ... agat. GELL. 6, 14 tit. de tribus philosophis, qui ab Atheniensibus ad senatum Romae -ti sunt (6, 14, 8 [*inde* MACR. Sat. 1, 5, 14] quos ... Romam ad s. ... -verant impetratum, ut *eqs.* 17, 21, 48 *philosophi* ad s. ... negotii publici gratia -ti sunt). 15, 31 tit. quae verba -verint Rhodii ad hostium ducem Demetrium (*15, 31, 4* mittunt ... legatos cum his verbis). IVL. VAL. 2, 25 p. 91, 24 quem -are institueras ad Darium (*Hist. Alex. M. 1 p. 81, 2 Kr. ἐὰν πέμψῃς ἄγγελον πρὸς Δαρεῖον*). CONC.S I 5 p. 358, 35 Adelphium ab exercitu iussimus ob hoc ad illos -ari (*gr. I 1, 7 p. 120, 31 ἐκ τῆς τάξεως ἰδικῶς ἀποσταλῆναι, in textu originario I 1, 7 p. 120, 9* ex officio specialiter destinari).

b *-antur adiutores magistratus cuiusdam (imperatoris p. 1116, 25) vel munere extraordinario fungentes*: **α** *indicatur, cui*: CATO or. frg. 11, 3 (130 M.) M. Fulvio consuli -tus sum in Aetoliam. CIC. Manil. 57 ne -retur A. Gabinius Cn. Pompeio expetenti ac postulanti (Att. 4, 19, 2 ad Q. fr. 3, 1, 18). Sest. 33 quos legatos non modo nullo senatus consulto, sed etiam repugnante senatu tibi tute -asti (*cf.* Att. 15, 11, 4 Dolabella me sibi -vit [fam. 6, 6, 10 SALL. Iug. 28, 4]). Att. 4, 15, 9 eum *Messium* Caesari -arat Appius (*antea*: legatione). TAC. ann. 4, 56, 3 ut Lepido ... super numerum -retur, qui templi curam susciperet.

β *vario usu*: CIC. Manil. 58 de quo -ando consules spero ad senatum relaturos. Vatin. 35 volo audire de te quo ... senatus consulto -tus sis; de gestu intellego quid respondeas; tua lege, dicis; ... ne hoc quidem senatui relinquebas ..., ut legati ex eius ordinis auctoritate -rentur. Lig. 20 Ligarium senatus ... -verat. Att. 4, 2, 6 ego me a Pompeio -ari ita sum passus, ut nulla re impedirer; quod nisi vellem ..., votivam legationem sumpsissem. 13, 6, 4 non dubito, quin fratri fuerit legatus *Mummius*, non in decem; atque ... accepi, non solitos maiores nostros -are in decem, qui essent imperatorum necessarii, ut nos ... M. Lucullum ... ad L. Lucullum misimus. LIV. 36, 1, 8 L. Quinctium superioris anni consulem -ari ad id bellum placuit (*cf. p. 1115, 49*). 44, 18, 5 (*2 Paulus* a senatu petit, ut legatos in Macedoniam mitterent ad exercitus visendos *eqs.*) senatus ... consuli negotium dedit, ut tris in Macedoniam, quos L. Aemilio *consuli designato* videretur, -ret. SCHOL. Cic. Bob. p. 133, 19 *M. Cato* -tus Cyprum fuerat (*cf. Vell. 2, 45, 4* ut is quaestor cum iure praetorio ... mitteretur in insulam C.). CIL XIV 3608, 26 (*a. 74*) *Ti. Plautium* -tum in [in] Hispaniam ad praefectur(am) urbis remissum senatus ... triumphalibus ornamentis honoravit.

c *-antur privata negotia gerentes* (*in legatione libera*): CIC. leg. 3, 18 nihil esse turpius quam [est] quemquam -ari nisi rei publicae causa; ... quaero, quid reapse sit turpius quam sine procuratione senator -tus, sine mandatis, sine ullo rei publicae munere. Att. 14, 5, 2 qui -ari noluerim ante res prolatas. 14, 13, 4 cum consilium cepi -ari a Caesare. fam. 12, 21 negotiorum suorum causa -tus est in Africam legatione libera.

2 *respicitur praeceptum testatoris, quo cui quid dari vult* (GLOSS. -at: testamento donat. testamento dat. *accedit dat. passim*; testamento RHET. Her. 1, 12, 20 CIC. Caecin. 11 Cluent. 33 top. 29 LABEO dig. 33, 8, 22 pr. 1. *et saepius* [*cf.* PLAVT. *p. 1117, 69*]; in testamento ALF. dig. 34, 2, 28 CELS. dig. 22, 3, 12 VAL. dig. 4, 4, 33 VLP. dig. 30, 34, 1. *al.*; per testamentum CAES. AREL. testam. p. 283, 20; codicillis IVLIAN. dig. 30, 86, 1. 30, 96 pr. SCAEV. dig. 29, 7, 14 pr. *al.*; in codicillis PAVL. dig. 32, 27 pr. COD. Iust. 8, 36, 3 pr. [*a. 380*]): **a** *exempla varia*: **α** *c. obi. rerum, servorum sim.*: LVCIL. 519 -vit ... uxori mundum omne penumque (1350 ALF. dig. 32, 60, 2. LABEO dig. 33, 10, 12 p. et supellex. *al.*). RHET. Her. 1, 12, 20 testamento vasa argentea uxori -vit (CIC. inv. 2, 116 vasorum argenteorum centum pondo. IAVOL. dig. 32, 100, 3 Corinthia v. POMPON. dig. 34, 2, 10 [*e Q. Mucio*] vas aut vestimentum. *al.*). CIC. Verr. II 1, 110 si plus -arit quam ad heredem ... perveniat. Caecin. 11 testamento facit heredem filium, usum et (*om. pars codd.*) fructum omnium bonorum suorum Caesenniae -at (top. 15. 17. 21 ALF. dig. 33, 2, 12 LABEO dig. 33, 2, 31 IAVOL. dig. 7, 1, 53. *et saepe*). 12 grande pondus argenti (*cf.* top. 13 argentum [16. 53. ALF. dig. 34, 2, 28. *al.*]). Cluent. 22 filio *sestertia* (*cf. p. 1117, 4*). 45. Phil. 2, 109 signa, tabulas, quas populo Caesar una cum hortis -vit (SVET. Tib. 44, 2 Parrasi ... t. ... -tam sibi sub condicione, ut *eqs.*). top. 29 *pecuniam* (53. LABEO dig. 33, 4, 6, 1 pro dote. LAVD. Murdiae [CIL VI 10230] 6 viro certam p. PROC. dig. 31, 46. *et saepe. cf. l. 83 et* CIC. leg. 2, 49 maior pars pecuniae). leg. 2, 51 cui plus -tum sit quam sine religione capere liceat. VARRO ling. 9, 83 mille aeris -asse. ALF. dig. 32, 60, 1 servis et ancillis urbanis -tis (40, 1, 7. LABEO dig. 32, 29, 3 generaliter. PROC. dig. 33, 6, 6. *et saepe*). 33, 2, 40 habitationem (SCAEV. dig. 8, 2, 41 pr. h. et horreum. VLP. dig. 2, 15, 8, 1 sive h. sive vestiarium sive ... alimentum. *al.*). 33, 7, 16, 2 uxori fundum, uti instructus esset, ... -vit (LABEO dig. 32, 30, 4. 33, 7, 5 f. et instrumentum eius. PETRON. 71, 2 Philargyro ... f. -o et contubernalem suam. IAVOL. dig. 31, 10 nominatim. *et saepe*). 33, 8, 14 peculium (33, 8, 15. 40, 1, 6 LABEO dig. 33, 8, 22 pr. *al.*). *al.* HOR. sat. 2, 5, 69 nil sibi -tum praeter plorare. LABEO dig. 33, 4, 13 dotem (IVLIAN. dig. 10, 2, 51 pr. per praeceptionem MARCELL. dig. 35, 2, 57. *al.*). *al.* LIV. 1, 3, 10 Numitori ... regnum ... -at *Proca* (IVST. 5, 11, 2 r. Artaxerxi, Cyro civitates *quasdam* ... testamento -vit *Darius*). perioch. 59 p. 71, 7 testamento Attali regis -ta *Asia* populo Romano (*de eadem re* VAL. MAX. 5, 2 ext. 3). MANIL. 4, 538 *sub Leone natus* quas ceperit ipse, non -bit opes. VAL. MAX. 4, 3, 10 tantum ... ponderis se testamento adulescenti -turum. 7, 8, 2 ex ... amplo patrimonio *nummos tot*. CIL XI 720 (*aet. Caligulae*) in huius balinei lavation(em) *sestertia tot* ... testament(o) -vit, ut ex reditu eius summ(ae) ... gratis laventur *municipales*. VI 8938 diis Manibus Ti. Claud(ii) Aug(usti) lib(erti) Thaletis; ... loco -to ab Iulio Alcide (LEX colleg. Aesc. et Hyg. [CIL VI 10234] 6 si quis l. suum -are volet filio *eqs.*). X 5056 (*aet. Neronis?*) qui Atinatibus *sestertia tot* -vit, ut liberis eorum ex reditu ... frumentum et postea sestertia singula milia darentur. *et saepe, maxime apud iurisconsultos et in titulis.* *indicatur, a quo res -ta praestetur* (*cf. p. 1117, 9. al.*): CIC. Cluent. 33 testamento -at grandem pecuniam a filio (34 top. 21. IVLIAN. dig. 30, 81, 7 ab impubere f. [30, 81, 10]. 35, 2, 87, 4 a f. totum semissem -verat). *ibid.* ab

[Hübner]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

secundo herede nihil -at (top. 21. QVINT. inst. 7, 9, 5 si quis ... circa ... monumentum multum agri ab heredibus in tutelam cinerum ... -et. IAVOL. dig. 7, 1, 54. 38, 2, 35 NERAT. dig. 47, 2, 65 [64]. *al.*). Att. 13, 46, 3 Cluvium ... a T. Hordeonio -are et Terentiae *sestertia tot* ... et sepulcro multisque rebus, nihil a nobis. IAVOL. dig. 29, 4, 11 si ab instituto et substituto eadem res mihi -ta sit (IVLIAN. dig. 30, 81, 7 POMPON. dig. 30, 45 pr.). *al.* **β** *absolute* (*maxime pass. impers.; afferuntur exempla selecta*): CIC. top. 14 -tum ei non videtur. LABEO dig. 18, 4, 24 cui a te herede Cornelius -verat. 33, 1, 17 pr. -tum ita est: Attiae ... quinquaginta damnas esto heres meus dare. PROC. dig. 31, 46 si scripsisset qui -bat: quidquid *eqs.* IAVOL. dig. 33, 5, 15 servo sine libertate -vi. IVLIAN. dig. 30, 91, 1 data libertate servo -ari vel pure vel sub condicione poterit: cum vero libertas sub condicione data fuerit, alias utiliter, alias inutiliter pure -bitur. POMPON. dig. 31, 45, 1 si sub condicione vel ex die certa nobis -tum sit. GAIVS inst. 2, 192 legatorum ... genera sunt quattuor; aut enim per vindicationem -amus aut per damnationem aut sinendi modo aut per praeceptionem (*sim.* VLP. reg. 24, 2). 2, 110 permissum est iis ... Latinos instituere heredes vel iis -are (*cf.* 2, 287 quamvis neque heres institui neque -ari ei posset). 2, 271 a legatario -ari non potest, sed fideicommissum relinqui potest. COD. Iust. 7, 72, 1 (*imp. Caracalla*) potiorem esse causam legatariorum, qui eum utpote heredem convenire potuerunt, quam eorum, quibus ipse -vit. VLP. dig. 30, 34, 11 si duobus sit -ta *eadem res*, quorum alter heres institutus sit, a semet ipso ei -tum inutiliter videtur. *al.*

b *iuxta* dare (*hic illic dubites, an notio prisca subluceat, e. g. l. 52. 62*): **α** *formula* do -o: ① *nude posita*: IAVOL. dig. 32, 100, 2 (*e Trebat.*) uxori meae vestem *eqs.* ... do -o. 33, 2, 41 (*e Labeone*) cum ita -tum esset 'fructus annuos fundi ... Maevio do -o' (*eodem modo afferunt formulam* IVLIAN. dig. 30, 84, 12 GAIVS inst. 2, 199 SCAEV. dig. 34, 3, 28, 2. *al.*). CELS. dig. 32, 79, 1 his verbis 'quae ibi mobilia mea erunt do -o' nummos ... non esse -tos Proculus ait (IVLIAN. dig. 30, 81, 8 h. v. 'Lucio ... fundum do -o' utiliter -atur. VLP. reg. 24, 3 per vindicationem h. v. -amus 'do -o, capito, sumito, sibi habeto'). POMPON. dig. 7, 1, 19 pr. Proculus putat insulam posse ... -ari ... hoc modo 'ei eorum aedificiorum usum fructum do -o' vel sic *eqs.* (GAIVS inst. 2, 193 per vindicationem h. m. -amus 'Titio ... Stichum do -o'. 2, 232). *et saepius apud iurisconsultos; in titulis* INSCR. RevArch. VI 33, 1949 p. 85 n. 168 (*a. 142*). CIL VI 9405, 10. 10245. *fere adverbialiter dictum* do -o -are *pro 'per vindicationem -are'* (*cf. l. 33. 36*): VLP. frg. Vat. 75 in do -o -tis (*contextu manco*). 83 si duobus do -o usus fructus -etur (86 [*deest formula locis similibus* VLP. dig. 7, 2, 3, 2. 7, 2, 8]. 87 proposuit ... Iulianus vel do -o -tum u. f. vel per damnationem; et ... sensit ... in do -o -to non esse ius adcrescendi. PAVL. frg. Vat. 47 per mancipationem deduci u. f. potest, non etiam transferri; per do -o -tum et per in iure cessionem et deduci et dari potest. 57 sent. 3, 6, 26). PAVL. sent. 3, 6, 69 servis do -o -tis. ② *c. additamentis*: TEST. Dasum. (CIL VI 10229) 125 do -o damnasq⟨ue esto dare⟩ *nummos tot.* SCAEV. dig. 34, 4, 30 pr. hoc amplius do -o darique volo viginti auri libras (34, 4, 30, 4 darique eis volo. CIL II 4514, 13 [*s. II ex.*]. *cf.* VLP. dig. 33, 7, 12, 33 do -o darique iubeo [*sim. l. 64*]). MARCELL. dig. 35, 1, 36 pr. do -o fideique eorum committo uti dent Gaio ... quadraginta. TEST. porcelli p. 269 (347), 1 sqq. patri meo ... ⌊do -o⌋ (delego *trad.*) dari glandis modios XXX *eqs.*

β *aliae formae*: LEX Falcid. (dig. 35, 2, 1 pr.) ut eam pecuniam easque res quibusque dare -are volet, ius potestasque esto (*item per asyndeton ibid. iterum.* TEST. Dasum. [CIL VI 10229] 117 ⟨quae cui hoc testamento dedi l⟩egavi. INSCR. NSc. 1928 p. 392 n. 4, 20 dare -are debeat familiae *sestertia tot*). *ibid.* quibus quid ita datum -tumve erit. POMPON. dig. 30, 12, 3 quod Titio infra -vero, id neque do neque -o (34, 4, 2 pr. fundum illi praeter usum fructum n. do n. -o). GAIVS inst. 2, 104 testator ... dicit: haec ita ut in his tabulis cerisque scripta sunt, ita do, ita -o, ita test[at]or itaque vos Quirites testimonium mihi perhibetote (*eadem fere* VLP. reg. 20, 9). CAES. AREL. testam. p. 283, 20 quod cuique ... per hoc testamentum meum dedero -vero darive iussero (*cf. l. 50*). CIL V 4015, 6 collegio dedit -vitque *nummos tot* (*cf. l. 82*).

B *laxius, sc. respectu legis vel praecepti sim. plus minusve neglecto, fere i. q. dare, dedicare necnon mittere, committere*: **1** *-antur res* (gentes *pro 'terra gentium'* ITALA; *sublucet hic illic imago testamenti*): **a** *variae*: PLAVT. Asin. 306 vae tibi! :: hoc testamento Servitus -at tibi. Merc. 38 eodem quo amorem Venus mi hoc *multiloquium* (hac *codd.*) -vit die. APVL. flor. 22 p. 102 ubi intellegit *Crates* nullum sibi in re familiari praesidium -tum, quo fretus aetatem agat. ITALA psalm. 77, 54 (cod. 136 Cas.) eiecit a faci[a]e eorum gentes et -vit illis in hora hereditatis (*gr. 77, 55 ἐκληροδότησεν, Psalt. Rom. al.* sorte divisit eis terram in funiculo distributionis, *Hier. psalt. sec. Hebr.* possidere eos fecit in funiculo hereditatem). CYPR. eleem. 6 p. 378, 9 *Petrus* cum ... orasset et viduarum ... idoneus advocatus -tas sibi preces ad dominum pertulisset, ... 'Tabitha', inquit, 'exurge'. CHALC. comm. 256 somnium ..., quod ex reliquiis commotionum animae diximus oboriri; visum vero, quod ex divina virtute -atur. MACR. Sat. 1, 24, 6 *Vergilius* moriens poema suum -vit igni. CIL V 2915, 7 hunc locum monimentumque diis Manibus do -oque (*cf. III 191* dedicavit monumentum dis Manibus. *IX 3107* dis Manibus consacravit). *huc spectat, si recte solvitur*: CIL V 5289, 9 parentibus suis Horatia P. f. Maxima leg(avit).

b *negotia, munera*: PLAVT. Cas. 100 quin potius quod -tum est tibi negotium, id curas atque urbanis rebus te apstines? ITIN. Alex. 48 aliis persecutione[m] -ta. CYPR. GALL. gen. 1209 *custos carceris Iosephum* innocuum ... videns commissa ergastula -at (*Vulg. 39, 22* tradidit in manu eius universos vinctos). MACR. somn. 1, 17, 6 hoc ... loco (*rep. 6, 17*) Cicero rerum quaerendarum iactis seminibus multa nobis excolenda -vit.

2 *-antur animantes* (*secundum usum sub II A 1 illustratum; cf.* CIC. fam. 3, 8, 4 *p. 1115, 45*): CIC. Att. 14, 19, 4 huc ... Caerellia missa ab istis est -ta ad me. CATVLL. 66, 57 ipsa suum Zephyritis *i. Arsinoe tamquam Venus* eo (*sc. in Pantheon vel ut crinem tolleret*) famulum *i. struthionem* -arat. OV. epist. 3, 127 mittite me *Briseida*, Danai, dominum -ta rogabo. APVL. met. 7, 10, 5 decem mihi ... -ate comites, quis contentus proximum castellum petam. 9, 11, 5 rebar ... me ad alium quempiam utique leviorem laborem -tu⟨m⟩ iri vel otiosum certe cibatu⟨m⟩ iri. TERT. nat. 1, 16, 15 adulescentem dominus in agrum et vincula -at (*cf.* relegare *necnon p. 1115, 14*). anim. 50, 2 *Menandrum magum* a superna et arcana potestate -tum. PS. CYPR. or. 2, 1 p. 146, 7 ad te -vi animam meam (*si recte trad.; an potius* levavi*?*). ITIN. Alex. 38 suis -at propere suppetias. LACT. inst. 4, 14, 17 deus ... filium suum ... -vit ad homines (*cf.* 4, 26, 25 deus ... magistrum virtutis -vit in terram [*epit. 45, 4* cum doctor v. ad homines mitteretur]. ira 2, 2 *Christum* -vit in terram).

III *usu novato*: **A** *c. acc. rei dicendo prolatae fere i. q. allegare, apud iudicem profiteri* (GLOSS. IV 414, 43 -at: allegat): TERT. monog. 17, 1 *homines parum pudici* habebunt plane, Christo quod -ent speciosum privilegium, carnis usquequaque imbecillitatem (allegent *Rhenanus, quod probatur vol. I 1668, 20; sed simplex pro composito dictum iure defendit Bulhart, praef. n. 106*). ENNOD. opusc. 2, 75 p. 311, 1 legatione valida utitur, qui aequitati res congruentes insinuat; quae gravis est plerumque principibus inpugnatio (*i. criminatio*), minus fidelium blanditiis non -atur. *huc trahere possis p. 1117, 77.*

B *c. enunt. fin. fere i. q. imperare, mandare* (*cf. gerund. l. 6, inf. p. 1117, 52; vix c. usu sub I illustrato coniungendum*): PS. CYPR. tract. 13 *paterfamilias servis* decem minas singillatim tribuens ut superadderent merci -vit (*Vulg. Luc. 19, 13* dedit illis decem minas et ait ad illos: negotiamini, dum venio). *Hübner.*

II *i. q. mortis vel mortuorum proprius*: **A** *respiciuntur res funerales*: Verg. Aen. 12, 877 ne me terrete . . ., obscenae volucres: alarum verbera nosco -emque sonum. Ov. met. 10, 453 ter omen funereus bubo -i carmine fecit (Sen. Thy. 692 *sacerdos* funesta prece -e c. ore violento canit). CE 1996, 11 (*s. II/III*) -i funere rapta. Damas. epigr. 9 (12 F.), 3 -ia vincula mortis. Heges. 1, 27 p. 44, 21 causa -is exitii (*gr. 1, 226 ἀπωλείας, Ps. Rufin.* mortis). Clavd. carm. min. 26, 93 quamvis Lachesis -i stamine damnet. Inscr. christ. Diehl 4781, 9 ⟨l⟩etali req⟨uie⟩. *speciatim de rebus inferis* (*cf.* lethaeus): Sen. Oed. 560 claustra -is (Lethaei *Heinsius et edd. plur.*) lacus. Sil. 6, 154 -em ripam (*146* Stygius, *175* Tartareus). Sedvl. carm. pasch. 4, 286 Tartara dissiliunt, herebi patuere recessus et tremuit -e chaos mortisque profundae lex perit (*cf.* op. pasch. 4, 21 p. 271, 12). *huc fortasse* Anth. 794, 31 ('*nescio an antiquum sit*' *Riese*) cur placuit *amicae meae* -e nefas, cur dedecus orbis, cur tam terribilis larva pudorque patris . . .? (*de aemulo; cf. Lucan. 7, 170* Stygii . . . numina regni infernumque nefas). **B** *respicitur status morientis vel mortui*: Ov. met. 2, 611 corpus inane animae frigus -e secutum est (Prvd. apoth. 466. Sedvl. carm. pasch. 3, 36 [*op. pasch. 3, 4* gelidae . . . mortis adventus]). 2, 827 -is hiems paulatim in pectora venit vitalesque vias . . . clusit. Plin. nat. 7, 171 signa (Boeth. herm. sec. 3, 9 p. 193, 10). Apvl. met. 9, 37, 2 ululatum. Amm. 21, 15, 3 anhelitu iam pulsante -i. 30, 6, 3 sudore (Avg. conf. 4, 4, 8). Novell. Valent. 33 pallor. Greg. Tvr. Franc. 4, 12 p. 143,

[Steinmann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

14 fetor. FERRAND. epist. 1, 2 (Migne 65, 379[A]) infirmitate. *hyperbolice*: CASSIAN. inst. 5, 31 oculi -i dormitione deprimebantur (*antea*: Lethaeo ... sopore). PRIMAS. in apoc. p. 873[C] somnolentia. **C** *in re iudiciali de criminibus, poenis capitalibus*: APVL. met. 11, 21, 6 sibi ... noxam ... -em contrahere (*an ad I? cf. p. 1184, 51*). AMM. 14, 1, 3 formula missa -i. 16, 8, 6 sententia. 22, 3, 12 poena⟨e⟩ (28, 3, 6 COMM. apol. 1018). 27, 9, 5 suppliciis (28, 1, 14). COMM. apol. 887 vindicta. **D** *usu vario*: TERT. anim. 53, 1 medicis ... arbitris omnium -ium rerum sive causarum (HIPPOCR. progn. 14 in aliis causis -bus [*gr. I p. 92, 16 K. θανατώδεσι νοσήμασιν*]). AMM. 14, 2, 13 discrimine (CLAVD. 24, 102). *?* 14, 11, 24 qui eum *Gallum* ... ad usque plagas (*i. laqueos*) perduxere -es (*23* capitali supplicio. *locum possis ad I trahere coll. p. 1184, 45*).

III *i. q. leto datus*: VEN. FORT. carm. 4, 28, 16 haec *nata* -is obit, ille *pater* superstes abit.

n. acc. **lētāle** *pro adv. vel obi. int. i. q. ita, ut letum adnuntietur, afferatur* (*cf.* letabile, letiferum *et p. 1184, 14*): SIL. 8, 637 non unus crine corusco ... rubuit -e cometes. STAT. Theb. 12, 760 -e furens. silv. 2, 6, 76 *Nemesis iuveni* misero -e favens. *dub.* (*accedit* nihil): CLAVD. DON. Aen. 9, 580 p. 262, 28 ('letali vulnere') ictus hastae nihil -e percusserat (*cf. l. 32; nisi concise pro 'nullum locum letalem', cf. p. 1183, 33. 1188, 56*).

adv. **lētāliter.** *i. q. ita, ut letum afferatur*: **1** *proprie*: PLIN. nat. 11, 206 -r circum eos (*sc. renes ovium*) concreto pingui. COLL. Mos. 2, 7, 1 ad necem caesus aut -r vulneratus (IVL. VAL. 2, 31 p. 103, 24 DON. Ter. Andr. 83, 2 AMM. 17, 4, 4. 22, 8, 22. 26, 6, 3. *al.*). GARG. MART. med. 20 lethargicos -r dormientes. 29 p. 165, 4 umor ... -r ad pthisim praestruit. IVL. VAL. 1, 8 p. 15, 19 laesum me -r (*Hist. Alex. M. I p. 15, 26 Kr. τελευτῶ*). 1, 17 p. 27, 26 altius et -r ictus (AVSON. 2, 7 p. 321 P. ictos -r ire per artus). AMM. 14, 5, 8 ferire. 16, 12, 53 transfixi. 24, 2, 13 *harundines* -r figebantur. 25, 3, 8 saucius (29, 5, 41). CLAVD. DON. Aen. 2, 530 p. 221, 3 filius ... -r percussus (*antea*: vulnere letali p. 11, 800 p. 531, 32). IVLIAN. in Iob 6, 10 vi morbi -r incruente (*i.* ingr-). PAVL. PETRIC. Mart. 4, 127 puerum, quem ... -r ictu perculerat serpens.

2 *in imagine et translate*: **a** *respicitur mors spiritualis Christianorum*: IREN. 4 praef. 4 (3 H.) *haeretici* -r vulnerantes, docendo blasphemiam (IVLIAN. Aug. c. Iulian. op. imperf. 2, 213 cum ... peccata ... reos suos -r vulnerassent). PS. AMBR. paenit 13 p. 987[A] ut -r feriatur *dormiens*. PAVL. NOL. epist. 13, 17 qui debilitates ... pauperum vel horrent vel inrident, fastidiosi -r et faceti. AVG. c. Iulian. 2, 10, 33 etsi non -r, sed venialiter tamen vincimur *a peccato*. AVELL. p. 401, 25 post praevaricationis ruinam, quam ... -r inciderunt *primi homines*. p. 510, 11 -r populus perfidia corruptus. SACR. Leon. 1264 humanum genus a suo principe -r sauciatum (*cod.* sauciato). EPIST. pontif. 10 Schwartz p. 26, 8 impudentiam ... potius ... fabulis celare -r quam prodendo medicinaliter sanare. PETR. CHRYS. serm. 112 p. 509[C] in altum -r saeviebat *morbus peccati*. SALV. gub. 3, 37 ne ... -r ... convalescerent *cupiditates*. SEDVL. op. pasch. 5, 11 p. 284, 6 in eis *Iudaeis* cruor *Christi* -r dominatur adspersus. FACVND. fid. p. 874[D] haeretici quod bene et salubriter ... acceperant, praecisi iam perniciose et -r retinuerunt. *al.* **b** *varia*: AVG. c. Iulian. 6, 18, 54 nimis acutis dialecticorum telis ... exercendo ... sectam vestram -r vulnerasti. CASSIAN. conl. 6, 9, 3 *vir perfectus* constantiae triumphum ex ipsis, quae -r inferuntur, capiens hostium telis. ISID. diff. 2, 109 *lex peccati et lex mentis* sibi invicem ... quotidiana colluctatione -r adversantur.

in lusu verborum: GREG. M. moral. 16, 77 -is laetitia (*cf.* letifera l. *Cassiod. in psalm. 9, 3*). CASSIOD. in psalm. 34, 21 l. 410 -r laetantium Iudaeorum.

compos.: illetalis.

lētāmen *v.* laetamen. **letania** *v.* litania. **letātūra** *v.* litatura.

lēthaeus (Lēth-), -a, -um, *λήθαιος*. *scribitur etiam* let(h)e-, laethe-; letihae- CE 1301, 8. GLOSS. obliviosus. -o: mortali. *inde a* CATVLLO, *in prosa non ante* APVL. [*e coni. dubia* SEN. Oed. 560 *v. p. 1184, 71*.]

1 *i. q. ad inferos pertinens* (*consonat* letum, *cf.* lethe *et* letalis *p. 1184, 70sqq.*): **a** *usu sollemni*: *α de aquis*: CATVLL. 65, 5 mei ... -o (loethi *O*) gurgite fratris pallidulum manans alluit unda pedem. CVLEX 215 -as ... transnare per undas (COLVM. 10, 62 imum concutiens barathrum -as terruit u. *Neptunus*. MART. 7, 96, 7 ad -as ... u. non eat). TIB. 1, 3, 80 Danai proles ... in cava -as dolia portat aquas. PROP. 4, 7, 10 summa ... -us triverat ora liquor. 4, 7, 91 -a ad stagna reverti. SEN. Herc. O. 1985 nec -os saeva per amnes vos fata trahent (STAT. Theb. 12, 559 -i portitor amnis. silv. 3, 5, 38). STAT. silv. 3, 3, 22 exultent placidi -a ad flumina manes. MART. CAP. 2, 116 (vers.) fugit expulsus -a ad litora somnus. *β de variis rebus*: HOR. carm. 4, 7, 27 nec -a valet Theseus abrumpere caro vincula Pirithoo. LYGD. 3, 10 -a ... ire rate (5, 24). SEN. Phaedr. 147 teneri ... -o abditum Thesea profundo. STAT. Theb. 4, 414 *Tiresias* -a ... sacra ... parat. silv. 5, 3, 24 -i ... in gramine campi. 5, 3, 285 sertis. CLAVD. carm. min. 53, 46 curru. *γ de deis inferorum*: COLVM. 10, 271 -i coniunx ... tyranni. LVCAN. 6, 685 -os ... excantare deos. CE 1114, 4 sorores. *per similitudinem de Anubi*: STAT. silv. 3, 2, 112 ianitor (*cf. de Cerbero Theb. 2, 53* leti ... i. *6, 499* i. ... Lethes).

b *fere i. q. mortuorum proprius, funeralis*: CE 1301, 8 -o ... iaces condita sarcophago.

c *hyperbolice de somno lethargico*: CASSIAN. inst. 5, 31 -o quodam sopore demergi (*infra*: letali dormitione).

2 *i. q. ad lethen flumen inferorum, quod oblivionem praebet, pertinens*: **a** *in descriptione fluminis*: VERG. Aen. 6, 705 -um... domos placidos qui praenatat amnem (CE 1305, 7). 6, 714 -i ad fluminis undam securos latices et longa oblivia potant (FIRM. math. 1, 2, 10 -i f. oblivione purgatas *animas*. CLAVD. 5, 492). 6, 749 *animas* -um ad fluvium deus evocat ..., scilicet immemores super ut convexa revisant (AVG. civ. 10, 30 p. 452, 16 D. *ad l.*: hoc est ad oblivionem praeteritorum. *cf.* MACR. somn. 1, 12, 11. *al.*). LVCAN. 3, 28 -ae ... oblivia ripae (STAT. Theb. 11, 82). SIL. 13, 555 -os ... latices, oblivia mentis. STAT. silv. 2, 1, 194 -i ... gurgitis oras (CLAVD. rapt. Pros. 2, 305). APVL. met. 2, 29, 3 me post -a pocula iam Stygiis paludibus innatantem. *m. pro subst.*: SERV. Aen. 6, 705 fingunt poetae animas -o hausto in corpus redire; ergo -us est oblivio, morti semper vicina. 6, 711 longe a -o. GLOSS.[L] I Ansil. LE 279 -us: amnis inferorum. 280 fluvius inferorum *eqs.* *?* GLOSS. V 112, 29 let fluvius et -us inferorum ('Lethe et -us f. i. *?*' *Goetz*).

b *in locutionibus*: *α respiciuntur res oblivionem vel somnum praebentes*: VERG. georg. 1, 78 urunt -o perfusa papavera somno ([SERV.: plena oblivionis. auct.: quod apud inferos per -um fluvium animabus praestetur oblivio]. HOR. epod. 14, 3 pocula -os ... ducentia somnos). 4, 545 inferias Orphei -a papavera mittes (*cf.* SERV. georg. 4, 131). Aen. 5, 854 ramum -o rore madentem vique soporatum Stygia. OV. ars 3, 648 *sunt medicamina, quae* victa ... -a lumina nocte premant. met. 7, 152 -i gramine suci. VAL. FL. 8, 84 rami. SIL. 10, 356 virga. STAT. Theb. 2, 30 vimine. PRVD. cath. 6, 18 vis *somni* (*16* obliviale poclum). CLAVD. 15, 213 -a ... Somnus frena regens tacito volvebat sidera curru. *β respiciuntur aqua, potus lethes*: OV. ars 3, 340 nec mea -is scripta dabuntur aquis (trist. 4, 9, 2 tua ... acta. *cf.* 1, 8, 36 cunctane -is mersa feruntur aquis?). SYMM. epist. 1, 91 ut quaelibet offensa tamquam -o poculo mergeretur (SCHOL. Hor. epod. 14, 1 tamquam -um sumpserit p.). HIER. adv. Rufin. 1, 30 p. 422[C] bibendum ... mihi erit de -o gurgite iuxta fabulas poetarum. *hyperbolice*: MAXIM. eleg. 1, 123 -a meam subeunt oblivia mentem (*tamquam potu lethes effecta, cf. Sil. 1, 236* oblivia lethes). *γ audacius de Amore*: OV. rem. 551 -us Amor, qui pectora sanat.

cf. Onom.

***lēthargia,** -ae *f.*, *λήθαργία*. *de scriptura v. s.* lethargus. *de orig. et notione*: CAEL. AVR. acut. 2, 1, 4 -am esse delirationem cum febribus acutis perniciem ducentibus. PLIN. VAL. 3, 7 -a dicta ... ab oblivione mentis atque corporis vagatione. ISID. orig. 4, 6, 5 -a a somno vocata; est enim oppressio cerebri cum oblivione.

nomen morbi, i. q. lethargus: PLIN. nat. 24, 63 *semen* instillatur ... capiti in -a (*var. ll.* -go, -gica) et phrenesi. SER. SAMM. 993 tit. -ae expellendae. CAEL. AVR. acut. 1, 6, 50 in -a passione (*ceterum* lethargica p.; *cf. var. lect. l. 80. 81*). 2, 1, 2 phrenitici saepissime in -am venerunt, ... declinante -a aliquanto e contrario lethargi in phrenitim deciderunt. 2, 1, 3 morbo ... in -am transeunte. 2, 2, 9 in -am faciles ac proni. *et saepius apud eundem.*

***lēthargĭcus,** -a, -um, *ληθαργικός*. -gui- ORIBAS., -giis DIOSC. 2, 14 p. 190, 13. *ceterum cf. de scriptura s. v.* lethargus. *de notione*: MARCELL. med. 1, 26 veternosos, quos Graeci -os vocant. CASS. FEL. 63 p. 155, 14 -i dicuntur ii, qui sensibus obtusis cum oblivione mentis acuta febre iactantur. ALEX. TRALL. 1, 59 tit. de -o i. oblivioso. GLOSS.[L] III Abstr. LI 45 somnolentus. *legitur inde ab* HOR. [*dub.*: GLOSS. III 606, 16 structio -us (*Goetz confert Cass. Fel. 63 p. 156, 12* sternutatio ... ex ... struthio ... excitat *sc. -os*).]

i. q. ad lethargiam pertinens, veternosus: **1** *proprie*: **a** *de animantibus lethargia affectis*: *α m. pro subst.* (*exempla selecta*): HOR. sat. 2, 3, 30 ut -us hic cum fit pugil et medicum urget (*i. phreneticus fit*). CELS. 3, 23, 2 quibus *remediis* -os excitare conantur (PLIN. nat. 20, 43. 238 AVG. in psalm. 34 serm. 2, 13 CASS. FEL. 63 p. 156, 6 ORIBAS. syn. 8, 1, 2 La p. 203). *ibid.* ne -us (*J*, -gus *cett.*) quidem his sanatur. PLIN. nat. 1, 36 (summa) phreneticos, -os *eqs.* (*respicitur* 36, 56). 32, 116 sanguinem testudinis -is inlinunt. *al.* PLIN. med. 3, 18 tit. -is. MARCELL. med. 1, 36 peucedano prodest ... -os perungi. DIOSC. 4, 60 p. 33, 2 qui si plus bibitus fuerit, -os facit et occidit (*gr. 4, 64, 3 βαπτίζει ⟨ὕπνῳ⟩ ληθαργωδῶς*). CAEL. AVR. acut. 2, 9, 45 lux, quam -is adhibemus. ORIBAS. syn. 8, 1, 2 La p. 202 -us ... et freniticus flevotomari oportet. *al.* *β adi.*: VEG. mulom. 2, 112, 1 -i ... iumenti ... signa (*respondet Chiron 376* iumentum litargum [*sed antea*: de -o. 378 signa -i]). 2, 112, 6 -um animal (*respondet Pelagon. 363* equum ... lethargum). AVG. serm. 40, 4, 6 -us pater.

b *de morbo lethargiae*: SCHOL. Hor. sat. 2, 3, 30 ('-us', *v. supra*) contrarii sibi sunt hii morbi: cardiacus et -us ([*ibid.* gloss. *Γ* cardiaca passio]. 2, 3, 142 AVG. serm. 87, 12, 15). SORAN. p. 58, 21 -ae ... et catalepticae *valetudines* (p. 59, 10). CAEL. AVR. acut. 1, 3, 38 passionem (1, 17, 172. *al.* CASSIOD. hist. 11, 7, 1 [-gia *C*]. ORIBAS. eup. 2, 1 C 10 Aa p. 451 [La et Ab -gia]). *? subst.* -us (*sc. morbus*): GLOSS. III 602, 27 -us: depressio somni et gravis oblivio cum febre periculosa (lethargia *Isid. orig. 4, 6, 5*). IV 534, 21 -us: somnum (*an* somnolentus *scribendum?*).

[Steinmann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

2 *hyperbolice* (*ad rem v. W. Schmid, Festschr. Snell 114 sqq.*): **a** *de obliviosis, cunctantibus* (*in disputatione sim.*): HIER. epist. 69, 2, 7 vibrantes hastas in -um dirigebam. VEN. FORT. carm. 5, 6 praef. 7 cum in electione cunctarer, venit in mentem -o dictum Flacci. FACVND. defens. 10, 7 p. 792^{C} intellectus ... adversus aliena pervigil, in suis ... medio die ... -us. **b** *de eis, qui salutem animae neglegunt*: AVG. epist. 89, 6 *homines auctoritatibus* resistunt ... duobus modis: aut saeviendo aut pigrescendo; quid ... faciat ecclesiae medicina ... tamquam inter phreneticos et -os aestuans? ... et phrenetici nolunt ligari et -i nolunt excitari; sed perseverat diligentia caritatis phreneticum castigare, -um stimulare (*cf.* serm. 87, 11, 14. 15. 359, 8 util. cred. 18, 36 p. 46, 20). 93, 2 ut tamquam de somno -o emergerent (Ps. AVG. serm. 150, 2 APON. 8 p. 146). *al.*

***lēthargus**, -ī *m. et* **-us**, -um (*l. 51*), *λήθαργος*. *scribitur* let(h)-, lit(h)-, lyt(h)-; *eadem varietate* lethargia, lethargicus. NOT. Tir. 58, 72 -um (*inter* Libithina *et* larba). *inde a* LVCR.

1 *t. t. medicinae*: **a** *nomen morbi, i. q. lethargia, veternus* (morbus -us *vol. VIII 1480, 54; definitur*: CELS. 3, 20, 1 inexpugnabilis paene dormiendi necessitas. Ps. SORAN. quaest. med. 201 oblivio mentis cum sopore et tarda excreatione. PROB. Verg. georg. 1, 124 'veternum'. CAEL. AVR. acut. 2, 1, 1 vocatur -us a consequenti passionis oblivione. 2, 1, 5 subitam vel recentem ⟨alienationem⟩ cum febribus et pressura. 2, 1, 7 obtrusio secundum vias membranarum. GLOSS.^{L} III Abstr. LE 20 vitium, quo comprimuntur aegri ad falsum somnum): LVCR. 3, 465 animus ... gravi -o fertur in altum aeternumque soporem (*cf.* 3, 829 in nigras -i mergitur undas). HOR. sat. 2, 3, 145 -o grandi est oppressus. CELS. 2, 1, 21 laterum et pulmonis dolores, -us, cholera, insania *morbi aetatis mediae sunt*. 3, 18, 14 Asclepiades ea *medicamenta* supervacua esse dixit, quoniam in -um saepe converterent. 3, 18, 15 -i periculum. PLIN. nat. 20, 119 ocimum ... insaniam facere et -os et iocineris vitia (*plur. ut* 28, 116 -os quos fecerit dexter *pes*. CAES. AVR. acut. 2, 9, 53 -os fieri multitudine cruditatis). 20, 238 si vehementior -us premat. 29, 63 -i ... medicinae. 32, 16 in -um vergentibus. TERT. anim. 43, 8 in -o. Ps. SORAN. quaest. med. 85 acutae passiones, id est phrenesis, -us, pleuresis, peripleumonia. CAEL. AVR. acut. 2, 3, 13 signa -i. *et saepius apud eundem.* *usu hyperbolico*: SVLP. RVF. or. frg. (8 M.) Quint. inst. 4, 2, 106 somnone te languidum an gravi -o putem pressum (*cf.* HIER. adv. Pelag. 1, 30 oppressus gravissimo -o ... dicis *contraria*). HIER. epist. 61, 4, 8 (*in lusu verborum de Vigilantio blasphemias proferente*) profundissimo non tam somno stertis quam -o. BOETH. cons. 1, 2, 5 W. -um patitur, communem inlusarum mentium morbum, sui paulisper oblitus est.

b *i. q. lethargicus, veternosus* (GLOSS. IV 255, 35 somnolentus): *α subst.* (*falso trad.* CELS. *p. 1186, 65*): PLIN. nat. 30, 97 -um olfactoriis excitari ([*inde* PLIN. med. 3, 18, 3 odore]. Ps. APVL. herb. 90 l. 26. PLAC. med. 5, 4 rec. α [*Plin. nat. 28, 230* lethargicos]). PELAGON. 365 potio ad -os (*Hippiatr. gr. I p. 394, 18 ληθαργικούς. cf.* 363 tit. ad -os = capit. 27 de -o). Ps. DIOSC. herb. fem. 7 l. 11 freneticis et -is. CAEL. AVR. acut. 2, 1, 2 -i in phrenitim deciderant. 2, 4, 20 -is inanis et inflatus *pulsus. al.* ORIBAS. syn. 8, 3 Aa add. tit. p. 204 ad -os (Ab p. 264 cod. G de -us. *at in contexiu* lethargicis). *β adi.*: PELAGON. *et* CHIRON *p. 1186, 73. 75.*

2 *nomen lapidis*: DAMIG. lapid. 34 p. 188, 10 Ostanes ... appellavit eum *lapidem galactiten* ... -um, quasi omnium oblivionem malorum. p. 189, 15 -um ... dicitur (*pro* dicunt, *nisi* -um *pro* -us) ..., quia praecedentia mala in oblivionem ducunt homines.

lēthē (Lēthē), -ēs *f.*, *λήθη* (*Λήθη*). *singulare tantum; dat. deest, acc.* -en *saepius*, laethem CE 1305, 6 (*7* laethei). *?* NOT. Tir. 59, 39 -er (*sic*).

1 *nomen proprium*: **a** *rerum inferarum*: *α fluminis, aquae oblivionem praebentis* (GLOSS.^{L} III Abstr. LE 22 -e flumen apud inferos. GLOSS. V 112, 29 *v. p. 1186, 19*): Ⓘ *in locutionibus fere tropicis*: Ov. trist. 4, 1, 47 ut ... soporiferae biberem si pocula -es, temporis adversi sic mihi sensus abest (Pont. 2, 4, 23 non ego, si biberes securae p. -es, excidere haec credam pectore posse tuo). Pont. 4, 1, 17 da mihi ... hebetantem pectora -en, oblitus potero non tamen esse tui. LVCAN. 5, 221 immisit Stygiam Paean in viscera -en. MART. 10, 2, 7 pigra per hunc *lectorem* fugies ingratae flumina -es. CE 1187, 5 in ... tuo tristis versatur pectore -e, ut non cognoscas me ... pium. Ⓘ *in descriptione locorum inferorum*: SEN. Herc. f. 680 placido quieta labitur -e vado demitque curas. Herc. O. 936 stabo ante ripas immemor, -e, tuas. Phaedr. 1202 unda miseris grata -es. SIL. 1, 236 *v. l. 79*. MART. 7, 47, 4 gustata -es paene remissus aqua. CLAVD. rapt. Pros. 1, 282 stagna ... tranquillae potantes marcida -es. CE 1305, 6 narrabam (sperabam *Dorvillius*) -en defunctorum⟨que quietem:⟩ nil mihi laethei profuit a⟨mnis aqua⟩. *per similitudinem*: Ov. met. 11, 603 saxo ... exit ab imo rivus aquae -es, per quem ... labens invitat somnos ... unda. SIL. 16, 476 aquae, sub nomine -es quae fluit immemori perstringens gurgite ripas (*de Limia ut* 1, 236 infernae ... referens oblivia -es. *cf. vol. IX 2, 108, 11 sqq.*). *β Acherontis*: SEN. Herc. f. 777 gravior ratis (*i. cumba Charonis*) utrimque -en latere titubanti bibit. STAT. Theb. 1, 297 *Laium* nondum ulterior -es accepit ripa profundi lege Erebi. 4, 622 transmittere -en. *γ per synecdochen plus minusve plenam pro Orco ponitur* (*consonat* letum, *cf.* lethaeus; *huc transeunt* SEN. Herc. O. 1162 relicta morte, contempta Styge per media -es stagna ... redi. 1550 vadis ad -en Stygiumque litus): LVCAN. 6, 769 longae somnum ... -es. VAL. FL. 2, 483 sortita ... -en corpora. STAT. Theb. 4, 567 fugit ille *Pentheus* per avia -es. 6, 499 ianitor atrae impavidus -es (*cf. 2, 53* leti ... i. *silv. 3, 2, 112* lethaeus i. *Anubis*). 8, 97 intramus -en. silv. 2, 4, 8 aeterna silentia -es (2, 6, 100 amoena). 2, 7, 101 praecipitem subire -en. 3, 3, 187 placare malae ... aspera numina -es (CLAVD. rapt. Pros. 2, 218). 5, 1, 161 *maritus* infernae ... flumina -es incorrupta rogat. MART. 10, 23, 4 nec metuit -es iam propioris aquas. CE 218, 5 -en incolis. 1551 C, 3 at -en cum sit Pomptilla recepta. 1567, 4 ne metuas -en. 2180 -es in morte quiesce (*cf.* letum *p. 1191, 23*). INSCR. NSc. 1933 p. 516 ⟨o⟩b impia (*sic*) -en.

b *herbae*: Ps. APVL. herb. 53 l. 13 adn. (*in codd. interpol.*) *papaveris silvatici nomina*: idem -e, alii lethusa.

2 *usu appellativo i. q. oblivio* (*cf. Varro ling. 7, 42 λήθη*, id est oblivioni. GLOSS.^{L} II Abav. LE 24 -e: obliviones): PELAGON. 397 *equus* obdormiet et -en daemonis sui accipiet (*Hippiatr. gr. II p. 83, 9 λήθην*). *cf. Onom.*

lethec(h), *hebr.* laetaek (*gr. λεθεχ*). *mensura frumenti*: EPIPHAN. de mensur. 2 -c Hebraeorum lingua vocatum est, quod est onus, eo quod unus iuvenculus XV modia vel ordei vel tritici valeat supportare ...; in Ose propheta (3, 2) dicitur 'quia mercedem mihi assumsi -c ordei' (*gr. p. 260, 15 λεθεχ, Itala Ambr. epist. 26, 9 et Vulg. aliter. cf.* HIER. in Os. 3, 2 p. 842^{C} pro 'nebel vini' in Hebraico legitur '-ch seorim', quod ceteri interpretes '*ἡμίχοριον* hordei' transtulerunt).

lēthūsa, -ae *f.*, *λήθουσα*. *nomen herbae*: Ps. APVL. *l. 14*.

***lētifer**, -a, -um. *a* letum *et* ferre. *de scriptura v. s.* letum. -r(a) hora CE 1141, 11; '*quasi epicoenon* (-r annus *Verg.*)' *Bücheler. compar. et superl. desunt.* GLOSS. *θανατηφόρος*. mortis subministrator. mortis inlator. mortifer. -um: *θανάσιμον*. *inde a* CATVLLO, *in prosa primum* COLVM. [*dub.*: Ov. epist. 9, 141.]

1 *usu sollemni i. q. letum afferens* (*c. dat.* COLVM.): **a** *proprie*: *α de rebus*: CATVLL. 64, 394 in -o belli certamine. VERG. Aen. 3, 139 lues et -r annus (STAT. Theb. 1, 707. 7, 709 CORIPP. Ioh. 3, 347). 10, 169 -r arcus ([*item* 9, 631 *P pro* fatifer]. LVCAN. 3, 500 VAL. FL. 4, 525 AVIEN. orb. terr. 1241). Ov. met. 7, 532 -is ... spirarunt aestibus austri (SIL. 14, 621). 8, 362 ictus (SIL. 7, 606 DYNAM. vita Max. 13 l. 329). 9, 166 vestem. GERM. frg. 4, 40 terras cum -r ortu Sirius adflavit. SEN. Herc. O. 208 stipite. COLVM. 7, 12, 14 rabies ... -r morbus huic generi *catulorum*. LVCAN. 4, 728 saniem *serpentis*. 6, 92 antra ... -i rabiem Typhonis anhelant. 6, 522 non -as ... auras. 7, 619 volnus (SIL. 10, 294). 8, 640 -ae tibi *Pompeio* causa morae fuit ... Lesbos. VAL. FL. 1, 192 bipenni. 6, 342 chalybs. SIL. 3, 191 -o stridebat turbine serpens. 15, 367 artas -i callis fauces. 16, 99 -os accendens Sirius ignes. STAT. silv. 1, 4, 109 pestes (CYPR. GALL. num. 310 ISID. reg. monach. 3, 3). IVV. 4, 56 -o cedente pruinis autumno. IVVENC. 1, 270 aevi. AVSON. 349, 9 p. 168 P. min. 95, 2 p. 348 gaudia. PRVD. ham. 231 suci (ISID. orig. 20, 3, 2). CLAVD. 1, 119 caede. rapt. Pros. 2, 203 spiritus. Ps. AVG. serm. 49, 1 eventu *belli*. PHYSIOGN. 40 p. 58, 11 venenum. ORIENT. comm. 1, 154 malum *morbi*. EVSTATH. Basil. hex. 5, 4, 4 taurini sanguinis haustus -r habetur (*gr. δηλητήριον*). DRAC. Orest. 171 mucrone (Romul. 5, 13 CORIPP. Ioh. 8, 536). CASSIOD. in psalm. 90, 3 poculum. COD. Iust. 4, 58, 4 herbas. Ps. VEN. FORT. vita Remed. 9, 25 transitum -i soporis. CORIPP. Ioh. 1, 5 tumultu. 4, 1050 terror. 6, 639 telis. CE 902, 5 dolores. 1141, 11 hora. *locutione quodammodo concisa*: Ov. met. 5, 133 in obliquo ... stetit inguine ferrum: -r ille locus (*sc. vulneratus*). fast. 1, 123 sanguine -o totus miscebitur orbis ('*quia profusio sanguinis mortem adfert*' *Burmannus, cf.* caede *l. 48*). VAL. FL. 8, 17 condita -is ... medicamina cistis ('*venena mortifera servantibus*' *Lemaire*). *β de hominibus eorumque partibus*: Ov. met. 12, 606 dextra. SIL. 13, 612 tyrannis. 15, 429 corpora -o sorbet Polyphemus hiatu. CLAVD. 3, 261 -os rictus *Rufini*. carm. min. 53, 97 visu *Medusae*. *γ de animalibus*: LVCAN. 9, 384 serpentibus (Ps. AMBR. mans. 35 p. 34^{A}). 9, 729 dracones -os (pestiferos *var. l.*) ardens facit Africa. STAT. Theb. 5, 628 anguis (5, 737). 6, 65 canes.

b *per imaginem et translate* (*in sermone eccl., fere de morte animae*): IVVENC. 2, 634 mala -o procedunt ore venena. AVSON. 153, 36 p. 8 P. laqueos, quos -r inplicat anguis (*i. diabolus*). Ps. DAMAS. epigr. 103, 5 -os ... compescere sensus. PAVL. NOL. carm. 21, 524 auri -r usus. epist. 16, 7 delectatione. LEO M. serm. 22, 4 p. 197^{B} pactionis. PROSP. epigr. 62, 1 angelus. SALV. eccl. 1, 1 aemulationis. 3, 55 oblivionis. CASSIOD. in psalm. 13, 3 l. 110 surditatem *Iudaeorum. al.*

2 *vi syllabae* -fer *debilitata i. q. ad letum pertinens, feralis* (*aliter l. 56 sqq.*): SIL. 5, 223 stridit Tartareae nigro sub pectore divae *Bellonae* -um murmur (Ps. AVG. serm. 49, 1 quotienscumque ... raucisono aeris cantu increpuerit -um m. *cf.* CORIPP. Ioh. 6, 546 gemit horrida cantu bucina -o). STAT. Theb. 8, 2 -as ... domos regisque arcana sepulti (*Ditis*).

n. acc. **letiferum** *pro adv. vel obi. int.* (*cf.* letabile, letale): SIL. 1, 460 -um nutant fulgentes vertice cristae. 2, 213 arma -um intonuere. *in lusu verborum* -a laetitia CASSIOD. *p. 1185, 58.*

lētificat NOT. Tir. 63, 38 (*post* letum, letalis). *a* letum *et* facere, *cf.* letificus.

lētificus, -a, -um. *a* letum *et* facere. *fere i. q. letifer*: SEN. Med. 577 sacra -a (luct- *A*) appara. LVCAN. 9, 901 -a ... aspide.

[Steinmann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

? Ps. Prisc. gramm. III 524, 5 ur syllaba terminata breviantur, ut sapifur **letifur** (lect- *G*). *vox ignota.*

? Gloss.^{L} II Abav. le 27 **letio** lamentabile. *obscurum.*

1. lēto, -āvī, -ātum, -āre. *a* letum. *inter verba activa coniugationis primae* Char. gramm. p. 473, 13 B. -o *θανατῶ*. Evtych. gramm. V 484, 2. *i. q. necare*: Cvlex 325 Paris hunc *Achillem* quod -at. Ov. met. 3, 55 -ta . . . corpora. Ib. 503 qui . . . Lycurgiden -vit.

cf. letabundus.

2. letō Oribas. syn. 3 add. p. 912 *v.* lithos.

lētor *v.* laetor *p. 897, 49.*

***lētum** -ī *n.* [*in linguis cognatis vestigia probabilia non apparent; potius assentiendum vid. eis, qui vocem (nomen dei?) etrusc.* leθn (leθm*?*) *conferant, cf. Waszink, Mnem. IV 19, 1966, 249 sqq. Sch.*]

de orig.: Varro ling. 7, 42 '-o' . . ., quod Graecus dicit *λήθη*, id est oblivioni (*cf.* Pavl. Fest. p. 115). Prisc. gramm. II 529, 20 'deleo, delevi'; unde et '-um' dicitur, quod delet vitam (*cf.* 178, 13. 490, 19. *v. etiam p. 1190, 41*). *scribitur etiam* leth-, laet(h)-, loet(h)- *in codd. passim; eadem varietate* letalis, letifer. *cf.* lethaeus, lethe. *inter neutralia semper singularia*: Char. gramm. p. 33, 18 B. Phoc. gramm. V 427, 27. *al.* *exstat masc.*: Itala psalm. 115, 6 (cod. 136 Cas.) -us. CE *p. 1191, 23* (-us). *25* (-os). *plur.* -a *p. 1190, 19,* -is *p. 1191, 51.* Not. Tir. 63, 36 -um. *de notione et differentiis*: Prob. app. gramm. IV 199, 26 -um . . . mortuum esse demonstrat (*opp.* laetum. *cf.* Isid. diff. 1, 343). Char. *l. c.* -um mors *ὁ θάνατος*. Diff. ed. Beck p. 67, 11 (*inter* -um *et* mors, *v. vol. VIII 1504, 13 sqq.*). Gloss. *θάνατος. μόρος. δηλητήριος*(*?*). mors, mortale. *legitur in formula prisca infra l. 43 et inde a* Plavto, Enn., Pacvv., Acc. *fere in poesi; in prosa praeter formulam illam raro* (*aetate vetustiore fere in iuncturis* -o dare, -o perire, -o afficere, -um oppetere, iacere -o) *apud* Cic. (*bis*), Nep., Liv. (*sexies*), Val. Max., Sen. nat., Cvrt., Melam, Plin. nat. (*ter*), Apvl. *et recentiores.* [*confunditur in codd. c.* lectus (Acc. trag. 519 Lvcr. 3, 929 Hor. carm. 1, 12, 36 Prop. 3, 12, 35. 4, 7, 30 Lvcan. 6, 532), telum (Lvcr. 3, 170 Verg. Aen. 11, 818. *cf. p. 1191, 45*), fatum (Lvcan. 4, 518. 9, 980). *dub.*: Afran. com. 55.]

i. q. mors, caedes: **I** *usu communi*: **A** *in univ.*: **1** *strictius de morte animantium* (*animalium* [*fere cum acumine dictum, hic illic ita, ut homines iuxta ponantur*]: Ov. epist. 20, 106 met. 5, 479 hal. 57 Phaedr. 1, 22, 9. 3, 16, 18 Plin. nat. 8, 52 Val. Fl. 1, 786 Sil. 16, 410 Avson. 2, 4 p. 321 P. 6, 1 p. 322 Inscr. *p. 1190, 19*): **a** *locutiones verbales plus minusve sollemnes*: *α* dare: Ⓘ -o d. (*aliquem, membra sim.; cf.* morti d. *Lex reg. Paul. Fest. p. 221 Plaut. Asin. 608 Merc. 472 Lucr. 6, 1144. 1255 Hor. sat. 2, 3, 197 Ov. Ib. 396. 631 Sen. Med. 1005*): *in formula prisca*: Cic. leg. 2, 22 '⟨bo⟩nos -o datos divos habento'. Varro ling. 7, 42 in funeribus indictivis, quo dicitur 'ollus -o datus est'. Fest. p. 254 praeco, qui in funeris ⟨indictione ita pronuntiare solet:⟩ † illius (ollus *ed. vet.*) Quiris -o datus *in poesi*: Enn. scaen. 334 quorum liberi -o dati sunt in bello. Pacvv. trag. 148 qui te . . . -o dabit. Lvcr. 5, 1007 penuria . . . cibi languentia -o membra dabat. Verg. Aen. 5, 806 milia multa. 11, 172. 12, 328 fortia corpora. Ov. epist. 2, 147. 14, 116. 20, 106 met. 1, 670. 3, 120. 547. 5, 479. 6, 297. 11, 374. 12, 72. 12, 344 corpus inutile. 12, 378. 463. 535 fast. 6, 466 Ib. 322 trist. 2, 398 Phaedr. 1, 22, 9. 3, 16, 18 Sen. Herc. f. 1048. Herc. O. 1748 forti. Phaedr. 695 Phoen. 579. Octavia 887 simili. Lvcan. 9, 732 omnia. Val. Fl. 6, 272 Sil. 4, 109. 343. 7, 599. 10, 132. 15, 669. Ivv. 10, 118 uterque perit orator, utrumque . . . -o dedit ingenii fons. Ter. Mavr. 2062 agmina. Ivvenc. 4, 109 Clavd. 28, 233. *in prosa recentiore*: Cod. Theod. 9, 3, 1, 1 Svlp. Sev. chron. 1, 31, 2. 1, 51, 2 CIL X 2039 a. Ⓘⓘ -um d. (*alicui; cf.* mortem d. *Manil. 4, 534 Sen. Tro. 329 benef. 3, 23, 1 Lucan. 6, 169. 770. 7, 470*): Sen. Herc. O. 976 si potes -um dare . . ., dexteram exspecto tuam. Med. 17 coniugi -um novae -umque socero et regiae stirpi date. Cypr. Gall. exod. 584 utinam nobis -um sors una dedisset (*Vulg. 16, 3* u. mortui essemus). Ⓘⓘⓘ ad -um d. (*cf.* ad mortem d. *Plaut. Amph. 809*): Ivvenc. 2, 468 ad -um . . . dabunt genitorum corpora nati (*Vulg. Matth. 10, 21* tradet . . . in mortem). *β varia*: Plavt. Aul. 661 emortuom ego me mavelim -o malo (*cf.* Ov. met. 7, 544 -o [longo *codd. opt.*] moriturus inerti. Stat. Theb. 9, 787 -o moriere virorum. *?* CIL VIII 18657 suo -o ['*quando . . . fata voluerunt*' *Mommsen dubitanter*] . . . mor(tuus)). Merc. 483 quo -o . . . ut peream (Att. 10, 10, 5 quam turpi -o pereamus. div. 1, 56 eodem sibi -o, quo ipse interisset, esse pereundum [*cf. Cluent. 173* morte periit]. Liv. 2, 40, 10 alii alio -o. Sen. Phaedr. 263. Plin. nat. 24, 157 insanabili. Vlp. dig. 47, 11, 9 malo). Mil. 1241 alio modo . . . conscis-cam -um (Lvcr. 3, 81 sibi). Enn. ann. 398 occumbunt multi -um ferroque lapique (Sil. 13, 380. *cf.* Sen. Phaedr. 997 flebili -o occubat [*v. vol. IX 2, 380, 48*]. Lvcan. 2, 198 infesto . . . occumbere -o [Val. Fl. 1, 633 segni. Stat. Theb. 1, 595. 5, 693]. Ivvenc. 4, 331 procumbere -o [*Vulg. Ioh. 11, 16* moriamur]. Prvd. c. Symm. 2, 706 subcumbere -o. Cypr. Gall. exod. 813 decumbat eodem, quo perimet, -o [*Vulg. 21, 12* morte moriatur]). Acc. trag. 117 nos . . . ut dividos -o offeres (Lvcr. 3, 1041 caput [Sen. Med. 435]). 491 socium mittis -o (Ov. fast. 2, 664. 5, 385. *cf.* Val. Fl. 7, 314 demittere [Stat. Theb. 1, 659. 6, 736]. Ivvenc. 2, 487 dimittere [*Vulg. Matth. 10, 28* occidere]). Cic. carm. frg. 32 Euthynous potitur fatorum numine -o (*cf. Ps. Plut. mor. p. 109B μοιριδίῳ θανάτῳ*. Lvcr. 4, 766 mortis -ique potitum). Catvll. 68, 91 *Troia* etiam nostro -um miserabile fratri attulit (Sen. Phaedr. 857. *cf.* Verg. Aen. 11, 872 ferentis [Sen. Phoen. 149 herbas, quae ferunt -um. Sil. 4, 177. 13, 210. 15, 632]. Stat. Theb. 5, 660 inferre). Lvcr. 3, 904 -o sopitus. 3, 1079 nec devitari -um pote quin obeamus (5, 1420. *cf.* Apvl. flor. 16 p. 68 abire. Sidon. carm. 2, 297 subiit). 6, 1229 hoc aliis erat exitio -umque parabat (Ov. met. 15, 763 triste parari pontifici -um. Ib. 355 Octavia 620). Nep. reg. 3, 2 pari -o affectus est Lysimachus (Liv. 22, 53, 11 pessimo. Sil. 2, 184 Hyg. astr. 2, 4 p. 37, 2). CIL I^2 1761 (= CE 70 adn.) -o occidit (*cf.* Ov. met. 8, 518 quod . . . ignavo cadat et sine sanguine -o, maeret. Ivvenc. 4, 327 in -um cecidit [*Vulg. Ioh. 11, 14* mortuus est]). Verg. georg. 2, 456 Centauros -o domuit. Aen. 3, 654 animam hanc . . . quocumque absumite -o (Liv. 40, 4, 15). 5, 624 o miserae, quas non manus . . . Achaica bello traxerit ad -um (Octavia 894 Ivvenc. 2, 335). 6, 434 qui sibi -um insontes peperere manu (Ciris 282. Sil. 17, 262 egregium). 8, 566 ter -o sternendus erat (Sen. Thy. 1109 simili. Sil. 10, 33 Clavd. carm. min. app. 2, 86. *cf.* Ivvenc. 4, 406 prosternere [*Vulg. Matth. 26, 4* occiderent]). 9, 433 volvitur Euryalus -o. 10, 319 Gyan . . . deiecit -o (*cf.* Inscr. christ. Rossi II p. 71, 40 a, 17 hic novus antiquum iecit ad -a draconem). 10, 418 senior -o canentia lumina solvit. 11, 818 labuntur frigida -o lumina (Serv.: alii 'telo' legunt. *cf. infra l. 74*). 11, 830 captum -o . . . caput. 12, 49 -um . . . pro laude pacisci. 12, 851 siquando -um horrificum morbosque deum rex molitur (Ov. met. 4, 462 Sil. 10, 5). Hor. carm. 3, 22, 3 (*ad Dianam*) laborantes utero puellas . . . adimis . . . -o. Tib. 2, 6, 19 iam mala finissem -o. Ov. met. 15, 108 nostrum . . . petentia -um corpora *animalium* (*cf.* Liv. 45, 26, 8 pro patria qui -um oppetissent [Sen. Tro. 369 Sil. 15, 336]). hal. 57 *leo* suo properat sibi robore -um. Sen. Herc. f. 630 natos . . . -o petit (*cf.* Med. 257 quem poenae -oque expetit). Herc. O. 1410 antequam -um mihi ignavus aliquis mandat. Phoen. 250 aliquis intra viscera materna -um praecoquis fati tulit (Tro. 1064 Arator act. 1, 445). nat. 6, 2, 8 iacere ignobili -o. Octavia 940 passa . . . -um (Lvcan. 7, 670 Avson. 6, 1 p. 322 P.). 961 rapite ad -um (Sil. 14, 607 ignavo rapitur -o. *cf.* 13, 80 *Minerva Celtas* corripuit -o). Lvcan. 3, 643 pars ultima trunci tradidit in -um vacuos vitalibus artus (9, 102 longo tradita -o). 4, 345 non derat fortis rapiendo (cap- *var. l.*) dextera -o (Sil. 2, 678 rapiens -um. *cf.* 2, 118 praeripuit -um). 4, 486 decernite -um. 6, 112 -um . . . minantis . . . herbas (Homer. 76). 8, 483 -o damnare (8, 570. 9, 87). 9, 819 non tam veloci corrumpunt pocula -o. Val. Fl. 1, 786 *taurum* statuit -o. Sil. 4, 164 seminecum -um peragit gravis ungula pulsu. 4, 194 exceptum pectore -um. 5, 415 propero . . . virentis delerat -o bellator . . . annos (Cypr. Gall. deut. 180 subito delere -o). 5, 419 monstratum reddere -um. 16, 82 ad -um . . . venientia . . . agmina. 16, 646 caesis ductoribus . . . gemino -o (*cf.* Clavd. Don. Aen. 6, 160 p. 530, 14 ['indigna morte peremptum'] -o miserabili occisum). Stat. Theb. 1, 254 licet . . . custodem Phariae somno -oque iuvencae extinguas. 3, 538 quae saeva . . . victores agitat -o Iovis ira . . .? 10, 80 Aonios -o praebere. 10, 444 -o . . . fruuntur. 12, 678 Adrastida -o admovet. Arnob. nat. 1, 63 *Christo* arduum fuerat -um cui vellet indicere? Opt. Porf. carm. 24, 32 (*ad Christum*) -um . . . salubre luisti. Ivvenc. 4, 318 ad -um ducens . . . violentia morbi (*Vulg. Ioh. 11, 4* ad mortem). 4, 751 fusa cadavera -o (*Vulg. Matth. 28, 4* mortui). Clavd. 3, 234 nec celeri perimit -o (Cypr. Gall. exod. 813). Comm. instr. 1, 20, 4 malo -o defunctos.

b *exempla generalia selecta*: Enn. scaen. 134 cum meae vitae parcam, -um inimico deprecer? Acc. trag. 421 pernici orbificor liberorum -o et tabificabili. 519 in -o (lecto *var. l.*) coniugis. Cic. Arat. 148 *Phaethontis* -um maerenti voce canentes. carm. frg. 32, 24 B. (Tusc. 2, 25) longe a -o numine aspellor Iovis (*cf.* Lvcr. 3, 676 a -o iam longiter errat). Catvll. 64, 149 te in medio versantem turbine -i eripui. 64, 187 ostentant omnia -um. CE 55, 15 (*aetate Catulli ?*) studium patronae, cura (*eqs.*) . . . silent ambusto corpore et -o tacent; reliqui fletum nata genitori meo (17) et antecessi, genita post, -i diem (Cvrt. 8, 9, 33). Lvcr. 3, 211 -i secura quies. 3, 401 *anima* gelidos artus in -i frigore linquit (4, 924). 3, 530 gelidi vestigia -i. 3, 687 neque originis esse . . . expertis animas nec -i lege solutas (Ivvenc. 3, 35 CE 1478, 1). 6, 707 causas . . . -i (Verg. Aen. 4, 169 Prop. 3, 7, 29 Ov. am. 2, 10, 30. *al. adde l. 73*). *al.* Verg. Aen. 3, 685 -i discrimine parvo *inter Scyllam et Charybdin* (9, 143. 10, 511. *de periculo*: Val. Fl. 1, 714 trucis discrimina -i. Sil. 12, 266 Clavd. carm. min. 30, 164 Cypr. Gall. exod. 354. *cf. p. 1191, 42*). *et passim.*

2 *de interitu rerum* (*cf. l. 84*): Lvcr. 1, 241 res omnis eadem vis causaque volgo conficeret, nisi materies aeterna teneret; . . . tactus enim -i satis esset causa. Verg. Aen. 5, 690 tenuis Teucrum res eripe -o. Ivvenc. 2, 747 (*de plantis*) cuncta . . . apicum labuntur acumina -o.

3 *de morte animae* (*cf. p. 1191, 3. 10 sq. 46*): Clavd. carm. min. 32, 17 (*ad Christum*) ut nos subriperes -o mortemque fugares morte tua. Alc. Avit. carm. 2, 183 callidus . . . draco et -i tum sponte magister interitum docet (*cf.* 2, 207 *Eva* incipit . . . dubiam -o plus addere mentem. Arator act. 2, 1164 *serpens* -um . . . ministrans).

B *in describendo regno, potestate sim. mortis*: **1** *notione generali plus minusve servata*: Enn. scaen. 109 Acherusia templa alta Orci, pallida -[i]o, nubila tenebris loca, salvete infera. CE 55, 1 (*aetate Catulli ?*) oculo errante quei aspicis -i domus. Lvcr. 1, 852 quid in oppressu valido durabit . . ., ut mortem effugiat, -i sub dentibus ipsis?

[Steinmann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

1, 1112 haec rebus erit pars ianua -i (5, 373 Ov. met. 1, 662 Val. Fl. 3, 386. 4, 231 Stat. Theb. 3, 68 silv. 5, 3, 257 Arnob. nat. 2, 27. Prvd. psych. 89 [*ad Libidinem*] tu princeps ad mortis iter, tu i. -i *eqs. cf.* Verg. Aen. 2, 661 patet isti i. -o). 2, 917 -i vitare vias (Tib. 1, 3, 50 Ov. met. 11, 792. Liv. 31, 18, 7 qui ... se ... per omnes v. -i interficerent. Gratt. 409 Sen. Phoen. 304 Lvcan. 4, 267. Val. Fl. 1, 32 v. ac tempora. Stat. Ach. 1, 256 Drac. laud. dei 2, 524. *cf.* Ov. met. 8, 399 quaque est via proxima -o. Gratt. 465 quae ... -o [*E¹ in marg.*, licito *sim. cett.*] propior via?). 2, 960 -i iam limine ab ipso ad vitam ... reverti (6, 1157. 1208 Cvlex 224. *cf.* Carm. de resurr. 75 Eva ... patefecit limina -o). 3, 42 Tartara -i (Verg. georg. 4, 481 intima -i T.). 3, 67 quasi iam -i portas cunctarier ante. 5, 1232 fertur ... ad vada -i. Hor. carm. 1, 3, 33 semoti ... tarda necessitas -i corripuit gradum. Gratt. 373 a Stygia -um Proserpina nocte extulit. Colvm. 10, 273 Tartara caelo praeposuit Ditemque Iovi -umque saluti et nunc inferno potitur Proserpina regno. Stat. Theb. 2, 53 -i ... triformis ianitor. silv. 2, 1, 183 pone metus -ique minas desiste vereri. Prvd. apoth. 744 quae vis penetraverit abdita -i. c. Symm. 1, 91 Cocytia -i iura (Greg. M. epist. app. p. 470 vers. 3 -i nil i. nocebunt. *cf.* Inscr. lat. Tun. ed. Merlin 1610 iniuria). 1, 294 taetro -i ... baratro. Clavd. 8, 58 unus ... -i rapuit de faucibus urbes. Rvst. Help. benef. 101 trucis calcare repagula -i. Arator act. 2, 801 -i convertit iter *Eutychus resuscitatus*. CE 562, 19 quam mortis acerbus eripuit -us (*cf. 2180* lethes in morte; *vix recte* lectus *Stowasser, WSt. 30, 1909, 280*) teneramque ad Tartara duxit. *?* 2177, 9 nostros tutare parentes, donec fata meis -os (*i.* -us) contraxerit umbris. *per oxymoron*: Lvcan. 6, 532 *Erictho* perversa funera pompa rettulit a tumulis, fugere cadavera -um (*M² et var. l. UV, def. Housman*; lectum *vel* lecto *ceteri. obsolete e. g.* -i fuga Hor. sat. 2, 6, 95 Octavia 323).

2 *per plenam prosopopoeiam*: Verg. Aen. 6, 277 primis ... in faucibus Orci ... pallentes ... habitant Morbi ... -umque Labosque; tum consanguineus -i Sopor (*inde* Avg. anim. 4, 18, 28. *cf.* Val. Fl. 8, 74 *Somne* fratri ... simillime -o. Stat. Theb. 5, 197 consanguinei mixtus caligine -i ... Somnus). Sen. Oed. 652 -um Luesque, Mors Labor Tabes Dolor, comitatus illo *Marte* dignus. Petron. 124 vers. 257 -um ... et lurida Mortis imago. Val. Fl. 2, 206 Dolus et Rabies et -i maior imago. Sil. 4, 437 exercitus una Irarum Eumenidesque simul -ique cruenti innumerae facies. Hyg. fab. geneal. 1 ex Nocte et Erebo Fatum Senectus Mors -um *eqs.*

II *usu fere metonymico* (*poetice*): **A** *pro causis -i: sanguine effuso*: Sen. Herc. f. 1195 puerili madens harundo -o. *veneno*: Colvm. 10, 407 stipantur calathi ... pomis, quae barbara Persis miserat, ... patriis armata venenis; at nunc expositi parvo discrimine -i ambrosios praebent sucos, oblita nocendi. *telo*: CE 1527 A, 6 (*s. II; describitur statua equestris*) -um librat ab aure manus (*cf. Verg. Aen. 9, 417* telum librabat ab aure. *lapicidam errasse sicut librarios p. 1189, 33 iure negavit Bücheler*). *animantibus*: Prvd. psych. 571 -um versatile et anceps (*i. Avaritia*) lubricat incertos dubia sub imagine visus. Drac. Romul. 4, 27 (*loq. Hercules*) -um, non praeda fui Iunonis alumnis.

? **B** *pro sepulcro martyrum vel ipsis martyribus sepultis*: Inscr. christ. Rossi II p. 296, 10, 2 glorificat nostra pax, quos co(n)tem(p)serat hostis, e⟨s⟩t (h)onor e[s]t potior his qua(m) co(n)cussio -is; nos dedimus sedem istis (sanctis *Rossi*) *eqs.*

stilistica: **1** *iungitur c. vocabulis affinibus*: **a** *per copulam*: Lvcr. 4, 766 mortis -ique (*cf. l. 35. 38*). 6, 1201 tabes -umque. Verg. Aen. 7, 455 bella manu -umque gero. Ov. met. 14, 217 -o poenae que relictus (Sen. Med. 257 Octavia 894 Sil. 13, 295). Sen. Phoen. 579 -o et exitio. Val. Fl. 4, 168 -o ... et armis. Sil. 2, 118 -um calamumque. 5, 460 -ique et stragis acerbae. Arnob. nat. 2, 27 -i atque interitus. **b** *per gen.*: -i: Lvcr. 6, 1199 funera -i (*in fine versus ut* Cypr. Gall. exod. 296. CE 1339, 19 funere -i. *cf.* Ivvenc. 2, 521 -i post funera. *similiter* Clavd. rapt. Pros. 2, 358 funerei ... -i). Hor. *supra l. 13.* -um *c. gen.*: Sen. Herc. O. 1200 ubique mors me fugit, ut -o inclitae sortis (*Leo*, fortis *vel* mortis *codd.*) carerem. Phoen. 250 -um praecoquis fati. *audacius* mortis ... -us *l. 22sq.* **2** *in lusu verborum vel veriloquio*: Verg. Aen. 8, 346 sacri monstrat nemus Argileti ... et -um docet hospitis Argi (*cf.* Mart. 1, 117, 9 Argi ... soles subire -um). Val. Max. 1, 5, 9 cum ... dixisset 'hodie ego Letum utique capiam', inconsiderantius proeliando fortuitum iactum vocis -o suo confirmavit. Apvl. flor. 16 p. 68 ante -um quam lectum. Pavl. Nol. carm. 8, 23 laeto pavidi formidine -i. *cf.* delere -o *p. 1190, 41 cum p. 1189, 16.*

cf. Onom.

deriv.: letabilis, letalis, leto.

compos.: letifer, letificat, letificus.

1. lētus *v.* letum. **2. lētus** *v.* 2. laetus. *Steinmann.*

leva Oribas. syn. 3, 40 p. 861 *v.* lixivus.

levābilis, -e. *a* 1. levare. *id quod sursum tollit sive surgit*: Cael. Avr. acut. 3, 7, 71 discernens raptum (*i.* σπασμόν) a tremore atque saltu (*i.* παλμῷ) Demetrius ... in his, qui saltu afficiuntur, -em et possibilem motum fieri indicavit (*fort.* ponibilem *pro* poss- *scribendum coll. 3, 7, 73* saltum ... non extensione vel conductione fieri, sed levatione ac depositione. *ibid.* ex tanta levatione ... atque depositione).

scanthos: **leuadio** Gloss. III 188, 10 (*inter avium nomina*). *obscurum.*

1. levāmen, *abl.* -ine *n. a* 1. levare. *legitur nom.* -n *in poesi inde a* Catvllo (*sc. in hexametro non nisi novissimo loco*), *in prosa inde a* Cic., Liv.; *abl.* -e *inde a* Dict., Symm.; *pluralis vix recte suppletur* CE 97, 9. [*it. vet., venet. vet.* levame, *tusc.* (*Lucca*) levame, levammə; *raet. or.* levaŋ; *francog.* levain (*dial. wall., pic., norm., pict., burg., loth.*); *francoprov.* levã *etc.*; *prov. vet.* levam, *delph., prov., langued., alvern.* levam(e); *vasc.* lewámi *etc. suffixo mutato: cors.* nuirme. *de vocabulis a* levante, levatu *derivatis v. s.* 1. levo. *cf. M.-L. 4998. Battisti-Alessio 2216. Wartburg V 266sq. G.*] [*falso tradi vid. pro* levamentum Tac. ann. 12, 5, 3 *v. p. 1193, 49.*]

i. q. res apta ad levandum vel actio levandi: **I** *c. respectu recreandi, leniendi sim., sc. incorporaliter vel in imagine* (Gloss. requies. quies. *cf.* II 354 27 *κοίφισμα* -n. *imprimis -a sunt res; homines l. 16. 18sqq. 41sqq. et al.*): **A** *in univ.*: Catvll. 68, 61 *rivus* dulce viatori lasso in sudore -n (-amus *codd.*). Cic. Att. 12, 16 quod si esset aliquod -n, id esset in te uno. Ov. epist. 3, 62 quis mihi *Briseidi* desertae mite -n erit? Sen. Ag. 491 nec hoc -n denique aerumnis datur, videre saltem ... quo pereant malo. Med. 548 haec (*i. liberi*) causa vitae est, hoc ... curis -n. Tro. 961 sola *Polyxena* ... haec est super votum, comes, -n afflictae *Hecubae*, quies. Mart. 6, 68, 5 hic *puer* tibi curarum socius blandumque -n. Tac. hist. 5, 3, 2 Moyses ... aquarum venas aperit: id -n (*sc. inopiae*). CE 220, 3 (*s. III ?*) -n hoc doloribus lacrimisque pausam credidit. Symm. epist. 1, 54 non mediocre ... inter praesentes curas -n accepi (*antea*: solacium). 7, 17 me esse contentum tali -e non pigebit. 7, 70 medium est ... -n in litteris (*postea*: in quibus *epistulis* ... plus esse solacii). rel. 23, 1 unum -n iniuriis meis tribuit eventus. Amm. 19, 8, 6 offendi dirum aspectum, sed fatigato mihi ... -n ... tempestivum (*sc. quod ob eam rem equum adeptus sum*). CIL VI 1771, 12 (*s. IV*) providimus his *suariis* -n ex titulo canonico vinario. Avg. serm. 277, 4, 4 quod nunc est onus, erit honor: quod nunc sarcina, tunc -n. Cypr. Gall. lev. 242 illo fit liber in anno, quo cunctis est missa quies et dulce -n. Cod. Theod. 13, 11, 5 (= Iust. 11, 58, 5 pr.) ex eo -n accipiant, quod *eqs.* Carm. cod. Petov. 10, 22 ultimum ... lacrimis -n. Cassiod. var. 11, 12, 1 ne quod ad -n (*var. l.* iuvamen) inventum esse constat, detestabile potius gravamen infligat. Greg. Tvr. vit. patr. 7, 2 p. 688, 16 cum ... nullum possit sentire -n *aegrota quaedam*. Coripp. Ioh. 2, 316 hunc habet ... socium ... et virtute virum et discreta mente -n. Ps. Orig. hom. in Matth. 2, 1 p. 246, 24 -n desiderabant *leprosi*.

B *accedente gen. (vel pron. poss. in cap. b) indicantur*: **1** *quae levantur*: **a** *onera, mala sim.*: Verg. Aen. 3, 709 omnis curae casusque -n amitto Anchisen (Cassiod. var. 5, 3, 3 *Decoratus quaestor* curarum nostrarum eximium -n). Ov. epist. 12, 79 quorum *malorum* potes esse -n (Liv. 6, 35, 1 ingentem vim aeris alieni, cuius -n mali plebes ... speraret). Dict. 3, 23 Patroclum ... solitudinis *Achillis* ... -n maximum. Symm. epist. 7, 130 magnae sollicitudinis ... -n. 9, 58 ad egestatis -n. Amm. 18, 2, 14 -n sumere laborum (Svlp. Sev. Mart. 26, 4 pro quodam laboris -e). Pavl. Nol. epist. 23, 4 mihi -n aliquod tanti ponderis spero. Victric. 1 haud mediocre -n est delictorum, tecum habere quos instruas. Rvric. epist. 1, 15 p. 368, 8 maeroris ipsius -n requirens (Ennod. epist. 6, 30, 1 p. 166, 20). Ennod. epist. 6, 21, 1 p. 161, 15 ad -n desiderii. Inscr. Gall. Wuilleumier 280 *v. p. 1193, 46.*

b *qui (quae) onere gravantur*: Prop. 4, 11, 63 te, Paule *fili*, meum post fata -n. Sen. Phoen. 2 (*verba Oedipi*) caeci parentis regimen et fessi unicum lateris (patris *codd.*) -n, gnata. CIL VI 1711, 17 (*s. IV ? v. Onom. vol. III 278, 61*) propter corporatorum -n. Anon. de mach. bell. 15 thoracomachum ... mira utilitate ad -n corporis armorum ponderi et asperitati subiecit *antiquitas*. Prvd. epil. 10 nos ... sanctitatis indigi nec ad -n pauperum potentes. Cod. Theod. 13, 11, 4 (= Iust. 11, 58, 4) *praediorum* defectorum -n exposcitur (*cf. p. 1193, 36*). Ncvell. Valent. 1, 1 pr. de provincialium -e. Rvric. epist. 1, 3 p. 356, 6 tibi solatium vitae praesentis et -n ... futurae ... commisi. Cassiod. var. 3, 20, 1 cordi nostri est -n humilium, ut contra potentiam superborum ... erigamus obstaculum. 6, 6, 5 dignitas ad -n principis instituta. Coripp. Ioh. 1, 523 o Romana manus, ... o virtus orbisque decus summumque -n (*cf.* 4, 734 Romani proceres, rerum nostrumque -n). Iust. 3, 359 (*de deo*) meum speciale -n. **2** *quae (qui) levant*: Symm. epist. 7, 126 opis ... tuae -n expectat. Prvd. perist. 5, 568 sensus gravati (*sc. peccatis*) ut sentiant -n indulgentiae. Pavl. Nol. epist. 5, 10 alter alterius -e respirabat (*antea*: mutuis consolationibus). Mirac. Steph. 2, 2, 1 nec... medicamentorum ullo adiuta *puella* -e. Cael. Avr. acut. 2, 6, 30 *in lethargicis excitandis* calidus ... tactus habet quoddam resumptionis illatae -n. Lvx. anth. 364, 5 te *virginem* neque coniugii libet excepisse -n. Greg. Tvr. glor. conf. 79 p. 798, 10 sentiamus -n adiutorii tui.

II *c. respectu in altum tollendi, sustinendi, sc. corporaliter* (ad *aliquid* Ps. Avg.): Iren. 2, 24, 6 (2, 36, 4 H.) *oves nonaginta novem* sinistrae manus existentes -n, non esse salutis (*ibid.* hoc nomen *sc. Agape* ... nonaginta et tres numerum habens, similiter sinistrae m. -n est. *respicitur consuetudo, qua numeri centenario minores gestibus quibusdam manus sinistrae exprimebantur, maiores per manum dextram indicabantur; cf. Marquardt-Mau 98*). Dict. 6, 1 *naufragi* per noctem tabulis aut alio -e fluitantes. Ps. Avg. serm. Migne suppl. 2, 1359 usquequo viri Galilaei mortalibus oculis ad alienos lares inani -e fatigatis, quamdiu pupillas ... adtollitis? (*ad Vulg. act. 1, 11* quid statis aspicientes in caelum?).

[Koster]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

2. lēvāmen, (-inis) *n.* *a* 2. levare, *cf.* 2. levamentum. GLOSS. V 491, 12 amusim: aequamen, -n (*i. instrumentum levigandi*).

levāmentārius, -ī *m.* *a* 1. levamentum. *is, qui navium levandarum officio fungitur* (*ad rem cf. Call. dig. 14, 2, 4 pr.*) navis onustae levandae causa, quia intrare flumen vel portum non potuerat cum onere, si quaedam merces in scapham traiectae sunt): COD. Theod. 13, 5, 1 si navicularius originalis -us fuerit, nihilo minus aput eosdem, aput quos et parentes eius fuisse videntur, firmiter permanebit.

1. levāmentum, -ī *n.* *a* 1. levare. *inde a* CIC., SEN. *rhet.; deest in poesi.* [*raet. occ.* lavamañt, alvamaint. *cf. M.-L. 4999. Wartburg V 267. G.*]

i. q. res apta ad levandum vel actio levandi: **1** *c. respectu recreandi, leniendi sim.* (*cf.* CHAR. gramm. p. 410, 12 B. non recedo ab illo . . . instare non desino. -um illi ⟨non⟩ [*nobis supplendum videtur*] do. numquam remitto rem *eqs.* GLOSS. -um: solacium. *pro -o sunt ipsi homines l. 42. 51*): **a** *in univ.*: CIC. Att. 12, 43, 1 (2) mi illam rem fore -o (*cf.* SEN. dial. 12 [11], 9, 1 illud . . . magno tibi erit -o, si saepe te sic interrogaveris). SEN. contr. exc. 4, 1, 1 omnis adversa fortuna habet in querelis -um. CELS. 2, 7, 12 paulum . . . in eo (*i. in urina reddenda*) -i est. SEN. epist. 94, 24 ne medicina quidem morbos insanabiles vincit, tamen adhibetur aliis in remedium, aliis in -um. PLIN. nat. 30, 23 vermes terreni decocti in oleo . . . praestant -um. TAC. hist. 2, 44, 2 unicum victis in consensu -um. ann. 1, 17, 5 nec aliud -um, quam si certis sub legibus militia iniretur. 3, 28, 4 exsoluti plerique legis nexus modicum in praesens -um fuere. 4, 66, 1 ut studia procerum . . . solacium tulerant, ita accusatorum maior in dies et infestior vis sine -o grassabatur. GELL. 12, 4, 1 *narratur,* qualibus . . . ad muniendas (*var. l.* minu-) vitae molestias fomentis -is, solaciis amicum esse conveniat. MIN. FEL. 7, 6 dant cautelam periculis, . . . solacium calamitatibus, laboribus -um. CYPR. Fort. 11 p. 340, 4 quale illud -um fuit martyri, . . . quam grande solacium in cruciatibus suis. SYMM. epist. 7, 41 speranti mihi ⟨re⟩cursum tuum litteraria -a tribuisti. VEG. mulom. 2, 129, 7 ex qua compositione *remedii* recens causa sanabitur, vetus sentiet -um (*var. l.* iuv-). PS. ANTON. MVSA epist. ad Maec. 8 medicamentis alvum purgari oportebit, ut grave corpus -is adiuvetur. COD. Theod. 13, 11, 15 praediis aperta et absoluta -a praestamus.

b *accedente gen. (adi. pro gen. l. 51) indicantur*: **α** *quae (qui) levantur: onera, mala sim.*: CIC. fin. 5, 53 nos . . . non solum beatae vitae istam (*sc. cognitionem naturae*) esse oblectationem videmus, sed etiam -um miseriarum. SEN. dial. 5, 16, 1 unum est -um malorum ingentium, pati et necessitatibus suis obsequi (TAC. ann. 1, 30, 3. 4, 8, 3 liberi, unica praesentium m. -a. OROS. hist. 4, 12, 10). SEN. dial. 6, 12, 4 nostrorum funerum -um. TAC. hist. 1, 8, 1 Galliae . . . obligatae . . . in posterum tributi -o. PLIN. epist. 8, 19, 1 ad unicum doloris -um, studia, confugi. COD. Iust. 10, 51, 1 (*Gordiani imp.*) -um personalium munerum sentiet *caecus.* INSCR. Gall. Wuilleumier 280 culpae leva⟨mentum⟩ (*sed supplere possis etiam* leva⟨men⟩). *mens onere gravata*: TAC. ann. 12, 5, 3 quod . . . honestius censoriae mentis ⌊-um quam⌋ adsumere coniugem (levamen unquam *trad.*; levamen quam *Koestermann; cf. l. 51*). **β** *quae (qui) levant*: TAC. ann. 3, 34, 2 *ducibus e bello* revertentibus . . . quod honestius quam uxorium -um? VLP. dig. 47, 6, 3, 2 huius edicti -um non tantum ei (*sc. praebendum sim.*), qui *eqs.* COD. Theod. 13, 5, 6 quo *ordine* ita -is alternatis auxilii cunctorum fortunae . . . confirmarentur.

2 *respicitur actio in altum tollendi*: PETR. CHRYS. serm. 71 p. 402^{C} quia ipse *Christus* est panis, . . . qui magnae pietatis fermentatus est sacramento, qui conspersionis levis (*om. pars codd.*) -um sustulit (*i. se ipse levavit*) de sepulcro, qui, ut divinitatis suae calore coqueretur, ipse clibanum decoxit inferni.

deriv.: levamentarius.

2. lēvāmentum, -ī *n.* *a* 2. levare, *cf.* 2. levamen. VARRO frg. Non. p. 9, 14 amussis est aequamen, -um, id est aput fabros tabula quaedam, qua utuntur ad saxa coagmentata (coagmentanda *Iunius. cf. Paul. Fest. p. 80* amussis . . . regula fabrorum est vel . . . ferramentum, quo in poliendo utuntur).

levaricinus POL. SILV. nom. anim. chron. I p. 544, 17 (*inter nomina natantium*). [*francoprov.* lavaret (> *francog.* lavaret); *prov.* lavareto (> *port.* lavareto *?*). *cf. M.-L. 5001. Wartburg V 286. G.*]

levātio, -ōnis *f.* *a* 1. levare. *plur. non nisi* VITR.

i. q. actio vel effectus levandi: **1** *c. respectu recreandi, leniendi*: **a** *c. gen. obi.*: CIC. fin. 4, 66 -o . . . vitiorum magna fit in iis, qui habent ad virtutem progressionis aliquantum; (67) vestri autem *philosophi* progressionem ad virtutem fieri aiunt, -em vitiorum fieri negant (*cf. 4, 65* qui virtuti student, levantur vitiis). nat. deor. 1, 9 cuius *aegritudinis animi* si maiorem aliquam -em reperire potuissem (Tusc. 1, 119 agamus haec . . ., quae -em habeant aegritudinum, formidinum, cupiditatum. 3, 33 -em . . . a. in duabus rebus ponit, avocatione a cogitanda molestia et revocatione ad contemplandas voluptates). Att. 12, 23, 3 -o quaedam est, si minus doloris, at offici debiti. VELL. 2, 130, 5 cuius *Liviae* potentiam nemo sensit nisi aut -e periculi aut accessione dignitatis. CONC.^{S} I 5 p. 160, 2 cuius *verbi dei* commemoratio . . . laetificatio est et -o lacrimarum (*gr. I 1, 6 p. 136, 27 δακρύων ἀπαλλαγή, I 5 p. 275, 22* lacrimarum securitas). **b** *in univ.*: CIC. Tusc. 2, 57 gemitus si -is aliquid adferret. 5, 21 nostris . . . doloribus variisque . . . molestiis alia nulla potuit inveniri -o *quam philosophia.* Att. 12, 29, 12 nec ego Brutum vito nec tamen ab eo -em ullam exspecto. 12, 41, 3 si me levari vis, haec est summa -o vel . . . una (*sc. si monumentum Tulliae erigendum curas*). fam. 6, 4, 5 non . . . dubito, quin magnae tibi -i solitus sit esse cotidianus congressus et sermo . . . familiarissimi hominis.

2 *c. respectu in altum tollendi* (*intumescendi l. 13*): **a** *usu vario* (*sc. corporaliter*): VITR. 10, 3, 1 neque sine rotunditate motus porrecti nec sine porrecto rotationis versationes onerum possunt facere -es (*accedit gen. obi. ut*: HIER. in Zach. 12, 1 p. 1509^{D} nec prius ad agonem quemquam descendere, quam ex -e ponderis sciatur, quis cui debeat comparari). CAEL. AVR. acut. 2, 12, 84 tempora capitis inungentes thapsia . . ., ut quendam sensum atque -em mediocrem per corporis faciat superficiem ('*intumescentiam*' *Amman, cf. e. g. chron. 2, 1, 35 thapsia* corpus ungemus usque ad . . . mediocrem partium inflationem. *acut. 3, 4, 46 thapsia est* sufficiens . . . inflare *partes. 3, 8, 97* alia . . . tumorem provocant, ut . . . ferulago *i. thapsia. al. sed 'relief' vertit Drabkin*). 3, 7, 73 *p. 1191, 81.* ISID. orig. 16, 26, 11 'satum' . . . apud eos *Hebraeos* nominatur sumptio sive -o, eo quod qui metitur eandem mensuram sumat ac levet. GLOSS. II 306, 5 *ἔπαρσις* -o. **b** *in sermone gramm.*: AVG. mus. 2, 9, 18 opus est haec duo nomina memoriae mandare: -em et positionem; in plaudendo enim quia levatur et ponitur manus, partem pedis sibi -o vindicat partem positio (*respicitur arsis ut: ibid.* pyrrhichium tantum habere in -e quantum in positione; . . . amphibrachi -o [*cf. ibid.* quorum *epitritorum* -em]; . . . sesquialteri numeri ratione -em ac positionem in his fieri *sc. in cretico sim.* EXPLAN. in Don. gramm. IV 523, 2 arsis et thesis est -o et positio; neque enim aliter pedes dirigere potuerunt, nisi alterna vice leventur et ponantur). AVDAX gramm. VII 361, 6 (*de accentu*) quae *particulae ut 'que', 've'* illam novitatem habent, ut et ipsae fastigium perdant et illarum partium, quibus subiunctae sunt, -em in novissimas syllabas transferant.

levātor, -ōris *m.* *a* 1. levare. *i. qui levat*: PETRON. 140, 15 unde plani autem, unde -es viverent, nisi aut locellos aut sonantes aere sacellos pro hamis in turbam *bonis alienis inhiantem* mitterent? (*de captatore, fraudatore, sed dubium est, utrum potius piscatorem hamo pisces extrahentem an praedonem homines opibus spoliantem intellegas; cf. etiam p. 1036, 67, ubi tamen vix cum Vossio* -es *pro* lavatores *conicias*). HOMER. 123 curarum operumque -r *Somnus* (*cf. e. g. Ψ 62 λύων μελεδήματα θυμοῦ, Sen. Ag. 76* curarum . . . domitor). *Koster.*

leuc *v.* leucus.

1. leuca *v.* leucus. **2. leuca** *v.* leucas. **3. leuca** *v.* leuga.

leucacantha, -ae *f. et* -os, -us (*dat.* -o) *f.*, *λευκάκανθα, -θον. nomen plantarum*: PLIN. nat. 21, 94 (*cf.* 1, 21, 56) cardus et folia et caules spinosae lanuginis habet, item . . . -os (*Theophr. hist. plant. 6, 4, 3 λευκάκανθα.* ORIBAS. syn. 4, 18, 2 La p. 21 leuca⟨cantha⟩). 22, 40 (*cf.* 1, 22, 18) -am alii phyllon, alii ischada, alii polygonaton appellant *eqs.* (27, 89 gallidragam vocat Xenocrates -o similem. DIOSC. 3, 19 p. 384, 9 -tu [*gr. λευκάκανθα, var. l. -θον*]). 27, 124 phalangitis a quibusdam phalangion vocatur, ab aliis leucanthemum vel, ut in quibusdam exemplaribus invenio, -a (1, 27, 98 -on. DIOSC. 3, 118 p. 426, 19 -tum [*gr. 3, 108 λευκάκανθον, var. l. -αν*]).

leucachātēs, **λευκαχάτης. nomen lapidis*: PLIN. nat. 37, 139.

leucadion, **λευκάδιον. nomen herbae*: MARCELL. med. 9, 116 herba -on. *cf.* leucas *et* leuchadius albutius (*i.* albucium) GLOSS. III 498, 77.

leucanthemis, *acc.* -ida, *abl.* -ide *f.*, **λευκανθεμίς. nomen herbae*: PLIN. nat. 22, 53 anthemis . . ., aliqui -ida vocant, alii leucanthemum *eqs.* (1, 22, 26 *medicina de* -ide sive leucanthemo).

leucanthemum (-on; -os PS. DIOSC.), *abl.* -o *n.*, *λευκάνθεμον. nomen herbarum*: PLIN. nat. 21, 60 (*cf.* 1, 21, 34) habrotono simile odore -um est, flore albo, foliosum (21, 163 -um suspiriosis medetur. 22, 53 *v. s.* leucanthemis. DIOSC. 3, 149 p. 437, 4 -on. PS. DIOSC. herb. fem. 19 l. 2 -os). 27, 124 *nomen herbae q. e.* phalangitis (*v. s.* leucacantha). DIOSC. 3, 150 p. 438, 5 -on *inter nomina herbae q. e.* parthenion.

leucanthes, *cf. λευκανθής (neutr. gr. de herba dictum non occurrit). nomen herbarum*: PLIN. nat. 21, 176 (*cf.* 1, 21, 52) parthenium alii -es . . . vocant. *huc refert André, Lex. des termes de botan. s. v.* GLOSS. III 540, 28 leucuapes idest colena (*lege* cunila; *item fere* 567, 9).

leucanthos, **λεύκανθος. nomen herbae q. e. puleium*: PS. APVL. herb. 93 l. 54 (*add. in codd. interpol.*).

leucargillos, *λευκάργιλος.* PLIN. nat. 17, 42 -on (-ilion *trad.*) vocant *Graeci* candidam argillam, qua in Megarico agro utuntur, sed tantum in umida frigidaque terra.

leucas, *λευκάς. nomen herbae*: PLIN. nat. 27, 102 (*cf.* 1, 27, 77) *v. p. 1196, 33.*

leucaspis, *acc.* -idem, *λεύκασπις. i. q. albis scutis praeditus*: LIV. 44, 41, 2 -em phalangem (*cf. Plut. Aem. 18, 5 Θρᾷκες . . . λευκῷ καὶ περιλάμποντι θυρεῶν καὶ περικνημίδων ὁπλισμῷ*).

v. Onom.

leucē v. leucus. **[leucēoron** *v.* leucethron.**]**

leucēthron *n.*, *λεύκηθρον. nomen herbae*: **PLIN. nat. 26, 52** (*cf.* 1, 26, 34) leontopodion alii -on . . . vocant (leuceoron *vel* lycoron *trad.; cf. Diosc. 3, 96 λεύκηθρον, var. ll. λάκηθρον, λάκιθρον*). PS. APVL. herb. 7 app. -on (lacethon, lacthron *trad.*).

[B.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

leuchadius *v.* leucadion.

leucochrȳsos *et* -us, *nom. pl.* -ī *f.*, *λευκόχρυσος*. *nomen gemmarum*: PLIN. nat. 37, 128 fiunt et -i interveniente candida vena *eqs.* ([1, 37, 44 -os, genera eius IIII]. ISID. orig. 16, 15, 6 -us colore aureo i. c. v.). 37, 172 -os fit e chrysolitho interalbicante.

leucocomus, *abl. pl.* -īs, *λευκόκομος*. *i. q. lanugine alba ornatus*: PLIN. nat. 13, 113 *mala Punica* Samia et Aegyptia distinguuntur erythrocomis (*i. ἐρυθροκόμοις. falso vol. V 2, 853, 6*) et -is.

leucocōum, -ī *n.* (*sc. vinum*), *λευκοκῶον*. PLIN. nat. 14, 78 Coi marinam aquam largiorem miscent a servi furto origine orta sic mensuram explentis, idque translatum in album mustum -um appellatur.

leucocrota, leucocruta *v.* leucrocota.

leucofris, *λευκόφρυς*. *nomen herbae artemisiae*: PS. APVL. herb. 10 l. 14 (leucoprys, lycopras *var. ll.; Ps. Diosc. Vind. 3, 113 p. 125, 8 λευκόφρυς, var. ll. -φρυξ, -φριξ*). *cf.* GLOSS. III 567, 32 lioparis i. artemisia monoclonus.

leucogaea, -ae *f.*, *cf. λευκόγειος*. *nomen gemmae*: PLIN. nat. 37, 162 (*cf.* 1, 37, 59 -a) galactitis . . .; eandem -am et leucographitim appellant.

leucographis, *acc.* -ida *f.*, *λευκογραφίς*. 1 *nomen herbae* (*an gemmae?*): PLIN. nat. 27, 103 (*cf.* 1, 27, 78) -is qualis esset scriptum non repperi, quod eo magis miror, quoniam utilis proditur *infirmis*. 2 *nomen gemmae q. e. morocthos*: DIOSC. 5, 160 p. 239, 8 -idu (*gr. 5, 134 λευκογραφίδα*).

leucographītis, *acc.* -im *et* -en *f.* *nomen gemmae q. e.* leugaea: PLIN. nat. 37, 162 -im (1, 37, 59 -is). DAMIG. lapid. 34 p. 188, 6 -en.

leucoion (-ius), *dat.* -o, *pl.* -a *n.*, *λευκόιον*. *nomen herbae* (GLOSS. viola. viola alba): COLVM. 9, 4, 4 in hortensi lira consita nitent candida lilia nec his sordidiora -a, tum . . . Sarranae violae. 10, 97 candida -a et flaventia lumina calthae. DIOSC. 1, 13 p. 11, 35 M. *amomum* flores habens simile -o. 3, 110 p. 424, 5 lignis . . . flos est similis -o (-odio *trad.*). 3, 133 p. 431, 22 de -on: omnibus notus est, sed in flores distantias habet, quia mellinum et album et purpureum florem ostendit *eqs.* 4, 149 p. 70, 24 *spartum* flore mellino sicut -u. CASS. FEL. 29 p. 56, 3 collyrium 'dia -u' appellatum. ORIBAS. eup. 2, 1 L 2 Aa p. 482 -ius *bis*, La leucuiu.

leucōma, -atis *n.*, *λεύκωμα*. *abbreviatur* leu CIL XIII 10 021, 46 c; *ibid.* 46 a l *utrum* -a *an* lippitudinem *solvendum sit, vix iudicari potest.* [*falso trad. vel translatum est* -a *pro* (g)laucomata DIOSC. 1, 59 p. 33, 19 M. (*gr. 1, 54, 2 ἀπογλαυκώσεις*). *cf. vol. VI 2, 2037, 72 sq.*]

fere i. q. albugo: sing.: MARCELL. med. 8, 142. 8, 144 si . . . magnum -a fuerit et crassum. THEOD. PRISC. eup. faen. 40. *plur.*: MARCELL. med. 8, 143 -ta et albuginem. 8, 144. 8, 145 -ta oculorum (146. 149). 8, 148. 150. 151. PLAC. med. 17, 1 (*fort. sing., loco corrupto*). 28, 2 ORIBAS. eup. 4, 24 tit. p. 545. *ibid.* Aa *in contextu.* syn. 3 add. p. 914, 53. *numero inc.*: CIL XIII *l. c.*

leuconotus (-os) *m.*, *λευκόνοτος*. *nomen venti* (*nonnisi nom. sg.; quasi adi.* AVSON.): VITR. 1, 6, 10 dextra et sinistra austrum -us et altanus flare solet. SEN. nat. 5, 16, 6 -us, qui apud nos sine nomine est. AMPEL. 5, 2 -us noto *tribuitur*. AVSON. 343, 2 p. 161 P. maris constrator -os Libs. VEG. mil. 4, 38 -us, id est albus notus (a. n. *iam Hor. carm. 1, 7, 15*). CIL VIII 26 652 f -us (*in tabula ventorum picta*).

leucophaeātus, -a, -um. *a* leucophaeus. *i. q. leucophaeis vestibus indutus*: MART. 1, 96, 5 amator ille tristium lacernarum et baeticatus atque -us.

leucophaeus, -a, -um, *λευκόφαιος*. *i. q. colore ex albo et fusco mixto praeditus*: VITR. 8, 3, 14 *pecora potu fluviorum quorundam* quamvis sint alba, procreant aliis locis -a, aliis locis pulla, aliis coracino colore (*ibid. iterum*). PLIN. nat. 24, 110 *acacia* purpurea aut -a. 32, 114 si iocur eius *ranae* vel cor adalligatur in panno -o (*inde* PLIN. med. 3, 15, 5 PLIN. VAL. 3, 6).

deriv.: leucophaeatus.

leucophlegmatia, *acc.* -ān *et* -am, *f.*, *λευκοφλεγματία*. *species hydropis morbi, i. q. intercus* (*litteris gr. -lαν, -lα* CELS. 3, 21, 2. 11): PLIN. VAL. 3, 12 (*bis*). CAEL. AVR. chron. 3, 8, 101 -an. 3, 8, 102 -am, quam Latino nomine etiam intercutem recte dicemus. 3, 8, 111. 150 diaet. pass. 142. 143.

leucophorum *n.*, *cf. λευκοφόρος*. *nomen glutinis, quo aurum ligno inducitur*: PLIN. nat. 33, 64. 35, 36 (*cf.* 1, 35, 17) *describitur confectio.*

leucophrȳs *v.* leucofris.

leucopoecilos *f.*, *λευκοποίκιλος*. *nomen gemmae*: PLIN. nat. 37, 171 (*cf.* 1, 37, 62) -os (leucopetiles *var. l.*) candorem minii guttis ex auro distinguit.

leucoporphyrus, -um, **λευκοπόρφυρος*. *i. q. colore ex albo et purpureo mixto praeditus*: DONATIO Tiburt. a. 471 p. CXLVII a 19 vela tramosirica -phira (leco- *var. l.*).

leucopthalmos, **λευκόφθαλμος*. *nomen gemmae*: PLIN. nat. 37, 171 (*cf.* 1, 37, 62) -os, rutila alias, oculi speciem candidam nigramque continet.

leucorodinus, -um, **λευκορόδινος*. *i. q. colore ex albo et roseo mixto praeditus*: DONATIO Tiburt. a. 471 p. CXLVII a 18 vela tramosirica -a (34. 35. leoco- *var. l. omnibus locis*).

leucozōmus, -um, **λευκόζωμος*. *scrib. in codd. etiam* leoc- *et* -zym-. *i. q. in albo iure confectus*: APIC. 6, 254 (6, 15 M.) pullus -us. -um *pro subst. i. q. album ius* (*gr. λευκὸς ζωμός*): ORIBAS. syn. 4, 33, 4 Aa p. 36 -us coquitur (*syntaxi turbata ut in* La: quae . . . in lecozom coquitur). 5, 53, 10 Ab p. 91 uniscus in -o factus (La u. leucogumum datum). 6, 6, 10 Aa p. 101 ex -o factus. 7, 51, 1 Aa p. 197 in -o. *cf. l. 19*

leucrocota, -ae *f.* *vox peregrina. scrib. in codd. etiam* leucocrota, -cruta. *nomen animalis*: PLIN. nat. 8, 72 Aethiopia generat . . . -am, pernicissimam feram asini fere magnitudine *eqs.* (*inde* SOL. 52, 34 leucocrota, *quae Indiae attribuitur*). POL. SILV. nom. anim. chron. I p. 543, 6 leucocruta.

leucus, -a, -um, *λευκός*. *formae graecae: f. sg. nom.* -e, *acc.* -en, *pl. acc.* -as, *neutr.* -on.

i. q. albus: 1 *varia*: CELS. 5, 19, 23 emplastra lenia, -a Graeci vocant (*cf.* e. album *vol. V 2, 532, 59*). PLIN. nat. 11, 140 inter aves ardiolarum ⟨in⟩ genere, quos -os vocant (10, 164 tria genera: -on, asterias, pelion). CIL IV 5590 (*inscr. amphorae*) leuc vet(us) *vinum*. ORIBAS. syn. 3, 4, 1 p. 849 *compositio* -e Attali (*gr. Ἀτταλικὴ λευκή*). 5, 53, 10 Ab p. 91 -o zomo (6, 6, 10 Aa p. 101. 7, 51, 1 p. 197. *cf.* leucozomus).

2 -e *nomen vitiliginis* (*gr. ἡ λεύκη*): CELS. 5, 28, 19[B] -e habet quiddam simile alpho, sed magis albida est et altius descendit *eqs. ibid.* -e quem occupavit non facile dimittit. PS. SORAN. quaest. med. 8 *medicina* de cute aufert lepram et -en et melan. 16 -en (-in *cod.*) . . . et albuginem. DIOSC. 1, 142 p. 71, 20 M. -as carnis . . . folia . . . curant (*gr. 1, 128, 5 λεῦκαι . . . καταπλάσσονται . . . φύλλοις*). CASS. FEL. 8 p. 15, 4 maculas albas Graeci alphus -as vocaverunt. ORIBAS. syn. 3, 98 ad alfus, melas, -es (*pro* -as), inpetigines. 7, 48 Aa p. 189 -e. *ibid.* La -im.

3 *in nominibus herbarum, arboris* (*cf.* leucadion, leucas): **a** *armoraciae*: PLIN. nat. 19, 82. **b** *vitis*: PLIN. nat. 13, 21 vitis alba est, quam Graeci ampelon -en . . . appellant. **c** *lamii maculati L.*: PLIN. nat. 27, 102 (*cf.* 1, 27, 77) -e mercuriali similis nomen ex causa accepit, per medium folium candida linea transcurrente, quare mesoleucon quidam vocant . . .; fortassis eadem sit, quae leucas appellatur, contra marina omnia venena efficax; speciem eius auctores non tradunt nec aliud quam silvestrem latioribus foliis esse *eqs.* DIOSC. 3, 109 p. 423, 25 de -a: -e duo sunt genera, montana et hortina (*gr. 3, 99 λευκάς tantum*). **d** *populi albae*: SERV. auct. ecl. 7, 61 *Pluto, qui Leucen Oceani filiam rapuerat, post mortem eius* in Elysiis piorum campis -en nasci arborem iussit, ex qua . . . Hercules se revertens ab inferis coronavit. DIOSC. 1, 91 p. 48, 22 M. de -i idest populu: populu, quem aliqui -i (*i.* -e *pro* -en) dicunt *eqs.* (*gr. 1, 81 λεύκης τοῦ δένδρου tantum*). CAEL. AVR. chron. 2, 4, 72 decoctio herbae sideritis vel acaciae vel -es, quam etiam populum (polium *trad.*) vocant. **e** *aliarum*: ALEX. TRALL. 1, 27 piperis -i (*gr. p. 477 P. λευκοῦ*). 1, 70 ellebori -i (*gr. p. 555 λευκοῦ*).

v. Onom.

1. *leudis, -is *m.* *vox germanica. scrib. in codd. etiam* leod- *saepe. i. q. minister, comes*: GREG. TVR. Franc. 2, 42 haec *munera* dedit -bus eius. 3, 23 a -bus suis defensatus est et in regnum stabilitus. 8, 9 alicuius ex -bus nostris sit filius, *non e regia stirpe.* 9, 20 p. 438, 4 -es illi, qui domnum . . . sacramenta . . . praebuerunt (*de eisdem p. 434, 14* homines). p. 439, 3 ut nullus alterius -is (-es *var. l.*) nec sollicitet nec venientes excipiat. LEX Burg. lib. const. 101, 2 (*opp. 1* obtimatis aut mediocris) -is vero si hoc (*sc. nuptias patre mulieris invito*) praesumpserit facere *eqs. et saepe in legibus Francorum.*

2. *leudis, -is *f.* *vox germanica. i. q. multa, quae solvitur satisfactionis causa*: LEX Sal. Merov. 16, 1 de -e sol(idos) cc culpabilis iudicetur. 35, 8 (rec. K) ut ipse -em non solvat. 36 medietatem de ipsa -i componat (*cf.* 41 medietate -is eius componat). 53, 6 ista redemptio . . . usque ad -em sic permanet. *et saepius in eadem lege.*

leudus, -ī. *m.* *vox germanica. i. q. canticum* (*theod.* lied): VEN. FORT. carm. praef. 5 p. 2, 14 sola saepe bombicans barbaros -os arpa relidens. 7, 8, 69 nos tibi versiculos, dent barbara carmina -os; sic variante tropo laus sonet una viro.

levefacio *v.* levifacio. *?* **lēvefio** *v.* lenefio.

levenna, -ae *m.* [*a* 1. levis. *quasi nomen gentilicium in* -enna *cadens; cf. Schulze, Eigenn. 283 sq. Sch.*] *i. q. levi animo praeditus*: LABER. mim. 80[1] (Gell. 16, 7, 11) homo -a.

***leuga,** -ae *f.* *vox gallica. scrib. in titulis et* leug *et* l; *plene* CIL XIII 9137 (*a. 202 ?*). *in codd. etiam* leuca, leuva, lega. NOT. Tir. 91, 32 (*seq.* miliarium). [*francog.* lieue (*dial. pic., norm., occ., burg., camp., comit., francoprov.*); *prov. vet.* lega (> *it. vet.* lega), legua, leuga, *prov., langued., vasc.* lega, -o; *cat.* lleuga, llegua; *hisp.* legua; *port.* légua. *cf. M.-L. 9689. Battisti-Alessio III 2193. Wartburg V 262. Corominas III 71. Machado[2] II 1393. G.*]

mensura itineris Gallorum (*quorum propriam esse testantur* GROM. p. 373, 17 HIER. in Ioel 3, 18 IORD. Get. 192 ISID. orig. 15, 16, 1 GLOSS. V 217, 8): 1 *definitur passibus* MD: GROM. p. 373, 17 (*adicitur*: duae -ae sive miliarii apud Germanos unam rastam efficiunt). AMM. 16, 12, 8 PROVINC. laterc. Veron. 15, 7 POL. SILV. pond. mens. chron. I p. 549, 5 IORD. Get. 192 ISID. orig. 15, 16, 2 GLOSS. V 217, 9. 2 *exempla*: **a** *in titulis* (*afferimus paucos, antiquissimos; cf. Hirschfeld, Kl. Schr. 723 sqq.*): CIL XIII 8906 (*a. 121*). 9067 (*a. 202/4*). 9137 (*a. 202 ?*). 9129 (*a. 212*). *et passim in eodem vol., v. etiam* INSCR.

[B.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Germania 21, 1937 p. 29 sq. Année épigr. 1965 p. 37 n. 118. *recentissimi sunt* CIL XIII 9096 (*a. 317/23*). INSCR. Année épigr. 1967 p. 101 n. 341 (*a. 308/24*). **b** *extra titulos*: PROVINC. laterc. Veron. 15, 7 trans castellum Mogontiacense LXXX -as trans Rhenum Romani possederunt. ITIN. Anton. Aug. p. 232, 3 -as, non m(ilia) p(assuu)m CCXXI ([non mpm *om. B*]. *iuxta mensuram Romanam ut*: 238, 2 -as m. p. XXX. 251, 5—252, 5 m. p. XXII [*vel sim.*] leg(as). p. 359, 2—363, 2 m. p. XV, leug(as) X [*vel sim.*]. *ibid.* -ae *solae numerantur* p. 372, 3—373, 5). Burdig. p. 549, 9—551, 2. AMM. 15, 11, 17 exinde (*sc. Luguduno*) non millenis passibus, sed -is itinera metiuntur. GREG. TVR. Iul. 18 XXX -as ... elongatus sum. *B.*

composita, qualia sunt **levianima,** biduancula, tardigrada MAR. VICTORIN. gramm. VI 23, 9. *a* 1. levis *et* animus (*cf. p. 1208, 80*).

leviculus, -a, -um. *a* 1. levis. *i. q. aliquantum levis, inanis, qui parvi ponderis est* (*non nisi translate*): CIC. Tusc. 5, 103 -us sane noster Demosthenes, qui illo susurro delectari se dicebat ... mulierculae ... insusurrantis ... alteri: 'hic est ille Demosthenes'. quid hoc levius? at quantus orator! GELL. 13, 31, 15 quid significet 'prandium caninum' (*Varro Men. 575*), rem -am diu et anxie quaesivimus. VERS. metr. Aug. mus. 4, 3, 4 -a fragilia gracilia bona (*similiter ibidem quinquies*).

lēvicutis (*vel* -cus*?*) *adi.* *a* 2. levis *et* cutis. *i. q. levi cute praeditus*: CARM. de Sod. 144 *piscium* gentem squamicutem vel -em (*var. l.* squamigeram levique cute).

levidēnsis, -e. [*ex* 1. levis *et* densus *compositum videtur sicut* dulcacidus, *ὀξύγλυκυς sim.*; *cf. tamen* pavitensis. *Sch.*] *i. q. leviter densus*: CIC. fam. 9, 12, 2 *oratiunculam pro Deiotaro* velim sic legas ut causam tenuem et inopem nec scriptione magno opere dignam; sed ego hospiti veteri et amico munusculum mittere volui -e crasso filo (*huc fortasse est referendum Gloss. III 270, 15* linitensilis pannus, qui habet pauca fila, de quo Cicero in epistulis). ISID. orig. 19, 22, 19 -is *vestis,* quod raro filo sit leviterque densata; pavitensis contraria -i dicta, quod graviter pressa atque calcata sit (*inde* GLOSS.).

levifacio, -fēcī, -facere. *a* 1. levis *et* facere. GLOSS. II 122, 29 levefecit: *ἐξουθένησεν*. 354, 26 *κουφισθῆναι ποιῶ*: -o.

lēvifico, -āre. *a* 2. levis *et* facere. *i. q. levigare*: HIL. in psalm. 51, 8 ut abradens hirsutam atque horrentem faciem -et *novacula* (*var. l.* vivificet, *edd. vet.* leviget). HIER. psalt. sec. Hebr. 5, 11 sepulchrum patens guttur eorum *insidiatorum*; linguam suam -ant (*var. ll.* -bant, lenificant, letificant; *Vulg.* linguis suis dolose agebant). PHILIPP. in Iob 41 p. 791^{D} diabolum ... 'smaragdi lapidi' assimilavit, qui natura asper est, alia attritu -ans.

levifidus, -a, -um. [*a* 1. levis *et* 1. fides; *cf.* levipes, levisomnus *sim. Sch.*] *i. qui fidei minoris est*: PLAVT. Persa 243 omnes sunt lenae -ae, neque tippulae levius pondust quam fides lenonia.

1. lēvigātio, -ōnis *f.* *a* 1. levigare. *i. q. actus levigandi sive status vel ipsa res levis*: VITR. 7, 1, 4 -bus et polituris cum fuerint perfecta *pavimenta*. IVL. VAL. 3, 35 p. 143, 19 ad caeruli speciem vel colorem -o (*i. dealbatio caerulea*). CHALC. transl. p. 50^{E} qui materiis mollibus inpressionique cedentibus insignire formas aliquas volunt, pure levigatas apparant nec ullam omnino formam in apparata -e apparere patiuntur (*gr. aliter*). comm. 220 *sensus sentit* asperum -emque tactu. POMP. gramm. V 290, 23 hoc (*sc. ut nomen pro adverbio ponatur*) conceditur poetis propter -em versuum. EVSEB. EMES. serm. 6, 27 deduxit ... pilleum ..., ut laterent virginis ... levigatae maxillae; ... talorum ... -em abscondebant militaria indumenta.

2. levigātio, -ōnis *f.* *a* 2. levigare. *i. q. actus vel effectus levigandi* (*incorporaliter tantum*): **1** *usu gramm. i. q. ψίλωσις*: DIOM. gramm. I 435, 21 *δασεῖαν* et *ψιλήν* apud nos h vocali (*an* -lis *?*) addita vel detracta demonstrat, id est scripta adspirationem, non scripta -em significat (*cf. p. 1215, 35*). **2** *usu vario i. q. κούφισις*: HESYCH. in lev. 5 praef. p. 967^{A} (*ad Italam psalm. 93, 13* ut mitiges eum a diebus malis) liberationem ... peccatorum et -em ab his, quae nos terrent in die mala. CAEL. AVR. acut. 2, 10, 68 genarum rubor plurimus sine febrium -e. diaet. pass. 21 doloris. CASSIOD. Ios. antiq. 17, 154 -o ... maxima est pro bonis operibus interire (*gr. κούφισιν ut* 17, 177 -em quandam illis *Iudaeis* natam esse ..., quod talibus ipse *Herodes* doloribus urgeretur. 17, 206 quasi ex hoc [*sc. iurgiis, clamore sim.*] posset ad illos mortuos aliqua -o pervenire). 17, 204 functionum publicarum (*gr. εἰσφορὰς ... ἐπικουφίζειν*). GREG. M. in I reg. 5, 164 l. 3898 culpae -o decernenda est ... respectu prioris vitae (*antea*: ut posteriorum *operum* gravitas levigetur).

? **lēvigino,** -āre. *a* 1. levigare, *cf.* runcinare. *i. q. levigare*: CAPITOL. Pert. 8, 5 vasa ... calfactandae resinae ac pici devellendis hominibus ac -andis (libig- *codd.*).

1. *lēvigo, -āvī, -ātum, -āre. *a* 2. levis. lĕvĭ- CYPR. GALL. exod. 787, lĕvī- *ibid.* 1076. *inde a* VARRONE, VITR., COLVM.; *in poesi non nisi* TER. MAVR. 454 PALLAD. ins. 82 CYPR. GALL. *l. c.* [*restituitur p. 1199, 12, dub.* VITR. 10, 11, 4 -atur (dividatur *trad.*).]

i. q. levem facere (*gr. respondet λειόω, nisi alia adnotavimus.* GLOSS. -ta: limpidata. -to: levi facto. leni facto vel uncto. -ti: politi, lenes effecti): **I** *c. respectu superficiei*: **A** *usu primario*: **1** *illinendo, obducendo* (*vix huc p. 1198, 36. cf.* GLOSS. -at: linit, dealbat. -are: linire): **a** *pro obi. est id, quod linendo operitur, tectorio afficitur* (*in comparatione* AMM.): VARRO rust. 3, 11, 3 *nessotrophii* parietes tectorio -antur, ne faeles ... introire ... possit ([*de eadem re*: COLVM. 8, 15, 2 maceries opere tectorio -atur extra intraque]. COLVM. 8, 8, 4 columbarum cellae poliri debent albo tectorio ... nec minus extrinsecus -ari parietes [*locis geminis Varro rust. 3, 7, 3* quam levissimo marmorato ... oblinuntur. PALLAD. 1, 24, 1 -tis ac dealbatis]. *cf.* 9, 7, 1 suggestus lapideus *apiarii* ... diligenter opere tectorio -atur [*inde* PALLAD. 1, 37, 7 albario opere]). VITR. 7, 3, 7 *tectorii* soliditate marmoris ... candore firmo -ta (*cf.* 7, 10, 2 aedificatur locus uti laconicum et expolitur marmore subtiliter et -atur). PLIN. nat. 31, 57 commissuris *tuborum fictilium* ... calce viva ex oleo -tis (*Vitr. 8, 6, 8* coagmenta ... calce viva ex oleo subacta sunt inlinienda). PALLAD. 1, 26, 1 sit ... locus (*i. cubiculum turdorum*) mundus et lucidus et undique -tus. AMM. 15, 10, 5 humus crustata frigoribus et tamquam -ta ideoque labilis. VVLG. deut. 27, 2 (*eadem fere* 27, 4) eriges ingentes lapides et calce -bis eos (*Itala Lugd.* dealbabis, *Hesych. in lev. 14, 33—47 p. 964A* linies eos pulvere. *huc spectat* GLOSS.^{L} III Abstr. LE 26 -bis: linibis vel dealbabis). *transfertur ad orationem ornamentis instruendam* (*aliter infra l. 69*): IVLIAN. Aug. c. Iulian. op. imperf. 4, 90 p. 1392 illa ipsa sophismata licet non sint veritate solida, urbana tamen superficie colorantur; hoc autem quod monstrum disputationis est, quod nec veritate solidum est nec sophismate -tum? **b** *pro obi. est id, quod linendo imponitur*: PALLAD. 1, 9, 5 supra marmor tusum cernatur aut harena cum calce inducta -etur. SIDON. epist. 2, 2, 5 interior parietum facies solo -ti caementi candore contenta est (*cf. vol. III 96, 69*).

2 *radendo, poliendo sim.* (*accedit abl. instr. passim, abl. q. d. resultativus l. 67,* de *l. 33,* ad *l. 41*): **a** *pro obi. est id, quod asperitate quadam privatur, purgatur*: **α** *corporaliter*: Ⓘ *vario usu*: PLIN. nat. 17, 101 aufertur ... serra aequaliter superficies, -atur falce truncus (*Colum. 5, 11, 4* plagam levato). MIN. FEL. 3, 6 testam teretem iactatione fluctuum -tam legere de litore. 23, 12 (22, 4) lapideus *deus* caeditur, scalpitur et ab impurato homine -atur (*item de simulacris*: ARNOB. nat. 5, 28 ramum ... dolat runcinat -at et humani speciem fabricatur in penis. 6, 14 simulacra ... runcinarum -ta de planis. LACT. inst. 2, 6, 6 veniunt ... ad deos ..., ut ... nitorem -ti marmoris aut eboris aspiciant). IVL. VAL. 3, 28 oppidum quadratis saxis ... non incuriose -tis congestum (CYPR. GALL. exod. 787 *saxa* artifici -ta manu [*Vulg. 20, 25* sectis lapidibus]). CHALC. transl. p. 46^{B} utriusque ignis ... concursu incidente in tersam aliquam levemque materiae superficiem ... simulacra ex -ti corporis conspectu resultant (*gr. περὶ τὸ λεῖον καὶ λαμπρόν, om. Cic. Tim. 49*). p. 50^{E} *v. p. 1197, 49.* comm. 63 si quis ad ... montium ... saxosam asperitatem aspiciens similem dicet esse ad tornum -tae pilae. PALLAD. 4, 10, 12 clava ... ex utraque parte -ta, nodis et aculeis recisis. AMBR. in psalm. 118 serm. 16, 42 ut, si polire et -are eum *topazion lapidem* velis, asperetur magis. HIER. reg. Pachom. praef. 1 B. acutus gladius et -tus (VVLG. Ezech. 21, 11 dedi eum ad -andum ...; exacutus est ... limatus est. *in imag.*: HIER. in Nah. 3, 1 p. 1256^{A} sermonis gladium, exacutum cote dialecticae et rhetoricae artis oleo -tum). VVLG. gen. 6, 14 fac tibi arcam de lignis -tis ([*Itala Ambr. hex. 6, 9, 72. al.* quadratis. *huc fortasse spectat* GLOSS. -tis: natantibus]. GREG. TVR. glor. mart. 41 p. 515, 39 incisa -taque ligna). RVFIN. Greg. Naz. orat. 1, 43, 1 viam ... incedere adtritam et -tam adsiduitate commeantium praestat quam inusitatam et rudem (*Migne gr. 35, 452A λείαν καὶ τετριμμένην*). GREG. TVR. Franc. 4, 12 p. 143, 25 *ostium* erat ... obseratum, verumtamen non erat ita -tum, ut inter tabulas aspicere homo non possit. EVGIPP. Sev. 15, 1 *ecclesiae* ad vicem soli tabularum erat -ta coniunctio. *al.* *audacius in poesi dicitur -ari arbor, quae per insitionem spinis sim. privatur*: PALLAD. ins. 82 *malus insita* spiniferas prunos armataque robora sentes -at et pulchris vestit adulta comis. Ⓘⓘ *-atur cutis animantium*: PLIN. nat. 20, 20 ad -andam cutem in facie totoque corpore (ARNOB. nat. 2, 41). TERT. cult. fem. 2, 8 l. 10 cetera *corporis* pulveris cuiusdam aspritudine -are. ARNOB. nat. 5, 25 *mulier pudenda sua* facit sumere habitum puriorem et in speciem -ari nondum duri atque hystriculi pusionis. 6, 21 (*de statua Aesculapii barba privata*) oris contumeliam -ti (AMM. 16, 8, 10 Dionysius tyrannus ... tonstrices docuit filias, ne cui alieno ora committeret -anda). PELAGON. 248 articulos psilothro -bis. CASSIOD. in psalm. 118, 25 *corpus nostrum* nitore -atur (*v. p. 1148, 83*). *in imag.*: PAVL. NOL. epist. 23, 10 novacula nobis Christus ..., qui ... animae caput -at.

β *transfertur ad verborum vel syllabarum iuncturas poliendas, suaviores reddendas* (*aliter supra l. 17; cf. imaginem l. 47*): FRONTO p. 144, 14 v. d. H. (p. 150 N.) mutilum perficere, hiulcum explere, asperum -are. TER. MAVR. 454 quos *ἱππεῖς* solebant aut *Ἀχαρνεῖς* dicere, -ant *ἱππῆς*que potius aut *Ἀχαρνῆς* nominant. ARNOB. nat. 2, 11 verbis ... luculentissimis ... loqui et compositionibus fluere -tis. CHAR. gramm. p. 13, 32 B. (= DIOM. gramm. I 435, 26) *ut* Vergilius ... refugerit incultae vetustatis horrorem et carmen contra morem veterum -verit (*sc. corripiendo verba, quae o littera finiuntur*).

b *pro obi. est asperitas vel macula, quae tollitur*: **α** *corporaliter*: PLIN. nat. 13, 81 scabritia *chartae* -atur dente conchave. MARCELL. med. 34, 14 pulmo arietinus impositus omni asperitate *cutis* -ta molestiam tollit. **β** *incorporaliter*: APVL. met. 1, 2, 6 iugi, quod insurgimus, aspritudinem fabularum lepida iucunditas -bit. GREG. TVR. Mart. 3, 60 p. 647, 33 *pulvis e sepulcro Martini sumptus* non solum membra debilia solidat, sed ... conscientiarum maculas abstergit ac -at.

[Bader]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

3 *sedando, placando* (*cf.* GLOSS. *infra l. 52*): MIRAC. Steph. 2, 5, 1 p. 852 imperio Christi . . . dum -rentur turbulenti fluctus ac venti. AVELL. p. 52, 21 (*incorp.*) naturae nostrae mansuetudine -ti . . . memorato *Ursino pontificatum usurpanti* abscedendi copiam dedimus.

B *usu deflexo c. colore mulcendi*: RVFIN. apol. adv. Hier. 1, 3 p. 543[A] neque . . . verberanti dexteram maxillam offert alteram, sed palpanti et -anti maxillam morsum . . . infigit. hist. mon. 1 p. 399[C] *mulier coepit seductura* palpare cervicem *monachi* . . . collumque -are.

II *c. respectu substantiae, spissitudinis, sc. macerando, terendo* (*in componendis medicamentis vel cibis; plus valet quam* terere, conterere *l. 21. 27*): COLVM. 6, 6, 4 myrti . . . foliorum duae librae -antur (deligantur *sim. codd., restituitur e* PALLAD. vet. med. 6, 6; *cf. Veg. mulom. 4, 4, 4* tunduntur). 6, 16, 2 axungia pari pondere cum pice liquida et cortice pineo -ta (pineolo iugata *var. l.*) imponitur (*Veg. mulom. 4, 19* contusa. *cf.* PELAGON. 194 *bitumen aliaque* cum axungia -antur atque inlita genibus imponuntur [*Hippiatr. gr. I p. 233, 15 ἀξουγγίῳ προσμίξας*]). 6, 17, 3 semina eius *herbae* . . . -ta cum vino dantur potanda (*Veg. mulom. 4, 21, 3* trita). 7, 5, 12 combusta galla cum austero vino -ta et inlita. 9, 13, 5 omnia eadem aequis ponderibus in unum -ta (*inde* PALLAD. 4, 15, 1). 12, 42, 2 quae in colo subsederunt, diligenter contrita -antur. ZENO 2, 44, 1 (1, 41, 1 L.; *allegorice de neophytis*) farina -ta est oleo (PALLAD. 1, 29, 4 ut offulae . . . o. -entur asperso). PELAGON. 193 cummi hammoniacum aceto acri commixtum -bis. 205 nucibus pineis . . . -tis. *ibid.* sulphuris dragmae -tae. CHIRON 499 infunde ei accipiens comini ad magnitudinem fabae -ans et mellis acetabula duo. 507 alumen scissum -to ex (et *cod.*) adipe suillo. MARCELL. med. 9, 126 tritis ceteris ex aceto acri et ad instar collyrii -tis. *al. in digestione ciborum*: GELL. 4, 11, 4 quoniam is cibus *i. faba* et subduceret sensim alvum et -ret (*Aristox. frg. 25 W. λειαντικὸν . . . εἶναι καὶ διαχωρητικόν. cf.* alvum mollire *sim. vol. I 1802, 76 sqq.*).

p. p. p. **lēvigātus,** -a, -um *pro adi. i. q. levis* (*compar.* MACR.; *exempla, ubi vis verbi magis servata esse videtur, v. supra*): CHALC. comm. 244 *oculorum* -a soliditas et tersa rotunditas. AMBR. hex. 3, 13, 54 illis *arboribus* folia -a atque diffusa, istis contractiora et aspera. MACR. Sat. 7, 12, 30 (*v. p. 1238, 1*) -ius. 7, 15, 9 cum pulmo et solidus et -us sit (*Plut. quaest. conv. 698B λείον*). EVSEB. EMES. serm. 6, 27 (*v. p. 1197, 54*) -ae maxillae (6, 28).

deriv.: 1. levigatio, levigino. *compos.*: illevigatus.

2. ***levigo,** -āvī, -ātum, -āre. *a* 1. levis. *inde a s. V* (*falso* APVL. met. 4, 1, 4 -tos *pro* levatos, *correxit ipse librarius*); *deest in poesi; frequentatur a* CAEL. AVR., CASSIOD., GREG. M.

i. q. leviorem reddere (*reflexive p. 1200, 29; in vim mediopass. vergunt maxime l. 67 sq.*): **1** *-antur onera, res graves*: **a** *corporaliter*: Ps. AVG. serm. Migne suppl. 2, 1358 *nubes* corpus advexit *Christi ascendentis* non turgido peccati onere praegravatum, sed verbum 'caro factum' caelesti utique generantis chrismate -tum (*vix ad 2*). ORIBAS. syn. 9, 40 add. Aa p. 348 flebotomum adhibere, ut collecta evacuetur materia et spiritum innatum -antem (*pro* spiritus innatus -etur). PRISC. LYD. solut. 2 p. 57, 20 *in corpore dormientis* solutionem . . . umiditas et gravitas sequuntur, -antia dum deficiunt: spiritus enim et calor . . . facit illud *corpus* levius.

b *incorporaliter* (*cf.* GLOSS.[L] II Abav. LI 40 -at: mitit): *α quolibet modo*: SCHOL. Hor. carm. 1, 24, 19 ('levius fit patientia, quidquid corrigere est nefas') idest -atur (*cf.* GREG. M. epist. 8, 24 p. 26, 1 novit . . . patientia -are, quod grave est). Ps. HIER. epist. 5, 3 p. 63[A] gravidam tentationibus sarcinam -are. HIL. AREL. vita Honorat. 18 l. 21 -are omnibus iugum Christi. CONC.[S] I 3 vers. Tur. p. 112, 10 nequaquam aestimantes . . . laborem onerosum fore, -vimus tamen . . . huius difficultatem (*gr. I 1, 3 p. 31, 18 ἐπεκουφίσαμεν*). II 3, 2 p. 94, 27 decretum . . . prout potuimus -ando firmavimus (*p. 97, 15* mediocriter firmavimus, *gr. II 1, 3 p. 117, 29 μετρίως ἐκνρώσαμεν*). CAEL. AVR. acut. 1, 17, 173 quibus *medicamentis* passio -atur ([*postea*: relevatur]. 3, 17, 158 -ta atque soluta passione. chron. 1, 1, 17 tardante passione et nunc superpositionibus exasperata, nunc lenimentis -ta. *al.*). 2, 1, 7 neque iugis . . . est pressura, sed . . . dimissionis intercapedine -atur. chron. 1, 4, 109 donec accessio -etur temperamentis (2, 14, 215 cum . . . a. vespertino tempore asperetur atque luce surgente -etur. 5, 2, 46 fit . . ., ut accessiones tempora percurrant et sua sponte -entur). 4, 7, 98 incendia -at et ventrem mollit et tumorem mitigat. *et saepius apud eundem.* FVLG. RVSP. praedest. 1, 26 cui *parvulo sine baptismate mortuo* non est . . . -ta damnatio, sed redemptio denegata. CASSIOD. hist. 3, 2, 29 seni *comprehenso* alacriter serviebat et eius cladem aliquatenus -bat (*Soz. 2, 13, 2 ἐκούφιζεν*). Ios. antiq. 2, 29 ut malum sceleris aliquatenus -rent (*gr. ἐπιεικέστερον ποιῆσαι*). 7, 181 erat ira iam longo tempore -ta (*gr. τὰ τῆς ὀργῆς . . . λελωφήκει*. GREG. M. in I reg. 3, 100 l. 2008 ut, quae videbatur ad placandum difficilis, eius iram -ret). 18, 90 venalium rerum pretia -vit (*gr. ἀνίησιν*). MVTIAN. Chrysost. hom. 27, 5 p. 407/8 tibi peccata -buntur (*gr. κουφίζεται*). NOVELL. Iust. 15, 6, 1 defensores . . . -ant praesidum, quas pro omnibus habent, sollicitudines (*gr. ἐπικουφίσουσι. cf.* GREG. M. epist. 9, 162 pondus sollicitudinis). GREG. M. moral. 3, 8 saepe multa *flagella* ex qualitate, saepe gravia ex quantitate -antur: si videlicet cum multa sunt, non sint gravia *eqs.* 7, 2 p. 767[C] *Christus* misericordiae lance praeponderans culpas nostras parcendo -vit. *al.* ***β dicendo, iudicando*** (*fere i. q. verbis vel iudicio extenuare, minoris momenti habere*): CASSIOD. var. 11, 40, 9 ne, cum truculentis parceret, asperrima facinora -ret *indulgentiâ*. in psalm. 1, 4 (6) l. 352 acerbitatem discriminis -are. 78, 6 (7) culpa, quae excusari non potest, superioris criminis collatione -atur (*antea*: culpas mitigat. *cf.* GREG. M. moral. 17, 54 p. 37[B] ea . . ., quae de domini actione narravit, extremi iudicii comparatione -ans. in euang. 1, 6 p. 1081[B] quidquid modo grave creditur, in eius *iudicii* comparatione -atur). GREG. M. moral. 2, 15 p. 563[B] *diabolus* cum . . . *dei* bona . . . narrat, putat, quod facta fortis operarii *Iob* -et. 10, 28 ne, dum deplorata iterum culpa committitur, in conspectu iusti iudicis ipsa . . . lamenta -entur. 10, 34 p. 944[D] ipse dictorum suorum pondus -at, qui . . . omne . . . quod loquitur destruit. past. 2, 10 p. 46[B] cum sibi quis malum, quod perpetravit, -at. epist. 3, 1 p. 159, 15 quanto te apud nos res ista, si districtissime fuerit perscrutata et emendata, commendat, tanto, si -ta fuerit, *eqs. al.*

2 *-atur onustus* (*accedit abl. separ.*, ab, unde): CAEL. AVR. chron. 3, 8, 118 si . . . -ti indulgentia passionis rursum fuerint accessionibus . . . aegrotantes affecti (*item -antur aegroti*: CASSIOD. Ios. antiq. 1, 208 aliquantulum -tus [*gr. ῥᾷον διατεθείς*]. ORIBAS. eup. 3, 65 apobalsamo . . . qui a fungus strangulantur leu[m]igantur. syn. 8, 7 La p. 212 -atur . . . cum deposuerit ventrem . . . homo [*gr. 8, 6, 3 κουφίζεται, Aa* relebantur]). GILD. Brit. 66 chron. III p. 62, 17 *mali sacerdotes* sororesque domo pellentes et externas veluti secretiori ministerio familiares indecenter -antes (accipientes *var. l.*) vel potius . . . humiliantes ('*make light of strange women*' *vix recte vertit Williams*). CASSIOD. Ios. antiq. 17, 319 haec *i. Idumaea, Iudaea, Samaria* . . . -ta fuerant quarta parte functionum ex decreto Caesaris (*gr. τετάρτην μοῖραν . . . παραλέλυντο Καίσαρος αὐτοῖς κούφισιν ψηφισαμένου. cf.* NOVELL. Iust. 43, 1, 2 semetipsum -are tributo [*gr. ἐλαφρύνειν ut ibid. iterum; Iulian. epit. novell. 13, 1* liberare]). PRIMAS. in apoc. prol. p. 177, 18 H. cum regendi populi . . . onera partiretur, specialiter -tus *Moyses* (*Vulg. exod. 18, 22* levius . . . sit tibi partito in alios onere). GREG. M. moral. 31, 22 p. 585[D] cum res proprias amittimus . . ., in huius vitae itinere a magno onere -ti (liberati *var. l.*) sumus. past. 3, 30 p. 110[A] (*ad prov. 26, 11*) canis . . . cum vomit, . . . cibum, qui pectus deprimebat, proicit; sed cum ad vomitum revertitur, unde -tus fuerat, rursus oneratur.

part. praes. n. plur. **levigantia** *fere pro subst. p. 1199, 50.*

p. p. p. **levigātus,** -a, -um *pro adi. fere i. q. levis*: ISID. reg. monach. praef. 2 arduum illum limitem . . . -o cursu incedat.

deriv.: 2. levigatio. *cf.* levio.

levim pro 'secus' VIRG. gramm. epist. 7 p. 173, 13 (*inter praepositiones accusativi*). *ficticium videtur.*

levindola, (-ae) *f. orig. inc., cf.* 2. lavandaria. *scribitur etiam* leun-, liven-, levindo. *nomen herbae sampsuchi*: GLOSS. III 577, 22. 592, 27. 595, 13. 613, 58. 626, 4. 629, 5.

levio, -āre. *cf.* 2. levigare, 1. levare. [*tusc. vet.* (*Pisa*) lebbiare, *it. vet.* leggiare, *langob.* libá, *venet.* libar (> *it.* libare); *raet. occ.* levdża, lifgiêr; *francog. med.* leiger. *dial. centr.* légir; *francoprov.* (*Lugdunum*) legeó; *prov. vet.* leujar. *cf. M.-L. 5002. Battisti-Alessio III 2189. 2194 sq. 2220. Wartburg V 286 sq. G.*] [*falsa var. l. pro* levare PLAVT. Rud. 247 (*CD*, -vas *B*). DON. vita Verg. l. 12 Br.]

i. q. leviorem reddere, κουφίζειν (*quod simplex vel compositum in gr. respondet*): **1** *-antur aegrotantes homines vel eorum partes liberando, reficiendo* (*absolute fort.* ALEX. TRALL.): DIOSC. 4, 173 p. 87, 5 ventri deposito -antur (*om. gr. 4, 178*). ORIBAS. eup. 4, 34, 2 La -antur aures (*Aa* relevat). syn. 1, 18, 1 Aa p. 61, 31 Mø. vomica fleumam purga[n]t et caput -at (*La* levem reddit. 1, 18, 11 Aa p. 63, 8 dentibus expedit et c. -at [*La* levior c. efficitur]). 9, 26, 3 Aa p. 330 cum . . . eruperit sanguis, -antur (*La* sublevantur et leves efficiuntur). ALEX. TRALL. 1, 118 educit sordes multas *aurium* et satis -at. **2** *-antur mala leniendo, minuendo*: GLOSS. V 463, 17 -ant: minuant (= GLOSS.[L] V Aa L 325, *ubi vix recte* libant *restituendum putavit editor*). *eadem* 506, 9. *dub.*: VEN. FORT. vita Leob. 23, 73 ad -andam (-vandam *var. l., Krusch*) . . . infirmitatem. GREG. M. moral. 5, 7 de societate comitis labor itineris -atur (*an pro* levig-, *quod auctor adamat, falso impressum?*).

cf. allevio.

levipes, (-pedis) *adi. a* 1. levis *et* pes. *i. q. ποδώκης*: CIC. Arat. 121 -s Lepus *sidus. ceterum in veriloquio vocis q. e.* lepus (*v. ibi*).

lēvir, -ī *m.* [*rustice pro* *laevir, *cognatum c. ind.* devár-, *gr. δᾱήρ, slavon.* dĕverь, *lituan.* dieverìs *eiusdem notionis. Sch.*] *de orig.*: NON. p. 557, 6 ⌊-r dicitur frater mariti⌋, quasi l⟨a⟩evus vir (⌊ ⌋ *inde* ISID. orig. 9, 7, 17 GLOSS.). *inter composita vocis q. e.* vir *afferunt* PHOC. gramm. V 416, 3 PRISC. gramm. III 465, 30 GRAMM. suppl. 101, 27. *scribitur* len-, laev-, -ber GLOSS. *gen.* -i *testatur* CHAR. gramm. p. 23, 8 B. *de notione*: PAVL. FEST. p. 115 -r est uxori meae frater meus. MOD. dig. 38, 10, 4, 6 viri frater -r (GLOSS.); is apud Graecos *δαήρ* appellatur (GLOSS.). NON. *supra.* EXC. Bob. gramm. I 540, 15 -r *ἀνδρὸς ἀδελφός* (GLOSS.). GLOSS. -r *ἀνδράδελφος* (*item additamentum partis codd.* PRISC. gramm. II 153, 19). homo, vir ('*ex Graeco male versa*' *Goetz*). tacor (*anglosax.*). *exempla desunt.* *Bader.*

1. ***levis,** -e [*cf. gr. ἐλαχύς* '*parvus, brevis*', *slavon.* lĭgŭ-kŭ '*levis*' *etc. Sch.*] *syllaba* le- *producta* CARM. de Sod. 153. *vix* PAVL. NOL. epist. 8, 3 vers. 27 mea *Christi* sarcina -is, suave iugum (*var. l. probabilis* lenis, *cf. ibid.* vers. 30 demissosque -i subde humeros oneri). *scribi-*

[Koster]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tur: leb-: CIL II 5742 VI 4999 XIV 914 *et hic illic in codd.* levs CIL VIII 2207. *notatur*: l *passim in inscriptionibus p. 1202, 71 sqq. allatis.* le CIL VIII 4122 *et fortasse* II 5145, *nisi solvitur* l(evis) e(i). NOT. Tir. 27, 87. *de formis: nom. sing. fem.* -es CIL II 5742 VI 11807; -eis CIL VIII 23417; -e CIL VIII 9458 *et fortasse infra p. 1202, 81. 84. compar.* -ior *inde a* PLAVTO (*abundanter* plus ... -ior COMM. apol. 5). *abl. sing.* -iori (*teste* PRISC. gramm. II 346, 11 *allato* IVV.): SIL. 17, 510 IVV. 7, 77. *superl.* -issimus *inde a* CIC. (*fere abundanter accedit* quamvis COLVM. 2, 2, 25). *de notione*: GELL. *et* SERV. *v. p. 1208, 44. 47.* SCHOL. Pers. 1, 82 (*per confusionem verborum ad* 'lēvis') nihil in se habens severi iudicii. SYNON. Cic. p. 433, 9 -e. tenue. subtile. parum. modicum. invalidum. exiguum. inbecillum. infirmum. ISID. orig. 9, 4, 31 *βαρύς* ... dicitur gravis, quod est fortis; cui contrarius est -is, id est infirmus. 10, 158 -is ob inconstantiam vagationis appellatus, quia -i motu mentis nunc ista, nunc illa desiderat. GLOSS. -ia: *ἐλαφρά. in graecolatinis etiam pro κοῦφος. ceterum v. infra. legitur inde a* PLAVTO.
[*1) adi.: it.* lieve, *it. sept. vet.* lef; *raet. occ.* lef, lev, lęfk; *francoprov.* lai; *prov. vet.* leu, *prov.* leu *etc.* (*dial. delph., alvern., langued., lemov., aquitan.*); *vasc.* lhèu, lew; *cat.* lleu. *2) subst.* '*pulmo*': *it. sept.* lef; *raet. occ.* lef; *cat.* lleu (> *sard. mer.* léu); *port.* leves. *cf. M.-L. 5004. Battisti-Alessio III 2227. Wagner II 25. Wartburg V 289 sq. G.*] [*confunditur in codd. c.* lenis *saepe; falsa var. lect. pro* melius PLAVT. Truc. 470 (*cf.* SIL. *p. 1209, 21*); *deletur* CIC. Pis. 57; *falso trad. e. g.* LVCR. 2, 423 (-iore *pro* levore), OCTAVIA 887 (*pro* Livi), VAL. FL. 3, 257 (*loco nondum sanato*).]

fere i. q. κοῦφος (*quod graece respondere solet*). *in figura q. d. litotes* non -is *inde a* CIC. Verr. II 1, 86 de orat. 2, 302 VARRO ling. 6, 16 PVBLIL. N 60 VERG. georg. 3, 305 Aen. 11, 688 *et saepius. distinguitur a* lenis *p. 1207, 14. 33; a* vilis *p. 1210, 77. structuras separativas v. p. 1214, 67. abl. respectus* VERG. Aen. 12, 489 MORET. 80 LIV. 22, 18, 3 SIL. 4, 706. *al. (cf. exempla p. 1209, 17 allata). acc. relat.* PROP. 2, 5, 28 SIL. 3, 232. *inf. final. p. 1204, 5. 1209, 44. 81. 1215, 31. cf.* ad *aliquam rem p. 1209, 17. 1215, 28*; ad *c. gerund. p. 1213, 19; dat. gerund. p. 1209, 14; supinum p. 1210, 54. addas fortasse* LIV. 5, 22, 6 -em ac facilem tralatu fuisse *statuam.*

CAPVT PRIVS: *-ia dicuntur, quae gravitate plus minusve carent*: **I** *proprie et in imagine*: **A** *strictius c. respectu ponderis* (*colores secundarii q. s.* '*instabilis, mobilis*' *sive* '*velox*' *separari vix possunt, cum ea, quae non ponderosa sunt, eo ipso facilius moveantur; sublucent tamen maxime l. 82 sqq. p. 1202, 49 sqq. 1203, 57 sqq. 1205, 4 sqq.; cf. etiam p. 1215, 10*): **1** *solida* (*quorum adduntur etiam qualitates actionesve quaedam*): **a** *res*: *α generatim*: Ⓘ *varia et generalia quaedam*: PLAVT. Persa 243 omnes sunt lenae levifidae, neque tippulae (*Paul. Fest. p. 366*, stip- *codd. Plauti*) -ius pondust, quam fides lenonia (PROP. 4, 2, 36 traicit alterno qui *desultor* -e p. equo. OV. met. 2, 161 -e p. erat ... solitaque iugum *Solis* gravitate carebat. SEN. Herc. O. 1763 quam -e est p. mihi *cinis Herculis*, cui totus aether p. incubuit -e. *al.*). CATVLL. 66, 85 *libamina* -is bibat irrita pulvis. LVCR. 2, 227 graviora potesse corpora ... incidere ex supero -ioribus (*cf.* APVL. Socr. 9 p. 140 corporum texta, quae neque tam bruta quam terrea neque tam -ia quam aetheria *sunt*). 4, 183 -es res atque minutis corporibus factas celeris ... esse. *al.* VARRO ling. 5, 138 cum id *vallum* iactant, volant inde -ia (*cf.* rust. 1, 52, 2 ut quod -issimum est in eo *vallo* atque appellatur acus ac palea evannatur foras. *v. etiam l. 71*). rust. 1, 9, 7 *solum idoneum esse ad colendum*, si sit terra alba, ... si -is, quae cum fodiatur, facile frietur (1, 20, 4 *de terra Campana* [*ut* 2, 6, 5]. VERG. georg. 2, 92 pinguibus hae *vites* terris habiles -ioribus illae. 2, 255 quae *t.* gravis est, ipso tacitam se pondere prodit, quaeque -is [*contra* PLIN. nat. 17, 27 nec gravis *t.* aut -ior iusto deprehenditur pondere; quod enim pondus terrae iustum intellegi potest?]. VITR. 2, 3, 4. 2, 6, 1 flammae vapor ... efficit -em eam *Puteolanam* terram. COLVM. 3, 12, 1 [*e Iulio Graecino*] -em aut gravem, pinguem aut macram. 11, 3, 29 -i et subacta. *al. cf. p. 1202, 73 sqq.*). 2, 2, 16 *agnos* alligant libro aut alia re -i (*cf.* 2, 9, 13 ut alligari possint ... -bus vinclis *catuli*). CIC. Tusc. 1, 40 quod a gravioribus -iora naturā repellantur. CAES. civ. 1, 54, 2 carinae ... ex -i materia fiebant (PLIN. nat. 33, 25 FRONTIN. strat. 1, 5, 27 APVL. apol. 25). SALL. hist. frg. 3, 37 *tabula*. VERG. georg. 1, 85 -em stipulam (1, 289 TIB. 2, 5, 89 OV. met. 1, 492. AETNA 354 cinerem stipulamve -em). 1, 173 caeditur ... tilia ... iugo -is (SEN. Oed. 538). 1, 321 turbine nigro ferret hiemps culmumque -em stipulasque volantes. 1, 368 -em paleam et frondes volitare caducas (COLVM. 2, 10, 14 *in ventilando* palea, quae -ior est ..., decidet. NEMES. cyn. 293 IVVENC. 1, 345. *al.*). Aen. 12, 207 fronde -i (OV. met. 2, 557). MORET. 61 *hortum* calamo ... -i munibat harundo (SIL. 17, 88 castra -i c. cannaque intecta. *v. etiam p. 1202, 9 et 44*). TIB. 2, 3, 15 fiscella -i detexta est vimine iunci (MART. 2, 85, 1 v. clausa -i ... custodia *aquae*). PROP. 4, 2, 44 iunco brassica vincta -i. OV. am. 1, 2, 10 *amori* cedamus; -e fit quod bene fertur onus (*in imag. ut*: trist. 2, 222 non ea te *Caesarem* moles Romani nominis urguet inque tuis umeris tam -e fertur o., lusibus ut possis advertere numen. ITALA Matth. 11, 30 [cod. a *al.*] iugum ... meum suave est et o. m. -e est [*gr. ἐλαφρόν*]. *al. cf. p. 1209, 59*). ars 1, 554 ut -is ... canna ... tremit (met. 14, 515). met. 3, 160 -bus tofis. 6, 334 cum -is insula nabat *Delos* (*cf. de terra instabili*: STAT. Theb. 8, 328 *Tellus*, siste -em campum *sc. motu concussum*). *al.*

Ⓘⓘ *instrumenta, vestimenta sim.* (*sublucet hic illic color secundarius habilitatis sim.*): Ⓐ *varia*: Acc. trag. 239 agite modico gradu, iacite thyrsos -is ([iacet et nisus -is *trad.*]. SEN. Herc. f. 473 nec manu molli -em vibrare thyrsum. Oed. 441). CATVLL. 63, 8 tympanum (63, 29 QVEROL. p. 40, 12 R.). 64, 64 non contecta -i ... amictu. LVCR. 6, 1170 nil *i. nullum tegumentum* adeo posses cuiquam *sc. calore laboranti* -e tenueque membris vertere in utilitatem. VARRO ling. 5, 136 serrae. rust. 1, 20, 2 *aratro* (1, 20, 4 COLVM. 7, 1, 2). VERG. ecl. 5, 2 calamos inflare -is (OCTAVIA 411 c. -i decipere volucres. MART. 9, 73, 9 frange -es c. et scinde Thalia libellos). TIB. 1, 7, 48 cista. OV. epist. 11, 70 vittis. ars 2, 46 *Daedalus* -e ... nectit opus *alarum*. 2, 131 ille -i virga ... in spisso litore pingit opus (LVCAN. 4, 683 ora -i flectit frenorum nescia v.). met. 2, 151 habenas (7, 221). fast. 3, 669 mitra. 5, 218 calathos. MANIL. 4, 131 lanas ... tenuare -i filo (AMM. 29, 1, 31 ex ... f. perquam -i). CELS. 3, 7, 2[A] admodum -bus *vestimentis* velandus est aegrotus (*cf.* 3, 19, 3 -i veste. TERT. cult. fem. 2, 10 l. 5 *vestes* quae, -es et exiles, solo pretio graves essent). *al.* Ⓑ *militaria, venatoria* (*cf. p. 1206, 7*): CIC. har. resp. 2 ea tela (*i. verba acerba*), quae coniecerit inimicus ... -iora atque hebetiora esse (*item in imag.*: CVLEX 187 *de aculeo culicis*. EPIST. Sapph. 79 molle meum -busque cor est violabile telis. GERM. 690 *de Sagitta sidere* [*gr. 691 πτερόεντος Ὀιστοῦ. cf. l. 33*]. SEN. epist. 53, 12 quaedam defatigat *philosophia* et velut -ia t. laxo sinu eludit. *proprie*: SALL. Iug. 105, 2. LIV. 28, 33, 5 missis -bus telis quae inritare magis quam decernere pugnam poterant. SEN. Ag. 328 graves -bus telis ... pharetras. *al.*). CAES. civ. 1, 27, 4 cratibus. NEP. Iph. 1, 4 *armorum* pondere detracto quod aeque corpus tegeret et -e esset *genus loricarum* curavit (*cf.* LIV. 37, 40, 11 ala -ioribus tegumentis suis equorumque; *opp.* cataphractorum equitum). VERG. Aen. 5, 68 sagittis (9, 178 *Nisum* iaculo celerem -busque s. SEN. Herc. f. 989. Herc. O. 545 intende ... spiculum ... non ex s. -bus, e numero precor graviore prome. Oed. 482. LVCAN. 6, 196 quid ... iaculis -busve s. perditis haesuros numquam vitalibus ictus? [*opp.* pondera saxi]. *al. de sidere*: AVIEN. Arat. 670 [*cf. l. 21*]). 10, 169 goryti (STAT. Theb. 12, 527). 10, 817 *ensis* transit ... -ia arma ... et tunicam (OV. trist. 3, 12, 19. LIV. 22, 3, 9 auxiliis ... -ium armorum [22, 37, 7. 22, 45, 7. 25, 34, 13. 42, 65, 13. *cf.* 27, 18, 7 -ium ... armorum Baliaris]. SIL. 5, 557 terga dabat -bus diffisus Arauricus armis. *al. cf. p. 1215, 17. in imagine*: LAVS Pis. 87 *in exercitatione oratoria* -bus veluti proludit in armis). 12, 354 -i iaculo (VAL. FL. 5, 609. SIL. 4, 510 -i i. irritat et elicit hostem. MART. 4, 55, 20. AMM. 27, 1, 3 Romani sagittis aliisque -bus i. incessebant). OV. met. 6, 593 umero -is incubat hasta (VAL. FL. 1, 409 -es puer incitet hastas. 5, 462. SIL. 10, 241 depulsis -ioribus hastis accepit leo cum tandem ... ferrum. MART. epigr. 12, 2. *cf. p. 1206, 5*). 7, 778 non ocior illo ... calamus -is exit ab arcu. 10, 518 pharetras (STAT. Theb. 6, 931). Pont. 1, 2, 21 arcus (VAL. FL. 3, 523). LIV. 35, 27, 5 expeditos milites ... cum fundis et iaculis et alio -i genere armaturae inposuit (*cf. p. 1215, 32*). SEN. Phaedr. 546 non erat gracili -is armata ferro cornus (CLAVD. 15, 212). *al.*

Ⓘⓘⓘ *vehicula* (*passim c. colore secundario mobilitatis, velocitatis sim.*): Ⓐ *naves*: CATVLL. 64, 84 nave -i nitens ac lenibus auris (LIV. 32, 21, 27 centum tectae naves et quinquaginta -iores apertae et triginta Issaei lembi. 35, 26, 9 in -i speculatoria n. fugit. 36, 45, 3 celeritate navium, utpote -ium, suas commeatu onustas eludi). VERG. georg. 2, 451 undam -is innatat alnus. TIB. 1, 4, 46 -em remo per freta pelle ratem. LIV. 26, 45, 7 piscatores ... -bus cumbis ... pervagatos. 30, 10, 14 speculatoriae naves ac -ia alia navigia (33, 19, 10 cum classe centum tectarum navium, ad hoc -ioribus navigiis cercurisque ac lembis ducentis proficiscitur. 37, 27, 5 celeritate superabant *piratae* -ioribus et ad id fabrefactis n. CVRT. 4, 2, 21. 9, 4, 11 duo maiora n. submersa sunt, -iora ... expulsa sunt. TAC. ann. 11, 18, 1. 12, 56, 1). 35, 37, 7 onerarias -es. *al.* Ⓑ *currus sim.*: VERG. Aen. 1, 147 rotis summas -bus perlabitur undas (MANIL. 5, 78 vix ... r. -bus summum contingere campum). PANEG. in Mess. 130 Iuppiter ipse -i vectus per inania curru ([*cf. Hor. carm. 1, 34, 8* volucrem currum *Iovis*]. OV. epist. 4, 45 iuvat versare -es in pulvere currus. ars 1, 4 arte citae ... rates ... moventur, arte -es currus. met. 2, 150. 5, 645 *Cereris*. 10, 717 vecta -i c. medias Cytherea per auras. GRATT. 534 MANIL. 5, 73. *transfertur ad ὀχήματα, quibuscum secundum doctrinam Platonicorum recentiorum animae iunguntur*: BOETH. cons. 3 carm. 9, 19 -bus sublimes *animas* curribus aptans).

β speciatim in votis, quae fiunt defunctis (*relegatis p. 1203, 6; ad rem cf. Hartke, 'sit tibi terra levis' formulae quae fuerint fata, Diss. Bonn 1901*): Ⓘ terra -is (*aliter p. 1201, 55*): Ⓐ *vario usu*: CE 55, 22 (*aet. Catulli*) rogo ut discedens terram mihi dic⟨as -em⟩ (1797 CIL XIII 2073). TIB. 2, 4, 50 (= CE 2136) t. ... securae sit super ossa -is. OV. ars 3, 740 (*loquitur Procris*) morior ... nulla paelice laesa: hoc faciet positae te mihi, terra, -em (CE 477, 3 est m. t. -is merito, sed quiesco marmore clausus. 1125, 11 viator, sit tibi lux dulcis et m. t. -is. 1269, 4 *per notas. al.*). CE 80, 5 ut omnis aetas optet aei terram -em (474, 12 opta ... ipso terra(m) -e(m), nobis fortuna(m) beata(m) [*iisdem fere mendis* 475, 9. 476, 8. *an potius nom., sc. ut ipsa verba viatori pronuntianda intelligas allata esse? cf. p. 1201, 5*]. 1017, 4 ingenio. CIL III 4263. *cf.* CE 647, 4 ut meis ... -e(m) terra(m) preceris). 128 qui tra(n)sis ... opta: 'tibi t. -e' ([*vix acc. cum* opta *coniungendus, at si nom.* -e *displi-*

[Koster]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ceat, alterum potius verbum vovendi subaudias ut fortasse etiam INSCR. Schober, Grabsteine von Noricum . . . 100 vobis t. -e]. *item desideratur verbum*: CIL II 5059. 6271. VIII 9428). 197 -is incumbat t. defuncto tibi. 1153, 5 t. . . ., -is super ossa residas (*cf. p. 1216, 82*). CIL II 2261 sit t(erra) l(evis) (*non indicatur cui ut* 3235 VIII 9098). 2398 t(erra) l(evis). *al.* *c. acumine transfertur votum ad exules*: ANTH. 236 *Corsica*, parce relegatis, hoc est: iam parce solutis; vivorum cineri sit tua terra -is. Ⓑ *formula* 'sit tibi terra -is': ① *ipsa* (*saepe scribitur* sttl): CE 1255, 10 precor ut mihi dicas: sit *eqs.* (1316, 6 hoc peto nunc dicas. 1452 dic rogo qui transis. CIL II 540 te rogo praeteriens dicas [*eadem* 958. 970. *al.*]. *et saepius*). CIL II 952 siquis es praeteriens lege: sit *eqs.* 1198 h(ic) s(itus) e(st); s(it) *eqs.* (*eadem* 1200 III 1480 VIII 21 024. *et saepe*). III 4533 omnes optamus: sit *eqs.* (5949 VI 13891). VI 7579, 11 ita post obitum sit tibe (*sic*) t. -is, ut tu hic nihil laeseris, aut si quis laeserit . . . sit ei terra gravis (*sim.* 29951). *et passim in titulis maxime Hispaniarum, Africae, urbis; in christianis non nisi* INSCR. christ. Diehl 434. 885 *nec non* 380, *si vere christ.* *votum vertitur in detestationem*: MART. 9, 29, 11 sit tibi t. -is mollique tegaris harena, ne tua non possint eruere ossa canes. ② *ordine verborum mutato*: terra tibi -is sit: CIL VIII 2207 dicas t. *eqs.* (4122. 4502). 16821 ossua tibi b(ene) quesc⟨an⟩t (*iuxta eandem formulam notis* otbqttls *saepe in titulis Africanis e. g.* VIII 1036. 1065. 3710. 3759, *in Romanis* VI 8484. 14811. 28124). 21106 *nude.* -is sit tibi terra: CIL VIII 3157. *?* tstl: CIL VIII 9344 (*lectione parum certa; cf. quae adnotantur ibid. p. 1983*). 26729 (*primo* t *suppleto*).

Ⓑ *varia nomina*: ELEG. in Maecen. 1, 141 tellus -is ossa teneto (CE 965, 1 [*a. 10*] quandocumque -is t. mea conteget ossa [1033, 8]. MART. 6, 52, 5 sis . . ., t., placata -isque, artificis *i. tonsoris sollertis* -ior non potes esse manu. CE 1043, 4 -is ossua tegas). PERS. 1, 37 non -ior cippus nunc inprimit ossa? MART. 1, 88, 2 Alcime, quem . . . -i caespite velat humus, accipe non Pario nutantia pondera saxo (AVSON. 198, 17 p. 57 P.). PS. QVINT. decl. 10, 7 tamquam parum sepulcra premerent et tumulorum -e pondus esset. CE 1038, 1 terra -i tumulo -ior ne degravet ossa. 1152, 3 te, lapis, obtestor, -is ut super ossa quiescas, ne tenerae aetati gravis esse videaris (*cf. p. 1216, 84*).

b *animantia eorumque partes, actiones quaedam*: *α volucres et quicumque per aerem labuntur* (*huc fortasse spectat* VERG. Aen. 11, 595 *p. 1204, 39*): FVR. ANT. carm. frg. 4 sicut ful[i]ca -is volitat super aequora classis. VARRO Men. 274 passerculus. VERG. georg. 4, 55 *apes* (TIB. 2, 1, 49). Aen. 5, 838 -is aetheriis delapsus Somnus ab astris (SERV.: vel adventu vel discessu, nam in utroque -is est. *cf. infra* HOMER. 120). 6, 17 *Daedalus* Chalcidica . . . -is tandem super adstitit arce. OV. am. 3, 5, 21 -bus cornix pinnis delapsa per auras (SEN. Oed. 390 alta caeli quae -i pinna secant. AVG. civ. 19, 23 p. 393, 12 D.). ars 2, 19 -is est et habet geminas, quibus avolet, alas (*de Amore ut*: STAT. silv. 3, 5, 68. APVL. met. 6, 21, 4 amator -is in pinnas se dedit). met. 2, 581 bracchia coeperunt -bus nigrescere pennis (SIL. 2, 215. 6, 59. HOMER. 120 Somnus . . . -bus . . . per aera p. devolat. 420). 14, 501 cubiti . . . -es sinuantur in alas. fast. 3, 456 ungula *Pegasi.* hal. 6 concussis . . . -is pinnis . . . evolat ales. PLIN. nat. 10, 117 cum devolat *psittacus* rostro se excipit; illi innititur -ioremque ita se pedum infirmitati facit. VAL. FL. 7, 259 (*verba Veneris*) cum -is a superis ad te modo laberer auris. STAT. silv. 2, 2, 116 -is . . . Siren advolat. MART. 9, 54, 3 -is . . . praeda (*i. aves*). *al.* *in imag.*: SEN. epist. 42, 5 cum quendam adfirmares esse in tua potestate, dixisse me volaticum esse ac -em et te non pedem eius tenere, sed pennam. *β cetera* (*quorum levitas maxime ex eo intellegitur, quod celeriter se movent, unde sublucet passim color secundarius velocitatis sim.*): VARRO Men. 50 ut -is tippula . . . transit lacus (*cf. p. 1201, 43*). 393 cedit (*i. incedit*) velocibus iuvenis membris -is (*cf.* SIL. 3, 232 Tyria . . . pubes membra -is celsique decus fraudata . . . corporis). VERG. ecl. 1, 59 -es . . . pascentur in aethere (*var. l.* aequore) cervi (VAL. FL. 3, 554 intactas -is ipse *cervus* superfugit undas). Aen. 5, 819 per summa -is volat aequora curru *Neptunus.* 12, 489 *Messapus* -is cursu. HOR. sat. 2, 6, 98 domo -is exsilit *mus.* OV. ars 1, 542 -es satyri (SIL. 3, 394. *cf. p. 1204, 13 et Ov. epist. 5, 135* celeres, *met. 14, 637* saltatibus apta iuventus; *an translate?*). met. 2, 671 ungula *equi* (STAT. Theb. 9, 251. *addas l. 49*). LIV. 28, 20, 3 -ium corporum homines et multa exercitatione pernicium (TERT. anim. 8, 3 quia digressa ea *anima* graviora efficiantur corpora defunctorum, cum -iora esse deberent. *al.*). GRATT. 299 illius *catuli* . . . manibus vires sit cura futuras perpensare: -is deducet pondere fratres (*loco nondum satis explanato de gravitate catulorum agi videtur, sed certe velocitatem eorum intellexit, cum locum imitaretur*, NEMES. cyn. 139 pondere . . . perpendere vires corporibusque -es gravibus praenoscere cursu. *item de cane* LVCAN. 4, 440 Molossi [COMMENT.: velocis]). SEN. Herc. f. 144 errat cursu -is . . . haedus. Phaedr. 62 veloces figis dammas -iore manu (*cf. p. 1205, 76*). Phoen. 545 equitatu -i Cadmea frangi prata (*cf.* Thy. 554 cum -es frenis sonuere turmae. *exempla vix ad p. 1215, 9 trahenda*). LVCAN. 2, 500 -is totas accepit habenas . . . sonipes (*item de equis*: VAL. FL. 6, 239 anfractu -ioris equi deludit anhelos *hostes.* SIL. 3, 385 STAT. Theb. 6, 524. MART. 12, 36, 12 vis cursu . . . gloriari? Tigrim vince -emque Passerinum. VVLG. Hab. 1, 8 -iores pardis equi eius *gentis* et velociores lupis. DRAC. Orest. 297 cornipedem). SIL. 3, 306 -bus gens ignea plantis, cui sonipes cursu . . . cesserit (*cf. p. 1206, 2*). 7, 502 piscem. HOMER. 680 -es in castra catervae confugiunt. STAT. Theb. 6, 594 corripuere -es spatium (*de cursoribus ut*: MART. 4, 19, 8 -em cursu vincere quaeris Athan. *in comparatione*: ITALA Iob 9, 25 [Ambr. Iob 1, 6, 16 = HIER. interpr. Iob] vita . . . -ior est cursore [*gr. ἐλαφρότερος, Vulg.* dies . . . velociores]). *al.* *pendet inf. final.*: MANIL. 5, 164 ille cito motu rigidos eludere caestus, nunc exire -is missas nunc mittere palmas, ille pilam celeri fugientem reddere planta . . . potens (*sed sunt qui etiam* exire *et* mittere *regi a* potens *contendant*). SIL. 13, 171 at (nec *trad., quo servato ad p. 1209, 24 pertinere videtur locus*) Rutulus -ior cedentis prendere terga iam profugo rapidus . . . instabat. 16, 487 *cursorum* grex . . . nulla . . . transmissā vestigia signat harena; . . . omnes ire -es atque omnes vincere digni. *γ motus* (*passim c. respectu velocitatis. aliter p. 1205, 41*): HOR. carm. 1, 1, 31 nympharum . . . -es cum satyris chori (SCHOL.: quia se in saltando . . . velociter rotant). OV. met. 3, 599 do . . . -es saltus udaeque immittor harenae (7, 767 *bestia* -i velox superabat retia saltu summaque transibat positarum lina plagarum). PHAEDR. 1, 12, 8 *cervus* fugere coepit et cursu -i canes elusit (SIL. 4, 289 nodo c.que -i simul adiuvat hastam, dignum mole viri nisus. GREG. TVR. Iul. 17 p. 571, 37). SIL. 7, 645 -bus flexo per devia gyris ludificatus equo Cleadas *Brutum insequens* (STAT. silv. 5, 2, 121 Troilus . . . gyro -iore minantes eludebat equos). TERT. anim. 8, 3 *anima* corpus -issima mobilitate circumfert. CLAVD. 7, 199 qui *equi* summa freti per caerula possint ferre viam segetemque -i percurrere motu, nesciat ut spumas nec proterat ungula culmos.

2 *quae solido corpore carent*: **a** *aer, nubes sim.* (*ad p. 1206, 22 relegavimus exempla, ubi potius vis aeris moti respicitur*): VARRO Men. 270 nubes . . . velo -es caeli cavernas aureas obduxerant (APVL. Socr. 10 p. 142 quae *n.* si usque adeo -es forent, ut ea, quae omnino carent pondere. ITALA Is. 19, 1 [Ambr. in psalm. 118 serm. 19, 6, 1. *al., sim.* VVLG.] dominus sedet super nubem -em et veniet in Aegyptum [HIER. *ad l.* p. 181[B] id est velocem]. *in comparatione*: SEN. epist. 80, 6 velut nubes -is transit *cura*). LVCR. 5, 236 (*inter quattuor elementa*) aurarum . . . -es animae. 5, 459 se sustulit aether . . . et multos secum -is abstulit ignis (5, 467 -is ac diffusilis. 5, 501 *elementa* -iora aliis alia et liquidissimus aether atque -issimus. VERG. georg. 1, 406 [= CIRIS 538] *avis* -em . . . secat aethera pinnis [*sim.* 1, 409 = CIRIS 541]. SIL. 2, 513 -i decurrens aethere virgo *Fides*). VERG. Aen. 2, 794 (= 6, 702) effugit imago *Creusae*, par -bus ventis volucrique simillima somno (VVLG. sap. 5, 11. PRVD. c. Symm. 1, 101). 11, 595 illa *Opis* -is caeli delapsa per auras ([-es *ad* auras *rettulisse videtur, cum locum imitaretur*, HOMER. 96; *sed* CLAVD. DON. *ad l.* p. 508, 1 *de Opi properante accepit, fortasse haud inepte, si conferas Θ 409 Ἶρις ἀελλόπος*]. OV. met. 1, 503 fugit ocior aura . . . -i. 8, 524 in . . . -es abiit . . . spiritus a. [*sc. morte ut* 14, 431. *cf. fast. 2, 509* in tenues . . . evanuit a.]. *al.*). OV. met. 1, 53 qui *aer* quanto est pondere terrae pondus aquae -ius (pondere a. -ior *trad.*), tanto est onerosior igni (met. 11, 732 percutiens . . . -em . . . aera pennis). SEN. Oed. 598 *mortuorum animae* ut nebulae -es volitant. VAL. FL. 6, 748 -i raptatus in aethra. RVT. NAM. 1, 195 signa -is fumi.

b *umbrae mortuorum, animus sim.* (*cf. l. 38. 47; huc fortasse spectat* VARRO Men. 427 *p. 1215, 74*): LVCR. 3, 418 animos animasque -es ([*cf. 3, 425 animam* tenuem constare minutis corporibus]. AVG. civ. 22, 11 p. 586, 2 D. in hoc pondere *corporis* quid agit -ior *a.* omnibus). CIC. nat. deor. 1, 75 species ut quaedam sit deorum, quae nihil concreti habeat, nihil solidi . . . sitque pura, -is, perlucida. VERG. Aen. 10, 663 -is . . . imago Aeneae . . . sublime volans nubi se immiscuit (PS. QVINT. decl. 10, 1 *filii mortui*). HOR. carm. 1, 10, 18 virga . . . -em coerces, *Hermes*, aurea turbam (*sc. mortuorum ut* SEN. Ag. 757). PANEG. in Mess. 68 ut inferno Plutonis subdita regno magna deum proles -bus discurreret umbris (OV. fast. 5, 434 SEN. Oed. 562 OCTAVIA 522 VAL. FL. 1, 783 CE 2155, 4). PROP. 1, 9, 32 fuge blanditias; illis et silices et possint cedere quercus, nedum tu possis, spiritus iste -is. OV. met. 10, 14 perque -es populos simulacraque functa sepulcro Persephonen adiit (SEN. Herc. f. 708). IVVENC. 4, 33 similes -bus genitoris . . . ministris (*Vulg. Matth. 22, 30* sicut angeli dei). PRVD. ham. 902 *mens*, qua circumtulit acrem naturae -is intuitum, . . . prospicit orbem. CLAVD. rapt. Pros. 2, 201 *equi Solis* ruunt . . ., quantum . . . non impetus Austri, non -e sollicitae mentis discurrit acumen.

c *liquida*: *α mero respectu ponderis*: LVCR. 6, 1073 cum pix nequeat gravis et -e olivum *misceri cum aqua.* VARRO rust. 1, 64 quod est -issimum ac summum *in amurca.* OV. Pont. 4, 10, 63 innatat unda freto dulcis, -iorque marina est (*cf. l. 82*). VITR. 8, 1, 7 ex his *aquis* quod est -issimum tenuissimumque et subtili salubritate aer avocans dissipat . . .; (8, 2, 1) itaque quae ex imbribus aqua colligitur salubriores habet virtutes, quod eligitur ex omnibus fontibus -issimis subtilibusque tenuitatibus (*sim.* SEN. nat. 4, 2, 24 dulcissimum quodque et -issimum sol trahit. GELL. 19, 5, 7 -issimum est quod evaporatur. *cf. ad hos locos Aristot. meteor. p. 354 b 28 τὸ λεπτότατον καὶ γλυκύτατον ἀνάγεται nec non frg. 214 R. τὸ λεπτότατον καὶ κουφότατον ἐξατμίζει*). SEN. contr. exc. 6, 4, 2 summis fere partibus -is et innoxius umor suspenditur; gravis illa et pestifera pars (*i. venenum*) pondere suo subsidit. SEN. nat. 3, 2, 2 *aquae* habent . . . discrimina . . . ponderis: -es et graves sunt (PLIN. nat. 2, 224 *aquae* dulces mari invehuntur, -iores haud dubie. 31, 38 quidam statera iudicant de salubritate *aquarum*, frustrante diligentia, quando perrarum est, ut -ior sit aliqua [*cf.*

[Koster]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

p. 1206, 82]. *al.*). PLIN. nat. 6, 128 ut ... confluant *flumina* nec tamen misceantur -iorque Arsanias innatet *Tigridi*. 17, 14 liquorem ... praebent *nives* purum ... -issimumque, quando nix aquarum caelestium spuma est. *β respicitur magis fluxus aquarum* (*sc. mobilis, instabilis sive velox; cf. p. 1206, 43. 1215, 60*): VARRO AT. carm. frg. 23 ubi pellicuit dulcis -is unda saporis (OV. ars 1, 761 ut ... -es Proteus modo se tenuabit in undas [*de eodem Verg. georg. 4, 410* in aquas tenuis dilapsus abibit]). HOR. epod. 16, 48 montibus altis -is crepante lympha desilit pede. CVLEX 149 unda, quae -bus ... rivis sonat (SEN. Tro. 822 frequens r. -bus Mothone). OV. fast. 5, 662 -es cursum sustinuistis aquae. SEN. Ag. 432 unda vix actu -i tranquilla Zephyri mollis afflatu tremit. Phaedr. 13 per graciles -is Ilisos ... labitur agros. *transfertur ad tempus* (*cf. p. 1204, 4. 1208, 17*): OV. met. 15, 181 adsiduo labuntur tempora motu, non secus ac flumen; neque enim consistere flumen, nec -is hora potest.

B *laxius transfertur*: **1** *ad qualitates alias; significantur*: **a** *quae lenius ardent, lucent*: CATO agr. 107, 1 coquas ... -i flamma (SEN. nat. 1, 14, 2 quidam *ignes caelestes sunt* ruboris acerrimi, quidam evanidae et -is flammae. MART. 13, 33, 2 SER. SAMM. 997. *in imag. et compar.*: OCTAVIA 191 iuvenilis ardor *amoris* impetu primo furit ... nec durat diu ..., ceu -is flammae vapor. PETRON. 121 vers. 106 nec ... minor ira rebellat ... -iorque exurit f. medullas). VERG. Aen. 2, 682 -is summo de vertice visus Iuli fundere lumen apex (*sc. flammae ut videtur, sed de flaminis pilleo*, in cuius extremitate modica lana est, *intellegit* SERV.). PROP. 1, 3, 33 *luna* compositos -bus radiis patefecit ocellos. OV. ars 2, 439 ut -is absumptis paulatim viribus ignis ... latet *sub cinere* (met. 3, 488 ut intabescere ... igne -i cerae ... solent. SEN. nat. 7, 18, 2 *cometem* non esse sidus, sed -em ignem ac tumultuarium. PS. QVINT. decl. 10, 17 *cum anima* -i se i. lustraverit. AVG. civ. 7, 16 p. 294, 22 D. ignem mundi -iorem, ... non violentiorem, qualis Vulcani est, ei *Vestae* deputandum esse crediderunt. *al.*). met. 3, 305 est aliud -ius fulmen, cui dextra Cyclopum saevitiae flammaeque minus ... addidit (SEN. nat. 1, 1, 6 quanto illas *nubes* minus presseris ..., tanto -iora fulmina emittunt. 2, 44, 2 *loco Ovidii allato pergit*: -ioribus fulminibus et lusoriis uti *Iovem. cf.* SEN. Herc. O. 848 nec -i telo manus *Iovis* armetur: illud fulmen exiliat polo, quo ... hydram cremasses). LIV. 38, 7, 12 scintillam -em ignis ... flando accenderunt. SEN. Herc. O. 377 (*in imag.*) *Hercules amore* caluit, sed -i caluit face (*370* brevi). *al.*

b *quae minus vehementer premunt, incurrunt, se movent sim.* (*respicitur impetus sim. actionum*): *α impulsu vel opera animantium*: Ⓘ *motus, actus*: RHET. Her. 3, 15, 26 -i dexterae motu loqui (CELS. 7, 7, 14[C] *opp.* immobile. SEN. Oed. 353 non -i m. ... agitata trepidant exta, sed totas manus quatiunt. epist. 56, 13 CVRT. 9, 5, 27. *al.*). CIC. rep. 2, 67 -i admonitu aut tactu inflectit ... feram (LVCR. 1, 435 tactus ... quamvis -is exiguusque. OV. met. 4, 180 ut ... -es tactus momentaque parva sequantur *retia Vulcani*. CELS. 7, 7, 7[A] *cutis* -i t. inritatur. SEN. dial. 3, 20, 3. 5, 9, 5 ulcera ad -em tactum ... condolescunt. COLVM. 4, 7, 1 ut -i t. digiti decutiantur *palmites* [*Pallad. 6, 2, 2* sine difficultate]. *al.*). Tusc. 2, 38 militem inexercitatum quamvis -i ictu ploratus turpissimos edere (LIV. 34, 39, 2 alii vani, alii -es admodum ictus erant [CVRT. 3, 11, 4 -i ... et vano i.]. PLIN. nat. 8, 113 ut i. -i rumpatur *intestinum* [*Aristot. hist. anim. p. 579 a 16 ἐὰν ῥοῖμα τις πατάξῃ*]. *al. in imag.*: SEN. Herc. f. 1113 *pectora* i. ferienda -i. clem. 1, 7, 4 -es inter paria ictus sunt). nat. deor. 1, 70 *Epicurus* graviorem ... plagam accipiebat ut -iorem repelleret (*item in imag.*: fam. 9, 16, 7 haec -ior est plaga ab amico quam a debitore. *proprie*: BELL. Alex. 52, 4 iacentem ... -bus sauciat plagis). LVCR. 4, 906 tympana pondere magno commovet atque -i sustollit machina nisu (SIL. 16, 496 -i n. postremoque agmine currens, postquam sat visus sibi concepisse vigoris, ... inexhaustas effundit turbine vires non expectato. PANEG. 10, 12, 7 navigia ... -i ... commota n. ducentium). LIV. 8, 19, 8 -i momento nec ambigue est victus (23, 24, 7 arbores ita inciderunt, ut immotae starent, m. -i impulsae occiderent. SEN. epist. 90, 24 *pisces* cauda reguntur et -i eius in utrumque m. velocitatem suam flectunt). CELS. 1, 6, 2 post cibum conquiescere ... neque ambulatione quamvis -i dimoveri (PETRON. 130, 8 ante somnum -issima a. compositus. *cf.* CAEL. AVR. chron. 1, 1, 29 ⟨post⟩ -is deambulationis motum [1, 1, 31. 1, 5, 164]). *al.* *animantes ipsi* (*cf. exempla p. 1209, 24 allata*): VAL. FL. 6, 524 *Apsyrtus* proterit impulsu gravis agmina ..., nec -ior comitatur *eum* Aron. SIL. 4, 542 nec -ior dextrā ... saevit. PRVD. perist. 9, 61 ille -is ... percussor morte negata saevire solis scit dolorum spiculis (*cf. 9, 59* qui summa pupugerat). Ⓘ *partes corporis* (*sc. non nisi abl. instr. vel modi, fere pro adv.*): CIC. Att. 4, 17, 3 consules qui illud -i bracchio egissent (*in imag.*). TIB. 1, 4, 51 *in exercitio armorum* -i temptabis ludere dextra. PRIAP. 83 (Tib. 2), 24 puella nec iocosa te *penem* -i manu fovebit (OV. Pont. 3, 1, 96 -i pelta gerenda m. NVX 86. CELS. 3, 22, 12 thorax -i m. pertractandus. 7, 19, 6 scalpellus quam -issima m. teneri debet. *al. in imag.*: SEN. nat. 7, 32, 4 *summa contentione* vix ad fundum veniretur, in quo veritas posita est, quam nunc in summa terra et -i m. quaerimus. LVCAN. 8, 271 me *Pompeium* pulsum -iore m. fortuna tenebit *quam Marium? cf. p. 1207, 40*). OV. met. 4, 36 -i deducens pollice filum (6, 22 -i ... versabat p. fusum). GRATT. 237 *canis praedam* -i testatur ... cauda. PLIN. nat. 10, 202 quam -bus vestigiis obrepunt avibus *feles* (*in imag.*: SOL. 2, 4 parcius depasta -bus v. inviare *describendo*). STAT. Ach. 2, 118 primo fluvii torpore iubebar ire supra glaciemque -i non frangere planta (CLAVD. 17, 125 *Iustitia* -bus p. ingressa *domum Theodori. aliter de p. velocibus p. 1203, 83*). ORIBAS. syn. 7, 20, 4 Aa p. 153 premis -i digito (*gr. πιέζων ῥοῦμα, La* preme mitius cum digito). Ⓜ *varia*: VERG. Aen. 9, 576 hunc ... -is hasta Themillae strinxerat ([*9, 580* letali volnere]. SERV.: leviter veniens. *item praedicative de impetu missilium*: OV. met. 12, 570 qua -is haeserat alae *avis decidentis*, corporis adfixi pressa est gravitate sagitta. GRATT. 123 neu -e vulnus eat, neu sit brevis impetus illi. *ceterum cf. exempla p. 1202, 17 allata, ex quibus nonnulla etiam huc referri posse vix negaverimus*). PLIN. nat. 17, 187 iuga ad pedamentum quam artissimo nodo vinciri oportet, vitem -i contineri ([*Colum. 4, 13, 1* inter vitem et palum spatium relinquitur]. SIL. 1, 318 impulsa -i torquetur lancea n. [*de amento hastae ut* 4, 289]). SORAN. p. 51, 17 post flebotomiam subiungere ... cucurbitas debemus, in accessione quidem doloris -es, in ... remissione cum scarifatione (*i.* -fica-) eis supplemus ([*gr. p. 101, 3 Ilb. κουφάς*. CAEL. AVR. gyn. 2, 7 l. 134 cucurbita ... adhibeatur, primo -i raptu ...; tunc ... scarificatio quoque -ium plagarum ... adiungatur]. CAEL. AVR. acut. 2, 29, 151 *c.* -es ..., quas cuphas appellamus, etiam in accessione adhibere possumus. 3, 21, 200 scilicet sine scarificatione. chron. 4, 7, 94. *al.*).

β impetu naturali: Ⓘ *res aeriae* (*aliter p. 1204, 25*): CATVLL. 64, 9 *Athena* -i fecit volitantem flamine *navem*. LVCR. 3, 196 aura potest suspensa -isque cogere, ut ... diffluat altus acervus *papaveris* (6, 913 *anellos* -bus iactarier auris. VERG. georg. 3, 274. OV. epist. 5, 53 a. -is ... lintea *navis* ... suscitat. *et saepe. in imag.*: OV. ars 3, 100 me flaminibus venti maioris iturum, dum sumus in portu, provehat a. -is [*cf.* trist. 3, 4, 15]. LIV. 24, 31, 14 quam vana aut -i a. mobile volgus esset. 42, 39, 1 -i a. spei obiecta. PORPH. Hor. epist. 1, 18, 92 quid sit -is a., hoc est parva causa. CYPR. epist. 55, 3 p. 625, 4 graves viros ... non dico a. -i sed nec ... turbine commoveri). CIRIS 25 cum -is alterno zephyrus concrebruit euro (SEN. Oed. 38 non aura ... lenis ..., non zephyri -es [OCTAVIA 973 lenes aurae zephyrique -es]. 884 temperem zephyro -i vela, ne pressae gravi spiritu antemnae tremant). OV. met. 15, 346 -es imis venti cohibentur in antris *Aetnae* saxaque ... iactant (trist. 1, 10, 19 Pont. 3, 2, 63. SEN. nat. 5, 9, 1 quare ... venti vere ... validiores sunt? -issimi enim cetera parte anni ... surgunt. LVCAN. 5, 430). LIV. 39, 22, 3 ignes ... adussisse complurium -i adflatu vestimenta (PRVD. perist. 2, 346. *in imag.*: VAL. MAX. 9, 12 ext. 1 -i a. violentiae). *al.* Ⓘ *varia*: CELS. 7, 7, 1[A] *vesicae palpebrarum* -es ... pituitae cursus sed adsiduos in oculis movent. SEN. dial. 6, 18, 3 ex horum *siderum* -issimis motibus fortunae populorum dependent. LVCAN. 4, 302 inpulsa -i turbatur glarea vena (*item de impetu aquarum*: PETRON. 115, 7 corpus humanum circumactum -i vertice ad litus deferri. AVSON. Mos. 63 sulcata -i crispatur harena meatu. *huc fortasse spectat etiam p. 1207, 82. ceterum cf. p. 1205, 4*). STAT. Theb. 7, 822 donec -ior distantia rursus miscuit arva ... tremor *terrae*.

c *quae leniter sonant, strepunt*: *α de voce non magna, submissa sim.*: CIC. Rab. perd. 18 quanto iam -ior est adclamatio *plebis iratae*. CATVLL. 54, 3 subtile et -e peditum Libonis. VERG. ecl. 1, 55 -i susurro *apium*. PROP. 4, 8, 50 -ia ... murmura *loquentium* (OV. fast. 3, 18 -e murmur aquae. TAC. hist. 4, 31, 2 Vespasiani nomen ... -i murmure ... transmittebant *iurantes*. AMM. 26, 3, 6). OV. ars 286 -e nescioquid femineumque sonet *risus*. met. 4, 413 minimam ... vocem emittunt peraguntque -es stridore querellas. 7, 840 fronde -em ... strepitum faciente caduca (AMM. 18, 6, 7 *hominem* vix sine turpi metu sufficientem ad -em convivii nedum proelii s. perferendum). PAVL. FEST. p. 57 -es admodum et parvi sonitus (AMM. 19, 6, 8 audito ... -i reptantium sonitu). SEN. dial. 4, 11, 4 pavida ... ad -issimos sonos pectora (PLIN. nat. 11, 270 quamvis -i sono dicta verba. SERG. gramm. IV 477, 2 '*f*', '*l*' *sim. litterae* habent ... quendam sui -em sonum [*Pomp. gramm. V 101, 2* tenuem]. RVT. NAM. 2, 14 -i murmurat unda sono). CAEL. AVR. acut. 1, 3, 35 mussitatione. chron. 1, 8, 19 lectio ... -i exercenda voce (1, 5, 164 ut principia -i v. promantur, narratio ... extenta atque maiore, tunc epilogus dimissa et indulgenti). *β de voce acuta*: BOETH. mus. 1, 2 p. 188, 30 gravium -iumque vocum quasi unam consonantiam efficiens temperatio (*syn.* acutus *ibid. p. 188, 17 et passim*).

d *potiones, cibi qui minus alunt ideoque facilius concoquuntur* (*fusius agit de re* CELS. 2, 18, *ubi occurrunt synonyma* imbecillus, infirmus, minus alimenti praestat, *opposita* valens, firmus, gravis, robustus, magis alit, plus alimenti habet): CIC. Tusc. 5, 13 -ia quaedam vina nihil valent in aqua (CELS. 1, 4, 4 vinum dilutum -e. 3, 22, 11 -e, austerum [4, 22, 4. 4, 25, 2]. PLIN. nat. 23, 39 -issimum vinum est, quod celerrime inveteratur. *cf.* SER. SAMM. 625 *ova* diluta -i Baccho medentur. CORIPP. Iust. 3, 99 dona Lyaei alba, ... blandoque -issima gustu). NIGID. Isid. orig. 20, 2, 10 ieiunia iantaculis -bus solvimus. HOR. carm. 1, 31, 16 me pascunt ... -es ... malvae (PORPH.: corpori -es. *cf. Hor. epod. 2, 58* gravi m. salubres corpori). CELS. 1, 3, 11 sumere cibum, sed adsueto -iorem (3, 7, 1[C] dandus cibus ex -issimis. *al.* PLIN. nat. 22, 110 *mulsa* utilitatem habet in cibo aegrotantium -i. 22, 139 *panis candidus* -issimum c. praebet. PLIN. epist. 3, 5, 10 -em et facilem). 2, 18, 12 aqua -issima pluvialis est, ... gravissima ex palude; facilis ... cognitio est naturam eius requirentibus, nam -is pondere apparet (*cf. p. 1204, 83*). 2, 18, 13

[Koster]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

plus ... adsumere ex -ioribus potest: magis in iis, quae valentissima sunt, temperare sibi debet. 4, 5, 8 *panem* cum pisciculo vel -i carne sumere (Plin. nat. 16, 25 carnem ... -em et utilem stomacho). *al.*

e *varia*: **α** *respiciuntur vires rerum, efficacia, vehementia sim.*: Ⓘ *status caeli, umbra sc. minus noxii, salubriores*: Varro rust. 1, 4, 4 salubritas, quae ducitur e caelo ac terra, non est in nostra potestate, sed in naturae, ut tamen multum sit in nobis, quo graviora quae sint ea diligentia -iora facere possimus; etenim si ... pestilentior est fundus *eqs.* (*cf.* 1, 6, 3 ubi lati campi, ibi magis aestus, et eo in Apulia loca calidiora ac graviora, et ubi montana, ut in Vesuvio, quod -iora et ideo salubriora). Tib. 2, 5, 96 arboris antiquae qua -is umbra cadit (Ov. met. 5, 336 Sen. epist. 90, 43. Plin. nat. 17, 89 umbrarum proprietas: iuglandum gravis et noxia ...; ficorum -is, quamvis sparsa ...; [90] ulmorum lenis ...; [91] omnium fere -is u., quorum pediculi longi. 19, 69. *in imag.*: Qvint. inst. 10, 1, 100 *in comoediis* vix -em consequimur umbram *Graecorum*). Plin. nat. 18, 175 ubi -es aestus, frequentes imbres (*opp.* ubi siccae et graves aestates). Ⓘ *varia*: Sall. hist. frg. 4, 72 amomum et alii -es odores (Plin. nat. 21, 28 est ... gravi *odore* caltha, non -iore. *cf.* 24, 34 *resina* terebinthina odoratissima atque -issima [*Theophr. hist. plant. 9, 2, 2 εὐωδεστάτη καὶ κουφοτάτη τῇ ὀσμῇ*]. Cypr. Gall. exod. 1122 -is cuius *turis* fit naribus aptus halitus [*Vulg. exod. 30, 34* galbanen boni odoris et tus lucidissimum]). Hor. epod. 2, 28 frondes ... lymphis obstrepunt manantibus, somnos quod invitet -es (carm. 2, 16, 15 nec -es s. timor ... aufert. Cvlex 206 intravit -ior per corpora somnus. Ov. fast. 4, 332 dant ... -i somno corpora. Sen. contr. 7, 5, 3 dum perfodio parietem, aliquis sentiet; cuius vis -issimum esse somnum? *al. vix huc pertinet* Verg. *p. 1203, 40*). Prop. 1, 10, 18 nec -is in verbis est medicina meis (*c. respectu medendi item in imag.*: Sen. dial. 12 [11], 7, 1 -ioribus remediis *maeroris* [Tac. ann. 3, 54, 1 flagrans animus haud -ioribus remediis restinguendus est quam libidinibus ardescit]. *proprie*: Cels. 2, 12, 2[D] inmittenda in alvum est, si -i medicina contenti sumus, pura aqua, si paulo valentiore, mulsa; si leni *eqs.* 4, 24, 2 *remedio* dari possunt ... quaedam -iora. 5, 26, 34[B]. 5, 26, 34[C]). Cels. 5, 27, 12[A] venena ... -iora. **β** *respicitur vigor vitalis sc. deficiens, debilior*: Varro rust. 1, 44, 3 agrum alternis annis relinqui oportet ... -ioribus sationibus, id est quae minus sugunt terram. Sen. Herc. f. 1309 hanc animam em fessamque ... in ore primo teneo (*cf.* Tro. 952 cadentem ... firma spiritum; quam tenuis anima vinculo pendet -i). Herc. O. 846 tam -is poenas manus *sc. Deianirae* tantas reposcit? perde fulminibus socer nurum (Boeth. cons. 4 carm. 3, 29 o -em nimium manum *Circes* nec potentia gramina *i. venena. cf. p. 1205, 76*). Colvm. 2, 9, 12 ex robusto semine posse fieri non robustum, quod vero protinus ex -i natum sit, numquam robur accipere manifestum est (*cf.* 2, 9, 13 granum ... rutilum ... integrum esse non dubitamus; quod extrinsecus albidum ... conspicitur, -e ac vanum intellegi debet). Amm. 14, 7, 15 -i corpore senem atque morbosum (15, 6, 1 homo gracilis et morbosus ... ne vi nimia tormentorum -i c. fatigato reos ... citari faceret multos).
γ *respicitur status modice inclinatus, incisus, tumidus*: Cels. 7, 7, 8[G] in superiore palpebra sub pilis ipsis incidenda linea est, uti ... pili susum spectent; idque, si -is inclinatio est *pilorum*, etiam solum satis tuetur. 7, 14, 8 -bus ... tumoribus facile subvenitur: at in eorum, qui nimis magni sunt, curatione periculum est (7, 18, 7 numquam ex toto se remittens, sed interdum -ior. Plin. nat. 7, 41 crurum et inguinis). Sen. Tro. 1123 clivo -i erecta ... vallis (Colvm. 1, 6, 21 *stercilinium* more piscinarum devexum -i c.). Plin. nat. 17, 253 *sucus* incisuris in obliquum -bus emittitur (19, 110 *porri* sectivi duo genera: herbaceum folio, incisuris eius evidentibus ..., alterum genus ... -ioribus i.). 18, 135 *lupinum* -i ... sulco integunt. **δ** *respiciuntur qualibet parva, tenuia*: Manil. 4, 210 hic ... condita iura noverit atque notis -bus pendentia verba (*cf. 4, 199* qui ... excipiat longas ... per compendia voces. *Isid. orig. 1, 23, 1* notae ..., quo scriptio celeris breviorque fiat). Cels. 5, 28, 18[B] -is papula ... sanescit *saliva adhibita*; maior ... herba tollitur (*cf. p. 1208, 2*). 7, 12, 2 cum sub -i tunica sint tonsillae (*cf.* Ambr. hex. 6, 9, 73 ita -bus operiuntur *venae* visceribus, ut explorandi *pulsus* copia sit ..., quando nulla est viscerum crassitudo, quae pulsum possit obducere; ossa quoque omnia tenui operta sunt viscere ..., praecipue tamen capitis -i tecta sunt corio). Apic. 1, 5 folia lauri ... ad -issimum pulverem redacta (*sim.* 8, 353 = 8, 4, 2 M.). *ceterum cf. sub 2.*

2 *ad quantitates*: **a** *corporeas* (*sc. parvas, exiguas*): Sall. hist. frg. 1, 99 (*contextu corrupto*) cum Sertorius neque erumpere tam -i copia navibus (*cf. Plut. Sert. 7, 7 ὀλίγαις ναυσί*). Verg. Aen. 6, 230 socios pura circumtulit unda, spargens rore -i (Ps. Qvint. decl. 12, 4 -i r. evocata radix in pulverem incurrit *siccitate agrorum*). Tib. 2, 6, 8 si militibus parces, *Amor*, erit hic quoque miles, ipse -em (-i *g*) galea qui sibi portat aquam (*an potius 'vilem' ut Prop. 3, 15, 18?*). Ov. am. 3, 2, 41 alba -i sparsast tibi pulvere vestis (epist. 4, 78 -is egregio pulvis in ore *Hippolytum* decet). Germ. frg. 4, 158 Aegocero ... caelo -is excidit imber, ... at ... Aquarius ... brumales ... dabit pluvias (Val. Fl. 7, 24 cum languentes -is erigit i. aristas. *cf. l. 74 necnon* Colvm. 2, 4, 5 cum post longas siccitates -is pluvia superiorem partem glaebarum madefecit, inferiorem non attigit. *an exempla potius de actione leni, non vehementi sunt accipienda?*). Cels. 6, 18, 2[C] si sicca sunt ulcera ...; si -is iis umor inest (7, 7, 15[D] si sicci oculi esse coeperunt ...; si nihilo minus madent ...; si est umor *sc. oculis*, sed -ior). Sen. Oed. 184 maculae ... caput (*trad.*, cutem *edd.*) sparsere -es (*nisi de singulis accipiendum*). Lvcan. 3, 396 cum terra -is mediam virgultaque molem *aggeris* suspendant (3, 487 adoperta -i procedit vinea t.). Petron. 99, 3 incultis ... regionibus diutius nives haerent, ast ubi aratro domefacta tellus nitet, dum loqueris, -is pruina dilabitur. Sil. 8, 428 (*de Picenis*) pars belli quam magna venit! non ... tam creber fractis albescit fluctus in undis, nec coetu -iore ... perstrepit ... Amazonius Thermodon *fluvius* (*cf.* 10, 591 numero). Tac. ann. 14, 9, 1 *Agrippina* cremata est ... exequiis vilibus; neque, dum Nero rerum potiebatur, congesta aut clausa humus; mox ... -em tumulum accepit (*cf.* Svet. Cal. 59 cadaver ... -i caespite obrutum est, postea ... erutum ... sepultumque). Evstath. Basil. hex. 3, 7, 6 solem ... stagna -iora brevissimo temporis spatio ... siccare (*gr. διάβροχον ... καὶ τεναγώδη χώραν*). *de ipsa actione, qua paulum quiddam sumitur*: Plin. nat. 25, 79 *sucus* etiam -i gustu os accensum detinens (38, 90 morbos discutit -i g. *cf. 11, 284* exiguo g.). **b** *temporis* (*sc. brevis; cf. p. 1205, 13*): Sen. Thy. 598 ima permutat -is hora summis (*596* nulla sors longa est). Hil. trin. 12, 40 p. 459[A] caeli, terrae ceterorumque elementorum creatio ne -i saltem momento operationis discernitur, quia eorum praeparatio aequabili penes deum aeternitatis infinitate constiterat. Hil. Macc. 90 temporis ... -is conscendere cogeris ignes (95 *rex* damnatus ... aeternos sentiet ignes).

II *translate* (*cf. exempla sub IB congesta*): **A** *in comparationibus, sc. sublucente vi propria*: Plavt. Men. 488 homo -ior quam pluma, pessume et nequissume, flagitium hominis, subdole ac minimi preti (Poen. 812 si quid bene facias, -ior pluma est gratia, si quid peccatumst, plumbeas iras gerunt). frg. inc. 33 -ior es quam tippula (*cf. p. 1201, 43 et* Cvlex 7 *carminis detrectator* pondere vel culicis -ior famaque feretur). Hor. carm. 3, 9, 22 tu -ior cortice et improbo iracundior Hadria. Ov. am. 2, 16, 45 verba puellarum foliis -iora caducis (epist. 5, 109 felix Andromache certo bene nupta marito; ... tu, *Paris*, -ior f. *cf.* fast. 3, 481 Bacche -is -iorque tuis, quae tempora cingunt frondibus ..., ausus es ... adducta paelice ... sollicitare torum *genialem*). Sen. dial. 7, 23, 4 *sapiens* habebit ... opes, sed tamquam -es et avolaturas. Don. vita Verg. l. 86 Br. quaedam inperfecta transmisit, alia -issimis versibus (verbis *var. l.*) veluti fulsit, quos (quae) per iocum pro tibicinibus interponi aiebat ad sustinendum opus, donec solidae columnae advenirent. Comm. apol. 5 errabam ... spe captus inani ...; plus eram quam palea -ior.

B *translatione pleniore*: **1** *generatim*: **a** *animantes nec non mens sim.* (*stella p. 1209, 29*): **α** *sive minore auctoritate sim. praediti sive inconstantes, parum fidi sim. sive inconsiderati sim.* (*cf.* Gell. 6, 11, 2 'levitatem' plerumque nunc pro inconstantia et mutabilitate dici audio ...; sed veterum hominum qui proprie atque integre locuti sunt, '-es' dixerunt, quos vulgo nunc viles et nullo honore dignos dicimus. Serv. Aen. 1, 151 *virum* 'pietate gravem': venerabilem, unde et contemptibiles -es dicimus [*hinc pendent* Isid. orig. 10, 112 Gloss. IV 599, 8]. *inde a Cicerone dedimus exempla selecta tantum*): Plavt. Trin. 684 sororem tibi dem suades sine dote; aha non convenit ... egere illam ...; numquam erit alienis gravis, qui suis se concinnat -em. 1117 metuo, si tibi denegem quod me oras, ne te -iorem erga me putes. Enn. ann. 244 ingenium, cui nulla malum sententia suadet, ut faceret facinus -is [h]aut malus. Ter. Hec. 213 *animum* infirmum gerunt *pueri*; itidem illae mulieres sunt ferme ut pueri -i sententia. 759 nolo esse falsa fama gnatum suspectum tuom nec -iorem vobis ... eum viderier. Cic. Quinct. 75 si eam *veritatem* neglexerint, ita -es esse (*Clark*, sint *trad.*; *totam sententiam deleverunt Madvig aliique*) testes, ut omnes intellegant ... ad verum probandum auctoritatem adiuvare ([*antea*: graves]. Scaur. 29 de orat. 229. 302 quantum fit mali, ... si non -em testem laeseris; habet enim ... pondus in vita. part. 49 si natura vani, si -es. Vopisc. Aurelian. 21, 6 vel vilis. Hil. ad Const. 2, 2 nec -em habeo querelae meae testem). Q. Rosc. 49 venit ad Cluvium; quem hominem? -em? immo gravissimum; mobilem? immo constantissimum (Sest. 22 nequam esse h. et -em et falsa opinione ... commendatum [Att. 1, 16, 6 ac nequissimos]. prov. 15 Graecum h. ac -em. Lael. 91 vitium ... -ium h. atque fallacium ad voluntatem loquentium omnia. *al.* Sall. [?] in Tull. 5. Fest. p. 166 '*naucum*', quod sit *vaὶ καὶ οὐχί*, -em h. significari. *al.*). Sulla 10 ut, si ego sum inconstans ac -is, nec testimonio *meo* fidem tribui convenerit nec defensioni auctoritatem. Flacc. 19 non audire vos testimonia, audire ... contionem concitatam -issimae nationis (*de Graecis ut*: Lig. 11. ad Q. fr. 1, 1, 16 fallaces ... et -es et ... ad nimiam adsentationem eruditi. Plin. nat. 26, 15 Firm. math. 1, 2, 3. *al. v. l. 66*). Planc. 57 *si criminatio* ita -em habebit auctorem, ut memoria dignum non putarit (Liv. 5, 15, 12 nec satis fidum. 6, 24, 8 ad quam rem *i. ad castigandos milites* -iorem a. eum culpae societas fecerat. 7, 9, 5 quaesita ... propriae familiae laus -iorem a. Licinium facit. 23, 13, 6 Cvrt. 4, 3, 22. 6, 7, 33 Svet. Claud. 37, 1. Pavl. dig. 5, 4, 3 tradidere non -es auctores *eqs.*). fin. 3, 38 quis non odit sordidos, vanos, -es, futtiles? ad Q. fr. 1, 1, 37 *iracundia* -is esse animi atque infirmi videtur (Ov. ars 1, 159 parva -is capiunt animos. met. 10. 376 nutat huc -is atque illuc. Fest. p. 165 incerti et -is animi est *mulier*, Sen. dial. 4, 11, 6. *al.*). *et saepius apud eundem.* Catvll. 61, 101 non tuus -is in mala deditus vir adultera (*cf.* Sen. Herc. O. 529 *si* coniunx

[Koster]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-is aliam parenti dederit . . . nurum). 72, 6 multo mi . . . es vilior et -ior. Pvbll. L 4 -is est Fortuna: cito reposcit quod dedit (Ov. Pont. 2, 7, 22 quae . . . solebat esse -is, constans et bene certa nocet. 4, 3, 31 haec dea non stabili, quam sit -is, orbe fatetur, quae summum dubio sub pede semper habet. Sen. Med. 219 *me* rapida F. ac -is praecepsque regno eripuit. Octavia 452 Petron. 128 vers. 244. Stat. silv. 5, 1, 143 infida -isque. *cf. p. 1211, 73 nec non* Tib. 1, 5, 70 Fors). Nep. Att. 15, 1 *opp.* liberalis. Ciris 158 -is ille deus, cui (*i. a quo*) semper ad ulciscendum quaeritur . . . iniuria (*de Amore ut*: Ov. am. 2, 9, 49 tu -is es multoque tuis ventosior alis gaudiaque ambigua dasque negasque fide. Octavia 198 -is fallaxque . . . deus. *cf. p. 1213, 76*). Hor. sat. 2, 7, 29 Romae rus optas; absentem rusticus urbem tollis ad astra -is (*cf. epist. 1, 8, 12* ventosus). Liv. 22, 43, 5 ut . . . transfugia impeditiora -bus ingeniis essent (28, 24, 5 Afros Numidasque, -issima fidei mutandae ingenia. Cels. 8, 4, 4 *opp.* magno. Sen. nat. 6, 29, 2. *al.*). Sen. Ag. 180 in nos fidelis augur, in captas -is. Tac. ann. 11, 33 praetorii praefecto haud satis fidebant, ad honesta seu prava iuxta -i. *accedit acc., abl. respectus*: Prop. 2, 5, 28 Cynthia forma potens, Cynthia verba -is. Sil. 4, 706 corde -em . . . gentem *Boiorum* (Itala Sirach 19, 4 [Aug. spec. 23 p. 134, 8 = Vvlg.] qui credit cito, -is corde minorabitur [*gr.* κοῦφος καρδίᾳ]). 5, 363 haud -ior (melior *var. l.*) fama Synhalus. 8, 515 haud ullo -ior bellis Vestina iuventus (13, 214 -is bello sed turbidus ausi Virrius). Clavd. 15, 262 -is ingenio.

β tolerabiles, non onerosi sim. sive mites, non severi sim. (*cf. p. 1204, 9. 1205, 68*): Hor. carm. 1, 18, 9 ne quis modici transiliat munera Liberi . . ., monet Sithoniis non -is Euhius. Tib. 1, 6, 56 tibi nescio quas dixit *sacerdos Bellonae* . . . poenas: si tamen admittas, sit precor illa -is (*sc.* '*Bellona*' *potius quam* '*poena*'). Ov. Ib. 210 natus es infelix . . . nec ulla commoda nascenti stella -isque fuit (*cf. 215* te fera . . . Martis sidera presserunt). Manil. 5, 618 quo *bello* concidit ipsa Gorgone non -ius monstrum pelagusque levavit. Val. Fl. 2, 323 -ior Lemno deus aequore flexit huc Minyas; Venus ipsa volens dat corpora iungi (*cf. 315* ni Veneris saevas fregisset Mulciber iras). Sil. 12, 424 *Acerris deletis Hannibal* Nuceriae, nihilo -ior nec parcior ira (irae *Gronov*), . . . aequavit moenia terrae (*item c. abl. respectus, nisi separativum intellegere et ad p. 1214, 68 trahere malis*: Stat. Theb. 7, 85 *Iuppiter* i. iam -ior). Stat. silv. 2, 4, 31 (*de psittaco tamquam conviva adhibito*) queruli quondam vice functus amici, nunc conviva -is monstrataque reddere verba tam facilis (*cf. 2, 6, 52* tecum tristisque hilarisque *puer tuus*). Mart. 4, 35, 5 frontibus adversis molles concurrere dammas vidimus . . .; unde -es animi tanto caluere furore? Salv. ecl. 2, 72 quanto -iores sunt extranei et carnales inimici (2, 73 -iores vobis i. vestri sunt quam vos ipsi. *cf. 2, 71* tam saevi ac tam crudeles). *accedente inf. final. fere i. q. facilis, tractabilis sim.* (*cf. infra l. 80*): Sil. 3, 40 nec -ior vinci *Antaeus*. Clavd. 8, 514 quantus . . . rigor tranquillaque magni vis animi nulloque -is terrore moveri nec nova mirari facilis.

d *soni, strepitus submissiores* (*cf. p. 1220, 28*): CIC. Sull. 31 ea, quae -r dixerat, ... eos, qui circum iudicium stabant, audire nolebat (*opp.* clare; *30* suppressa voce *et* magna et queribunda voce. *cf.* VARRO ling. 6, 67 murmuratur ... qui ita -r loquitur, ut magis e sono id facere quam ut intellegatur videatur. OV. am. 1, 6, 12 risit, ut audirem, ... Cupido et -r ... ait). de orat. 2, 145 adrisit ... Crassus -r et ... inquit (len- *edd. vix recte sec. codd. aliquot rec. alterius; item* rep. 6, 12 cum ... ingemuissent ... vehementius ceteri, -r [*codd. Macr.*, len- *edd. praeter Ianum*] arridens Scipio ... inquit. fin. 1, 26 [len- *codd. dett.*]. *cf.* VRAN. epist. 3 p. 861[B] -r subridens). Tusc. 2, 49 non nimis in Niptris *Pacuvii* ... lamentatur *Ulixes* vel modice potius ...; tamen huic -r gementi ... non dubitant dicere *eqs.* (*opp.* perquam flebiliter ... lamentatur. *cf.* PROP. 1, 3, 43 -r mecum ... querebar). CATVLL. 64, 273 -r ... sonant plangore cachinni *undarum* (OV. met. 11, 508 *navis* dat ingentem ... fragorem nec -ius pulsata *undis* sonat, quam ... cum ... aries ... concutit arces). SALL. Iug. 94, 1 *scuta* offensa quo -ius streperent (*cf.* SVET. Cal. 55, 1 si qui saltante eo *pantomimo* vel -r obstreperet). PROP. 2, 32, 15 (*respiciuntur aquae salientes*) -r nymphis ... crepitantibus. FEST. p. 177 nictit canis ... -r ganniens. GERM. frg. 3, 6 -r perstridunt caerula venti. SEN. Ag. 681 licet alcyones Ceyca suum fluctu -r plangente sonent. nat. 6, 19, 2 cum in dolio cantantis vox ... tam -r mota tamen circumit. *audacius de auditu*: GREG. M. dial. 4, 16 p. 254, 9 M. quanto chori psallentium *angelorum* altius ascendebant, tanto coepit psalmodia -ius audiri (*at* lenius *legitur loco gemino in euang. 40, 11 p. 1312*[A]).

B *translate respiciuntur*: **1** *quae modice, non vehementer aguntur*: **a** *generatim*: **α** *c. verbis*: CIC. inv. 1, 26 *vitium exordii* commutabile, quod ab adversario potest -r mutatum ex contraria parte dici (*cf.* leg. agr. 3, 2 quos -r immutatos esse sentio *cives*. orat. 135 cum aut duplicantur verba ... aut -r commutata ponuntur [*cf. de orat. 3, 206* paulum immutatum verbum]). 2, 83 -ius ... se poenitum *esse* (VLP. dig. 47, 18, 1 pr. *opp.* capite ⌈coll. Mos. 15, 2, 3 PAVL. coll. Mos. 12, 6, 1]. PAVL. dig. 23, 2, 68 *opp.* gravius). Cluent. 71 impellit (de orat. 2, 324). leg. agr. 2, 16 temptamini -r (QVINT. inst. 3, 4, 2 tum -r est temptatum ... et nunc prope inpulsum. VEG. mil. 3, 22 p. 114 4. CLAVD. 17, 244 mentem). Cael. 25 ne ... oratio ad animos vestros sensim ac -r accederet (accid- *var. l.* SEN. epist. 78, 29 quicquid expectatum est diu, -ius accedit). de orat. 1, 82 qui sero ac -r Graecas litteras attigissem (SEN. contr. 10 praef. 1 -r tacta delectant *studia*, contrectata et propius admota fastidio sunt. SVET. gramm. 9, 1). div. 2, 25 omnia -ius casura rebus divinis procuratis (OV. trist. 5, 3, 29 illo *Capaneo* nec -ius cecidi. *cf.* SEN. nat. 6, 3, 2 -ius accidunt familiaria; ex insolito formido maior est. CLAVD. DON. Aen. 1, 195 p. 46, 10 quae -ius accidissent). *al.* LVCR. 4, 1084 -r poenas frangit Venus inter amorem. VARRO ling. 9, 16 *verba* quae -r haerent *in consuetudine* (*opp.* fixa. PROP. 1, 19, 5 non adeo -r nostris [noster *var. l.*] puer [*i. amor*] haesit ocellis). HOR. sat. 2, 7, 78 adde super, dictis quod non -ius valeat. epist. 2, 1, 51 *Ennius* -r curare videtur, quo promissa cadant. CELS. 3, 18, 4 qui *phrenetici* ... -r ... manu peccant (*opp.* qui violentius se gerunt. QVINT. inst. 7, 4, 31 TERT. paenit. 5, 7 HIL. c. Const. 11 p. 589[A]). *al.* **c** *respectu sumptus minoris*: APVL. 21, 2 mihi vitio dabis ..., quod vivo gracili lare, quod paucioris *servos* habeo, parcius pasco, -ius vestio, minus obsono? SCHOL. Iuv. 7, 77 ('constat -iori belua sumptu') leo -ius pascitur quam poeta. **β** *c. adi. vel part. pro adi.* (*exempla certiora*): CIC. inv. 2, 143 in re quamvis -r probabili. de orat. 3, 24 opinionibus ... hominum -r eruditorum (*cf.* QVINT. inst. 1, 2, 16 nec ... quisquam litteris saltem -r inbutus). orat. 20 *oratores* alii in eadem ieiunitate concinniores, idem faceti, florentes etiam et -r ornati. HOR. sat. 2, 7, 19 quanto constantior isdem in vitiis, tanto -ius miser ac prior illo *inconstanti* (SCHOL. minus). LIV. 2, 7, 10 tam levi momento mea apud vos fama pendet? adeone est fundata -r fides? SEN. epist. 108, 12 docilibus -rque corruptis ingeniis (PLIN. epist. 2, 17, 25 *de aqua*). MART. 5, 69, 2 Antoni, ... -ius tabulā quam Cicerone nocens. 14, 11, 1 seu -r noto, seu caro missa *charta* sodali (AMM. 31, 2, 1 Hunnorum gens monumentis veteribus -r nota. *cf.* PANEG. 2, 17, 4 -r cognitos aut etiam semel visos ... honoribus ditas [QVEROL. p. 12, 10 R. *opp.* familiaris]). PORPH. Hor. epist. 2, 2, 135 -r insanum. ARNOB. nat. 2, 68 *exta* semicruda et -r animata (*opp.* percocta plane ac madida). AVG. civ. 3, 31 p. 144, 33 D. hoc ... non -r noxium fuit (*144, 29* graviter laedere).

γ *c. subst. agentis*: AVG. in psalm. 33 serm. 2, 25 l. 41 quod multorum non -r peccatorum, sed omnino sceleratorum mors optima est.

b *speciatim*: **α** *dicere, admonere sim.* (*sc. non acriter sim.*): RHET. Her. 4, 1, 2 ⟨id⟩ ... quod admonuerit et -r fecerit praeceptio, exemplo ... comprobatur. 4, 26, 36 (*antecedit similis sententia, ubi Marx supplendum censuit* -ius) cum eam *rem* communi verbo appellaris, -ius dixisse videaris, cum ad electius verbum accedas, insigniorem rem facias (CIC. Catil. 3, 17 tamen, ut -issime dicam, dimicandum nobis ... fuisset [*item interponitur sermoni*: Mur. 87 Vatin. 33 ac. 2, 126. *al.* HIER. adv. Iovin. 1, 13 p. 232[B]]. PVBLIL. G 9 grave crimen, etiam -r cum est dictum, nocet. Ps. ASCON. Verr. p. 233, 12 'dissensio civium' -r dixit bellum civile gravissimum. PELAG. Aug. pecc. orig. 18, 20 *opp.* affirmare). CIC. Q. Rosc. 27 questus est non -r Saturius (*aliter p. 1217, 77*). Verr. II 1, 155 homines, ut -issime appellem, arrogantes. Font. 42 videor hoc -r pro me⟨a⟩ auctoritate vobis *iudicibus* praecipere posse. Pis. 70 reprehendat eum ... -r, non ut impurum ..., sed ut Graeculum (POMER. 2, 4, 2). fam. 3, 11, 5 accusans (PASS. Theclae A 16 p. 40, 6. Cd p. 41, 25. *gr. μικρῶς*, *Bb p. 40, 13 al.* minime). OV. am. 1, 4, 30 -r posce, quod ipsa voles. VAL. MAX. 9, 4, 1 quantam culpam quam -r retuli. CELS. 3, 18, 18 -r obiurganda vana tristitia. SEN. benef. 1, 1, 5 quis nostrum contentus fuit aut -r rogari aut semel? *al.*

β *disserendo tangere* (*sc. cursim. cf. supra l. 19.* GLOSS. -r transcursus: tenuiter memoratus. tenuiter translatus): RHET. Her. 4, 7, 10 in dicendo -r unus quisque locus plerumque tangitur ...; in praecipiendo expresse conscripta ponere oportet exempla (CIC. S. Rosc. 83 tametsi neque omnia dicam et -r unumquidque tangam. SEN. contr. 4 praef. 3 praetermissa ostendebat, tac[i]ta -r implebat). CIC. inv. 1, 30 *sibi* contraria ... -r attingendo, sua diligenter et enodate narrando (S. Rosc. 123 *opp.* pluribus verbis. COLVM. 9, 2, 3 ista ... summatim ... et uno tantummodo versiculo -r attigit Vergilius. QVINT. inst. 5, 8, 1 aut omnino neglegitur aut -issime attingitur. 7, 3, 27 -r in transitu. PLIN. paneg. 25, 2 [*1* carptim breviterque perstringi]. BOETH. c. Eut. praef. 19). S. Rosc. 91 -r transire ac tantum modo perstringere (*cf.* Ps. ASCON. div. in Caec. p. 190, 28 -r hoc praeterit). Att. 11, 19, 1 quia tu -r interdum significas. SEN. dial. 11 (12), 14, 2 prior pars mihi -r

[Bk.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

perstringenda est; ... (*15, 1*) illo omnis consolatio mihi vertenda est *eqs.* (HIER. tract. in psalm. I p. 312, 10 summa quaeque).

γ pati, affici sim.: Ⓘ *respiciuntur motus animi*: VARRO Men. 172 sapiens et bonum ferre potest modice et malum fortiter aut -r (CIC. Q. Rosc. 16 hoc ... neque -r ferendum est neque neglegenter defendendum. Verr. II 3, 58. prov. 47 -issime. har. resp. 47 quae *tela* quamdiu haerebant in uno me, graviter equidem, sed aliquanto -ius ferebam. fam. 4, 3, 2. LIV. 29, 9, 9 neglectam ... et nimis -r latam suam iniuriam. EVTR. 7, 20, 1 [*sed* lenissime tulit *Suet. Vesp. 13, 1; cf. Ps. Aur. Vict. epit. 9, 3* ferebat patienter]. VVLG. I reg. 16, 16. CASSIOD. Ios. antiq. 7, 117 [*gr.* πράως ... φέρειν]). CIC. Att. 2, 1, 9 -r suscensuit. 11, 6, 1 id si ita putarem, -ius dolerem (OV. met. 10, 133 Pont. 1, 9, 30). 14, 5, 1 commotus. fam. 9, 2, 3 -issime qui suspicaretur. OV. met. 9, 622 quia desierim, -r voluisse videbor (MAR. MAXIM. hist. frg. 3 favente Plotina, Traiano -r ... volente [*cf. Eutr. 8, 6, 1* sine aliqua quidem voluntate Traiani]. HIER. tract. p. 411, 29 non ... -r videre voluit deum, sed desideravit ardore, toto sitivit incendio). SEN. contr. exc. 5, 4, 2 -r irascor. SEN. Herc. f. 793 antro sedit incertus canis (*i. Cerberus*) -rque (*Madvig*, et uterque *trad.*) timuit (Tro. 515 CLAVD. 28, 414. *cf.* CAPITOL. Max. Balb. 15, 2 pertimescebant). dial. 5, 34, 1 levia sunt propter quae non -r excandescimus (QVINT. decl. 374 p. 414, 11). 6, 12, 5 posse te -ius pati casum tuum, si tibi ingentem lugentium numerum produxero. *al.* Ⓘⓘ *respiciuntur morbi, dolores corporis*: CIC. off. 1, 83 *medici* -r aegrotantes leniter curant, gravioribus autem morbis *eqs.* (*item cum part. vel adi. pro subst. usurpatis*: SEN. epist. 85, 4 quid, si sanum voces -r febricitantem. CVRT. 9, 10, 14 ne -ius quidem aegri sequi poterant). Att. 7, 14, 1 cum -r lippirem. OV. Ib. 255 nec -ius doleas quam *Telephus* (CELS. 4, 5, 1 caput -r dolet. PELAGON. 44 [= VEG. mulom. 2, 45, 4] si -r doluerit [dolebit VEG.; *opp.* validius. *Hippiatr. gr. I p. 133, 5 ἐλαφρῶς, om. adv. Chiron 580*]). CELS. 2, 7, 2[D] tussit. 2, 8, 14 friget. 4, 10, 2 donec -r exulceret (*cf.* 7, 8, 3 ut -r ... ulcerentur). 5, 26, 34[A] si nervi vel laesi non sunt, vel -r adfecti sunt (8, 9, 1[H] -ius ... osse adfecto). SEN. epist. 53, 7 dormit (*opp.* gravis sopor). CAEL. AVR. acut. 2, 34, 182 non omnino cor pati negans, sed -r pati. *absolute*: CIC. Att. 12, 23, 3 de Attica molestum, sed, quoniam -r, recte esse confido (*respicitur morbus Atticae ut*: 13, 21a, 3 de Attica optime, quod -ius ac -ius [len- *var. l.*] et quod fert εὐχόλως).

2 *quae inconsiderate, temere vel ex inconstantia quadam fiunt*: LVCR. 4, 435 ne -r credas labefactari undique sensus (ARNOB. nat. 2, 22 capiatne res fidem an sit -r credita et frustrabili expectatione praesumpta). CAEL. Cic. fam. 8, 6, 5 -issime ... transfugit ad populum *Curio*. OV. epist. 3, 80 exagitet ne me ... tua, deprecor, uxor ..., neve meos coram scindi patiare capillos et -r dicas 'haec quoque nostra fuit'; vel patiare licet, dum ne contempta relinquar (*de voce suppressa accipiunt Burmannus aliique, sed negatione subaudita [cf. Hofmann-Szantyr 499 sq.] intellegas potius amicum inconstantem, perfidum*). TAC. ann. 2, 82, 4 quamvis -r audita in alios ... cumulata ... transferunt (*cf.* AMM. 14, 1, 2 conpertis -r addere quaedam). APVL. met. 5, 24, 4 praeceptorum immemor ... ipse potius amator advolavi tibi; sed hoc feci -r (AMBROSIAST. in II Cor. 1, 17, 1 'numquid levitate usus sum'. non istud -r, sed cum consilio fecit). TERT. pudic. 12 p. 242, 20 non -r nobiscum pactus spiritus sanctus (*postea*: novissimi testamenti semper indemutabilis status [factus *trad.*]). CYPR. epist. 55, 3 ne me aliquis existimet a proposito meo -r recessisse (*postea*: quod ... non sine librata diu ... ratione a me factum est). 55, 7 me nihil -r egisse, sed ... omnia ad commune ... consilium distulisse (*cf.* AMM. 14, 9, 8 quaestione ... dilatata ..., cum ambigerentur quaedam, non nulla -ius actitata constaret). VOPISC. Aurelian. 8, 4 (*in epistula imp. Valer. ficta*) cum *filius*, ut est natura pronus ad ludicra, -ius cogitaret. AMM. 14, 7, 11 inconsiderate et -r ... inquit (*cf.* VVLG. Iob 39, 34 qui -r locutus sum, respondere quid possum? [*cf. 38, 2* quis est iste involvens sententias sermonibus imperitis]). 21, 10, 8 eum ... incusans ..., insulse nimirum et -r. AVG. civ. 11, 31 p. 505, 20 D. ne ... scientiolam nostram -r magis quam utiliter iactare velle videamur.

3 *quae minoris momenti vel dignitatis, gravitatis putantur*: **a** *usu vario respiciuntur*: *α pericula maris contemnenda hominibus, dum non navigabant*: LVCR. 5, 1003 temere incassum frustra mare ... saevibat -rque minas ponebat inanis. *β occupatio philosopho parum digna*: CIRIS 11 *studiis deditus* non tamen absistam coeptum detexere munus (*i. carmen*), in quo ... -r blandum liceat deponere morem (*def. Knecht*, amorem *edd. plerique*). *γ genus scribendi gravitate carens, submissius*: QVINT. inst. 9, 4, 92 (*inde* DIOM. gramm. I 467, 9) optime incipitur a longis *syllabis*, recte aliquando a brevibus, ut 'novum crimen', -ius ⟨a duabus⟩ (*sc. brevibus, suppletur e* DIOM.), ut 'animadverti iudices', sed hoc pro Cluentio recte, quia initium eius partitionis simile est, quae celeritate gaudet (*cf. 9, 4, 91* plurimum ... ponderis habent longae, celeritatis breves). 10, 3, 21 quae ... Persius (*1, 106*) notat cum -r dicendi genus significat ('nec pluteum', inquit, 'caedit nec demorsos sapit ungues'). PORPH. Hor. carm. 1, 2, 9 -r in re tam atroci et piscium et palumborum meminit, nisi quod hi excessus lyricis concessi sunt. Ps. ASCON. div. in Caec. p. 191, 3 'ut oculis iudicare possitis'. hoc quidam -r a Cicerone dictum et neoterice putant; sed aptum est asseverationi.

? **b** *c. ipsis verbis aestimandi*, -ius *fere pro gen. pretii vel acc. praedic. positum* (*ubique dubium, an vere adv. intellegendum, ut vulgo interpretantur viri docti* CAES. *coll. Gall. 7, 14, 10* illa gravius aestimari; *cave ne potius conferenda sint exempla p. 1210, 34 allata*): CAES. civ. 3, 26, 4 -ius ... tempestatis quam classis *hostilis* periculum aestimaverunt (AVR. VICT. Caes. 5, 6 quod *flagitium* ... in eo -ius aestimandum; quippe ... genitalia vultu contrectabat). ASCON. Scaur. p. 23, 16 quod iudicium eius *Pompei* in Muciam ... ab eo dimissam -ius fecisse existimaretur *Scaurus*, cum eam ipse probasset.

4 *quae facile fiunt* (*huc fortasse spectat, nisi 'suspenso gradu euntem' intellegere malis* Ps. QVINT. decl. 1, 3 *caecum* per tot offensa limina ... errasse ..., deinde ... ad lectulum *patris* accessisse -r, non in torum incidisse *eqs.*): SORT. Sangall. 42, 3 dicis causam -r. AMM. 21, 12, 13 *oppugnatores* quidam elatis super capita scutis ut pugnaturi -ius, alii vehentes umeris ... scalas. 31, 12, 6 ut incrementis ... adscitis opprimeretur -ius tumor barbaricus. SCHOL. Hor. gloss. *Γ* epist. 1, 7, 7 ne ..., quod -r evenit, filii arrepti febribus pereant. HIER. in Is. 22, 15—25 p. 273[D] te dominus de loco tuo -r asportabit (*cf. ad eundem locum p. 199[B]* tua facilis erit ... translatio). BOETH. in top. Cic. 4 p. 335, 36 obiici nobis potest: 'et quomodo infinitae sunt figurae ... ?' sed respondebo -r, elocutione mutata figuram quoque mutari. CASSIOD. var. 7, 14, 1 quis ... nesciat, quantam copiam navium -r procures ammonitus? a dignitatibus palatii nostri vix in evectionibus scribitur et iam a te summa celeritate completur (-r *vix cum* ammonitus *coniungendum*).

II *pertinet ad statum onere liberum, expeditum, vacuum sim.* (*vix huc p. 1219, 4*): **A** *in sermone gramm. i. q. sine aspiratione* (*cf. p. 1215, 35*): CATVLL. 84, 8 'chommoda' dicebat ... Arrius ...; hoc misso in Syriam requierant omnibus aures: audibant eadem haec *verba* leniter et -r (*sunt qui pro 'voce submissa, non magna' accipiant*). DIOM. gramm. I 452, 13 *barbarismus fit* adiectione adspirationis ..., ut cum dicimus 'choronam' cum adspiratione, cum debeat -r pronuntiari. CASSIOD. gramm. VII 200, 18 (*ex Eutyche*) omnis vocalis b sequente -r enuntiatur, ut 'abies' ..., notatis 'habeo' *eqs.* (*sim. passim in capite eodem; opp.* cum adspiratione *199, 16. 202, 12*, adspiratur *199, 18 al.*, servavit articuli adspirati scripturam *200, 25*, graviter *201, 9. 23; syn.* amittunt ... spiritum *200, 1*, caret adspiratione *200, 11. 201, 1. 202, 3. 9*). **B** -r armatus (*cf. Xenoph. memorab. 3, 5, 26 κούφως ὡπλισμένοι*): SEN. benef. 5, 4, 1 tam par tibi sum quam multis armatissimis nudi aut -r a. CVRT. 3, 3, 25. 3, 4, 13. 3, 9, 9 *al. apud eundem. compar.*: 7, 8, 6 ratibus equitem phalangemque transportaturum esse pronuntiat, super utres iubet nare -ius armatos. **C** *varia*: AVR. Fronto p. 75, 30 v. d. H. (p. 80 N.) noctem sine febri videor transmisisse; ... nunc ago -issime; nox quid ferat, cognoscemus. ITALA Is. 5, 26 (Tert. adv. Marc. 4, 14 p. 461, 8) ecce ... velociter, -r advenient, ... non esurient neque sitient (*gr.* ταχύ, κούφως, Cypr. testim. 1, 22 cito, -r. *interpretatur* TERT. 'velociter', qua properantes ..., '-r' qua sine oneribus pristinae legis. *Vulg.* festinus, velociter). AVSON. 403, 21 p. 236 P. ut citius venias -iusque vehare, historiam, mimos, carmina linque domi; grande onus in musis *eqs.* VVLG. I reg. 16, 23 *citharae cantu* refocillabatur Saul et -ius habebat: recedebat enim ab eo spiritus malus. ORIBAS. syn. 5, 48, 3 La oportet eis qui de pulmones sitiunt frigidum aerem ad sè trahere, unde levios itur (*gr.* ἀναψύχει ... αὐτούς, *Ab* refrigerat).

in parechesi cum lenis *v. s. v.*

deriv.: levenna, leviculus, 2. levigo, levio, 1. levitas, leviusculus, 1. levo.

compos.: levianima, levidensis, levifacio, levifidus, levipes, levisomnus, perlevis, sublevis. *Bk.*

2. lēvis, -e. [*cf. gr.* λεῖος (*e* *lēi-u̯o- *?*); *radix* *lēi- *fortasse vocibus* lino (*perf.* lēvī), līma *nec non verbo* polīre *subest. Sch.*] *scribitur* lae- VERG. Aen. 5, 91 *cod. R et saepius.* *formae secundae decl.* leus, leva, levum GLOSS. *superl. inde a* CATONE, *compar. inde ab* OV. GLOSS. λεῖος. lenis, inberbis. omne quod pilis et asperitatibus caret. -em: formonsum. *al. cf.* GLOSS. III 252, 58 λεῖος: lenis vel -is. IV 597, 32 glaber: calvus, rasus, -is vel lenis. *legitur inde a* CATONE, VARRONE Men., CINNA, CATVLLO; *posteriore aetate evanuit, succedente in eius vicem voce q. e.* lenis (*v. p. 1146, 1 sqq.*). [*confunditur in codd. cum* lenis *saepissime, c.* tenuis PLIN. nat. 19, 76 MART. 7, 86, 8, laetus CLAVD. rapt. Pros. 1, 16. *falsa var. l. pro* brevis COLVM. 5, 4, 1. *traditur locis corruptis* LVCR. 2, 467 TIB. 1, 9, 25. *vix recte* lēv- *intellegitur* GERM. 505 (*cf. Courtney, ClRev. 19, 1969, 140*).]

I *pertinet magis ad superficiem, fere i. q.* λεῖος (*quae vox respondet graece, ubi nihil aliud adnotavimus; accedit abl. limit. p. 1221, 47, acc. relat. p. 1222, 69; litotes* nec -is *p. 1221, 12*): **A** *usu sollemni* (*sc. de levitate, quae maxime tactu percipitur; n. pro subst. p. 1221, 16. 50. 63. 67 sq. al.*): **1** *respectu vario*: **a** *-ia dicuntur corporea*: *α solida*: Ⓘ *hominum opera levigata* (*inde apium l. 81; afferuntur exempla certiora, cf. comparationes p. 1222, 36. 61*): CATO agr. 44 stirpes ... -is facito. VARRO Men. 372 collum ... fictum -i marmore (VERG. ecl. 7, 31 [SERV. auct.: polito]. CVLEX 397). rust. 3, 15, 1 *maceria* -i lapide aut tectorio ... incrustatur, ne ex ea erepere possit *glis.* 3, 16, 20 si opus quod faciunt *apes* est aequabile ac -e. CINNA carm. frg. 11, 3 -is in aridulo malvae descripta libello *carmina*. CATVLL. 64, 317 filo (ELEG. in Maecen. 1, 74 lenisti morsu -a f. parum. CLAVD. carm. min. app. 5, 72 *de monilibus. cf.* OV. met. 4, 221 stamina). LVCR.

[Bader]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

5, 1267 materiem ... ⌊dolare et -ia⌋ radere tigna (*Marullus*, dolaret levare ac *trad.*, *coniecerunt alii alia. similiter fere per prolepsin*: VERG. georg. 2, 449 nec tiliae -es aut torno rasile buxum non formam accipiunt). 5, 1352 insilia. VERG. georg. 2, 358 -is calamos (*i. palos*) et rasae hastilia virgae (SERV.: nitidos). Aen. 5, 91 pocula (*de supellectili ut*: HOR. carm. 2, 7, 21 ciboria. MART. 11, 31, 19 scutulas. 14, 102 IVV. 14, 62. *al.*). 5, 259 -bus ... hamis consertam ... loricam. 5, 558 pharetras (*de armis ut*: 7, 626 clipeos [7, 789]. 7, 634 ocreas [8, 624]. HOR. carm. 1, 2, 38 galeae [STAT. Theb. 2, 710]. OV. met. 2, 414 iaculum. CELS. 8, 4, 2 telo ... -i an aspero. MART. 9, 56, 4 hasta.). MORET. 42 tabula. HOR. epod. 2, 33 amite. ars 332 carmina ... -i servanda cupresso. OV. ars 3, 361 pilae. met. 8, 562 nec -bus atria tophis structa. trist. 3, 1, 13 (*loq. liber*) neque sum cedro flavus nec pumice -is (*cf. 1, 1, 11* nec ... geminae poliantur pumice frontes). CELS. 7, 26, 1[B] (*de instrumento medico ut*: 7, 26, 2[K] *opp.* asper. *al.*). SEN. epist. 90, 25 lapideas moles in rotundum ac -e formatas. COLVM. 4, 10, 1 *surculus qui putatur* facilem plagam et -em et aequalem accipit (4, 29, 16 p. -is relinquitur, quae facilius omni parte sedentem surculum contingat. arb. 10, 1 putare incipito ferramentis quam ... acutissimis; ita p. -es fient neque in vite aqua consistere poterit [*cf.* PLIN. nat. 17, 192 quam -issima cicatrice acie falcis exacuta p.que conlevata. *sed* lĕv- *intellegere maluit André*]). 4, 29, 9 calamus ... debet adlevari atque is ex ea parte, qua raditur, ut sit -is (*cf. l. 4 et* PLIN. nat. 17, 106 fastigatio *calami* -i descendat cuneo). MART. 7, 86, 8 nec -is toga nec rudes lacernae (*cf.* 14, 138 ['laena'] tempore brumali non multum -ia prosunt; calfaciunt villi pallia vestra mei). *al.* *in imag. respicitur anima-peccatis liberata*: HIER. hom. Orig. in Luc. 22 p. 134, 26 *Iesus* exaequavit asperitates tuas et incomposita quaeque vertit in vias planas, ut fieret in te iter sine offensione et -e.

Ⓑ *naturaliter -ia nec non generalia quaedam*: Ⓐ *arbores, herbae sim.*: CATO agr. 156, 2 sumes brassicae quae -issima erit *pondo tot* (157, 1 prima est -is quae nominatur: ea est grandis ..., altera est crispa, apiacon vocatur [*inde* PLIN. nat. 20, 80]). VARRO ling. 5, 104 asparagi, quod ... ipsi scapi asperi sunt, non -es (PLIN. nat. 21, 110 purus -isque *albuci*). OV. fast. 4, 912 aspera Robigo, parcas Cerialibus herbis et tremat in summa -e cacumen humo. FEST. p. 330 scirpus est id, quod in palustribus locis nascitur -e et procerum ...; inde proverbium ... in scirpo nodum quaerere. COLVM. 3, 11, 6 non retorrida nec scabra, sed -ia et nitida *genera spinarum*. 4, 10, 2 -is et recta sine cicatrice vinea. 5, 10, 6 semina lege ... recta, -ia, procera, sine ulceribus, integro libro (*eadem* arb. 20, 1). 11, 3, 27 *lactuca* Cypri generis ... -i et tenerrimo folio ([*distinguitur 26 Caeciliana* crispi folii]. PLIN. nat. 16 88. 19, 124 denso, crispo aut rariore et -iore [*Theophr. hist. plant. 7, 4, 6* πλατύτερον]. *al.*). CALP. ecl. 5, 110 hederas. PLIN. nat. 12, 67 corticem -em ... scabrum alii spinosumque dixere (12, 114. 16, 126 aliis -is, ut malo, fico, idem scaber robori, palmae, omnibus in senecta rugosior. *cf.* 16, 46 *picea* crassior -iorque cortice). 22, 76 *acanthi genus* -e (*distinguitur* aculeatum et crispum). 25, 151 -is hic *caulis cicutae* et geniculatus (26, 97 satyrion ... caule -i ..., nudo. 27, 81 galion caulem et folia habet urticae -iora). *al.* Ⓑ *atomi*: LVCR. 2, 402 e -bus atque rutundis esse ea, quae sensus iucunde tangere possunt (*pro subst. ut* 2, 451 e -bus atque r. esse *liquida*. 2, 458. *al.*). 2, 411 elementis (3, 244. *al.*). 2, 426 sunt ... quae iam nec -ia iure putantur esse neque ... unca. 2, 471 mixta ... aspera -bus esse principiis. 3, 194 corporibus (3, 200. *al.* CIC. ac. 2, 121 asperis et -bus. Tusc. 1, 42 -ium et rutundorum). 5, 455 e -bus atque rutundis seminibus. CIC. nat. deor. 1, 66 corpuscula (*opp.* aspera. Tusc. 1, 22 PLIN. nat. 22, 111). Ⓒ *mundus*: CIC. Tim. 20 *deus mundum* -em ... effecit et undique aequabilem et a medio ad summum parem et perfectum (*eundem vertit locum* CHALC. -em ... et aequiremum). CHALC. transl. p. 33[B] -em ... globum ... extrinsecus expolivit (*Cic. Tim. 18* levitate circumdedit). *in imagine de viro sapienti et perfecto*: HOR. sat. 2, 7, 87 *sapiens* in se ipso totus teres atque rotundus, externi nequid valeat per -e morari (*imitatus est* AVSON. 363, 6 p. 90 P. *vir bonus* mundi instar habens, teres *eqs.*; *inepte* SCHOL. Hor. metaphora a -i ligno sive marmore). Ⓓ *varia*: CIC. part. 36 in locis ... illa naturalia *spectantur* ..., plani an montuosi, -es an asperi *eqs.* fin. 2, 36 quid iudicant sensus? dulce amarum, -e asperum *eqs.* (*cf.* TERT. anim. 17, 7 de scabro ac -i manus ac pedes dissentiunt). Tusc. 5, 73 neque quicquam ad nos pertinere *secundum Epicurum* nisi quod aut -e aut asperum in corpore sentiatur. VARRO rust. 2, 5, 8 ungues *pecudum*. VERG. georg. 1, 109 *unda* cadens ... per -ia ... saxa (HOR. carm. 1, 17, 12 LIV. 28, 20, 4 SEN. nat. 1, 17, 5 CE 1531 A, 3). HOR. carm. 2, 20, 12 plumae *cycni*. OV. met. 12, 409 ut sit coma pectine -is. LIV. 21, 36, 7 glacie. CELS. 4, 1, 3 *arteria* ex parte exteriore aspera, ex interiore ... -is. 7, 26, 2[G] calculus ... eo curiosius deducitur *e vesica*, quo minor -iorque est (7, 26, 2[H] si -ior [lenior *trad.*] altera parte est. SEN. epist. 115, 8. *cf. p. 1222, 43*). 8, 4, 3 ubi specillum ad os venit, si nihil nisi -e et lubricum occurrit, integrum id videri potest; si quid asperi est *eqs. al.* SEN. nat. 1, 7, 2 -e quiddam esse debere et simile speculo, quod solem repercutiat (*cf.* 1, 7, 3 -is est materia *vitri* et ad hoc habilis *sc. ut reddat solis imaginem*). COLVM. 6, 21, 1 vaccae ... cornibus venustis ac -bus (*cf.* PLIN. nat. 11, 124 rugarum ... ambitu contorta et in -e fastigium exacuta *cornua strepsicerotis*). CALP. ecl. 6, 14 alter venit ... hirsuta spinosior hystrice barbam; ... alter erat -i ... decentior ovo. PLIN. nat. 9, 102 tot figurae *conchis* ... -bus, rugatis, denticulatis, striatis (*cf.* 32, 147 chemae striatae, chemae -es. MART. 10, 37, 10 *mitulos* tegit -i cortice concha. *v. etiam l. 38*). VAL. FL. 1, 290 -i ... manus *Helles* labuntur ab auro *arietis*. QVINT. inst. 11, 3, 20 ut sint fauces integrae, id est molles ac -es, quorum vitio ... exasperatur ... vox. *al.*

β res liquidae, lutulentae, aeriae (*aliter p. 1223, 49 sqq.*): Ⓘ *illitae, inspersae ad superficies levigandas, lubricas reddendas*: VARRO rust. 3, 5, 3 tectorio tacta esse *aviaria* -i ..., nequa intrare mus ... possit (*cf. p. 1220, 80*). 3, 7, 3 intrinsecus quam -issimo marmorato toti parietes ... oblinuntur et extrinsecus circum fenestras, ne mus ... adrepere ad columbaria possit. VERG. georg. 4, 45 -i rimosa cubilia *apium* limo ungue (*cf. Varro rust. 3, 16, 16 alvos* vitiles fimo bubulo oblinunt ..., ne asperitate *viminum* absterreantur *apes*). Aen. 5, 328 -i ... sanguine *in terram sparso* Nisus labitur (*huc spectat* GLOSS.[L] III Abol. LE 7 -i s.: leni, lubrico). Ⓘ *aquae planae, aer sim.*: SEN. nat. 1, 3, 7 nihil ... est -ius aqua et aëre *et ideo tamquam speculum imagines reddunt* (*in explicando arcu caelesti ut*: 1, 13, 2 debent ... nubes, quae hoc *i. imagines solis* praestant, densae esse, -es, ... planae. *cf. p. 1221, 79 sq.*). STAT. silv. 3, 2, 4 sternite molle fretum ... et -is (lenis *var. l.*) non obstrepat unda. ANTH. 718, 18 (*ad Oceanum*) tende ... per -ia dorsa profundum (*i. mare*). AVSON. Mos. 55 spectaris vitreo per -ia terga profundo.

b *-es dicuntur qualitates rerum* (*per enallagen quandam, cf. l. 76*): LVCR. 5, 1259 nitido ... -ique lepore *argenti, auri sim.* RVT. NAM. 2, 66 -i radiat picta nitore silex (*marmor*).

2 *respicitur cutis animantium*: **a** *de partibus corporis vel de ipsis animantibus*: *α generatim*: CIC. Arat. 218 *Hydra* -i ... lubrica cauda. CATVLL. 64, 332 brachia *Thetidos* (66, 10 *Berenices*). VARRO rust. 2, 3, 2 ut sint firmae *caprae*, magnae, corpus -e (lene *trad., corr. Ursinus sec. geopon. 18, 9, 4* χρῶτα λεῖον) ut habeant. VERG. Aen. 7, 349 *serpens* inter ... -ia pectora lapsus *Amatae* ([SERV.: pulchra]. 11, 40 *Pallantis* [SERV.: pulchro, puerili, nondum saetoso]. STAT. Theb. 8, 565 *Atyos pueri*. PHYSIOGN. 108 p. 132, 2). PROP. 2, 3, 13 colla *amicae*. 3, 17, 31 candida ... colla ..., -is ... cervix *Bacchi*. OV. medic. 68 fulgebit speculo -ior illa *mulier* suo. ars 3, 437 (*433* vitate viros cultum formamque professos) femina quid faciat, cum sit vir -ior ipsa? met. 13, 792 Galatea ... -ior adsiduo detritis aequore conchis. CELS. 5, 28, 18[A] alterum *genus papularum* est, in quo per minimas pusulas cutis exasperatur ...; medium habet pauxillo -ius. 7, 18, 5 scrotum ... tactu -e. SEN. epist. 119, 13 quam paribus ministeriis et -bus adferatur cibus. MART. 5, 51, 2 notariorum ... chorus -is. 8, 64, 5 sit vultus tibi -ior licebit tritis ... lapillis, *tamen te senem putem. al.* *β speciatim*: Ⓘ *respicitur defectus pilorum, fere i. q. imberbis, glaber calvus sim.* (*exempla certiora; ceterum cf. supra, maxime l. 33*): HOR. epod. 16, 34 (*enumerantur* ἀδύνατα) -is hircus (PORPH.: alioquin saetosus). carm. 4, 6, 28 -is Agyieu (SCHOL.: inberbis. *de Apolline ut*: PARIS 1, 1 ext. 3 *statuae Aesculapii* barbam auream demi iussit dicens turpe id ei, cum pater eius -is conspiciatur [*Val. Max.* imberbem, *ut Cic. nat. deor. 3, 83. de eadem re* NEPOTIAN. 2, 1. LACT. inst. 2, 4, 18 imberbis ... ac -is]. MIN. FEL. 22 [23], 5 Apollo ... -is, Aesculapius bene barbatus. *cf. l. 53*). TIB. 1, 8, 31 iuvenis, cui -ia fulgent ora nec amplexus aspera barba terit (ARNOB. nat. 6, 12 *Mercurius et Sol* glaber atque ore compingitur -i). OV. met. 10, 698 (*Atalanta et Hippomenes mutantur in leones*) modo -ia ... colla iubae velant. fast. 3, 745 -is ... senex *Silenus calvus* (*cf. 753* vertice nudo). COLVM. 9, 3, 2 *apes quasdam* ex auriolo varias atque -es (*distinguuntur 1* nigras et hirsutas. *cf. ibid.* Vergilius maxime probat ... -es, nitidas [*georg. 4, 96* aliae turpes horrent ... elucent aliae]. 9, 10, 1 reges ... -es ac sine pilo [*inde* PALLAD. 7, 7, 7]). PERS. 1, 82 trossulus (SCHOL.: ephebus sine pilis). PETRON. 109, 10 vers. 3 modo crinibus nitebas ...; at nunc -ior aere vel rotundo horti tubere (*cf. 8* dicta ... in calvos). MART. 8, 27, 3 cum depilatos ... coleos portes ... et prostitutis -ius caput culis (IVV. 10, 199 iam -e c. *senis*. GELL. 17, 9, 22 capillum ... deradit c.que ... -e ... conpungit). 10, 65, 8 -is dropace tu cotidiano, hirsutis ego cruribus genisque. *al.* QVINT. inst. 12, 10, 8 *Polycletus* aetatem ... graviorem dicitur refugisse, nihil ausus ultra -es genas (HIER. vita Hilar. 4. CLAVD. 18, 341 Semiramis astu ... mentita virum, ne ... -es ... g. se prodere possent, hos *eunuchos* sibi coniunxit. *cf.* NEMES. ecl. 2, 17 *pueri* genas -es *erant*). IVV. 2, 12 podice -i (*opp.* hispida membra). 8, 35 canibus ... scabie ... -bus. *al.* ITALA gen. 27, 11 (Hier. quaest. hebr. in gen. p. 43, 8) Esau ... vir pilosus, et ego sum vir -is (*var. l.* lenis *ut Lugd. et Vulg.; cf.* RVFIN. Orig. in gen. 12, 4 p. 110, 4 -is et simplex. CYPR. GALL. gen. 877 corpore -i). *al.* Ⓘ *de fronte cornibus carente*: VERG. ecl. 6, 51 quamvis ... saepe in -i quaesisset *filia Proeti* cornua fronte.

b *transfertur ad aetatem hominum -ium* (*per enallagen quandam; cf. l. 24*): HOR. carm. 2, 11, 6 fugit retro -is iuventas et decor, arida pellente lascivos amores canitie. APVL. met. 7, 8, 1 cum mihi ... depiles genae -i pueritia splendicarent.

B *usu deflexo transfertur ad levitatem auribus maxime percipiendam* (*in sermone gramm. et rhet.*): **1** *respicitur iunctura, quae non offendat, suavis, iucunda sim.* (*huc spectat, si recte suppletur,* QVINT. inst. 9, 4, 34): **a** *litterarum* (*in singulis vocibus*): VARRO frg. (243 F.) Diom. gramm. I 428, 22 syllabae, ut ait Varro, aliae sunt

[Bader]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

asperae, aliae -es; ... asperae sunt ut trux, crux, trans; -es ut lana, luna. Cic. part. 17 *distinguuntur verba* naturā, ut sint alia sonantiora, grandiora, -iora et quodam modo nitidiora (21 suave ... genus erit dicendi primum elegantia et iucunditate verborum sonantium et -ium; deinde coniunctione, quae neque asperos habeat concursus *eqs.* Fortvn. rhet. 3, 3 p. 122, 8 aegre novum verbum facere possis -e ac decorum. 3, 6 p. 124, 2 sunt ... quaedam sono litterarum aut -ia aut gravia aut splendida aut plena; alia contra dura, lĕvia, sordida, exilia). Vel. gramm. VII 78, 3 '*coniunx*' *non* '*coniux*' *scribendum*, cum et -ior ad aures et plenior veniat sonus (*inde Cassiod. gramm. VII 155, 21* integer et plenus). Gell. 18, 9, 7 erat lenius -iusque '*insece*' *quam* '*inseque*'.

b *verborum complurium*: Rhet. Her. 4, 8, 11 gravis est *figura orationis*, quae constat ex verborum gravium -i et ornata constructione. Cic. de orat. 2, 54 Coelius neque distinxit historiam varietate locorum neque verborum conlocatione et tractu orationis -i et aequabili perpolivit illud opus. 3, 171 ut neve asper eorum *verborum* concursus neve hiulcus sit, sed quodam modo coagmentatus et -is. 3, 172 quae *verborum conlocatio* iunctam orationem efficit, quae cohaerentem, quae -em, quae aequabiliter fluentem (orat. 20 alii aspera, tristi, horrida oratione neque perfecta atque conclusa ⟨...⟩, alii -i et structa et terminata. Qvint. inst. 9, 4, 36 coeuntes litterae, quae *συναλοιφαὶ* dicuntur, ... -iorem faciunt o. quam si omnia verba suo fine cludantur). Lvcr. 5, 1380 liquidas avium voces imitarier ore ante fuit ..., quam -ia carmina cantu concelebrare homines possent (Ter. Mavr. 1652 *in hexametro* creticus ..., si -ia c. pangas, raro invenitur [*affert Verg. Aen. 3, 211* insulae Ionio *eqs.*] ...; creticus offendit pes primus et asperat aures. Evanth. de com. 1, 5 impolita atque ... hautquaquam ... decora et -ia). Qvint. inst. 2, 5, 9 -is et quadrata, sed virilis tamen compositio (Scavr. app. gramm. VII 34, 10 *antiqui scribebant* 'e locis', quoniam 'ex' minus -em c. facit). 5, 12, 18 habitum ... orationis virilem ... tenera quadam elocutionis cute operimus et, dum -ia sint ac nitida, quantum valeant nihil interesse arbitramur. 10, 1, 121 candidum et -e et speciosum dicendi genus. Plin. epist. 1, 16, 5 inserit ... mollibus -busque *versibus* duriusculos quosdam (Volvs. Aug. epist. 135, 1 p. 90, 12 -es enodesque). Sidon. epist. 9, 7, 3 structura ... firma ..., sed nec hinc minus lubrica et -is ac ... erotundata quaeque lectoris linguam inoffensam decenter expediat ...; tota denique liquida *eqs.*

n. pro subst.: Hor. ars 26 sectantem -ia nervi deficiunt animique. Pers. 1, 64 (*per imaginem*) carmina molli ... numero fluere, ut per -e severos effundat iunctura ungues. Qvint. inst. 9, 4, 116 optime ... de illa *compositione* iudicant aures, quae ... fragosis offenduntur, -bus mulcentur.

2 *respicitur qualitas vocis non asperae, non raucae sim.* (*cf. p. 1222, 5*): Cic. de orat. 3, 216 *vocum* plura genera: -e, asperum, contractum, diffusum *eqs.*; ... hi sunt actori ... expositi ad variandum colores. nat. deor. 2, 146 vocis genera permulta, canorum, fuscum, -e, asperum *eqs.* Qvint. inst. 11, 3, 15 *vox* est et candida et fusca, et plena et exilis, et -is et aspera.

II *pertinet magis ad substantiam, sc. in sermone medicorum de rebus liquidis vel de solidis, quae cum liquidis commixtae sunt, fere i. q. mucosus, lutulentus, mollis, spissitudine mellis praeditus sim.* (*n. pro subst. l. 72. 74. 77; aliter p. 1222, 7*): **A** *res macerando, terendo sim. in statum -em redactae* (*non nisi in medicamentis componendis*): **1** -e facio, fio (*cf.* lēvigo): Scrib. Larg. 23 (= Marcell. med. 8, 4) aquā ... quae sunt dura ... teruntur, donec -issima fiant. 24 cum cetera -ia sunt facta, opium miscetur (*cf. Marcell. med. 8, 5* ad levitatem summam terantur). 30 (*sim.* Marcell. med. 8, 9) vino ... teruntur; cum -ia facta sunt et crassitudinem habent mellis spissi *eqs.* (*item comparatur mel*: 31 [= Marcell. med. 8, 10] spissitudinem mellis [*eadem* 216. 220. 259 = Marcell. med. 23, 7 mellis crassi ... sp.]. 204 mellis liquidi temperaturam. *cf. l. 66*). 37 (*sim.* Marcell. med. 8, 120) ubi -ia facta sunt et habent spissitudinem passi (*cf. l. 68*). 42 (*inde* Marcell. med. 9, 38). 208. 245 (*inde* Marcell. med. 4, 64). **2** *vario usu*: Scrib. Larg. 113 cum fuerint haec -ia, ut ungui nulla pareat aspritudo (lenia *trad.*, *sed cf.* Marcell. med. 27, 3 cum ... ita fuerit -is confectio). 201 omnia, quae teri debent, dum -ia habuerint mellis spissitudinem. 222 cum primum haec -ia paruerint (Marcell. med. 31, 1 -ia bene fuerint). 228 donec -ia passi habeant temperamentum (*sim.* Marcell. med. 34, 76). Chiron 357 curabitur ... cibo -i et leni (*Veg. mulom. 2, 106* glutinosis et lenibus cibis).

B *res naturaliter -es*: Cels. 2, 3, 4 in urina subsidere *debet* album, -e, aequale sic, ut etiam, si quae quasi nubeculae innatarint, in imum deferantur (*cf.* 2, 4, 8 mala urina est, in qua subsidunt subrubra et -ia. 2, 5, 3 si urina modo pura et liquida est, modo habet quaedam subsidentia, ⟨aut si⟩ -ia ... sunt, ... aut si quasdam quasi miculas [mac- *trad.*] repraesentat. 2, 8, 1 si purulenta urina processit inque ea -e et album subsedit). 2, 4, 9 periculum ostendit id quod excernitur, si est exiguum, glutinosum, -e (*cf.* 2, 8, 32). 2, 8, 4 pus ... si est -e, album (5, 26, 20^{F} peius est ... tenue, dilutum; ... melius est, ... quo crassius, quo albidius, itemque si -e est. 5, 28, 12^{F} in carne p. -e album; ... ex nervoso loco ... tenuius ...; ex nervo pingue et oleo non dissimile. 7, 3, 1). Gell. 17, 8, 15 *de oleo* (*v. p. 1237, 83*).

adv. **lēviter**, lēvius, lēvissimē. *i. q. modo levi*: **1** *respicitur sonus*: Cic. de orat. 3, 45 non aspere ..., non vaste, non rustice, non hiulce, sed presse et aequabiliter et -r *loqui*. Scavr. gramm. VII 29, 15 (= Varro frg. 267 p. 286, 12 F.) *ante consonantem* 'e' dictum -ius videbitur, ut 'e Gallia' ...; *ante vocalem* 'ex' praeponitur ...; aliter enim fiunt hiulca (*cf. p. 1223, 30*). Schol. Ter. Bemb. Phorm. 2 'tra⟨n⟩sde⟨re⟩': veteres sonantius, nam nos -ius 'tradere' (*Don. ad l.* lenius). **2** *respicitur superficies polita* (*in imag.*): Apvl. Socr. prol. 3 p. 107 qui structor orationis huius egomet non e meo monte lapidem ... omnifariam conplanatum, -r ex[op]timas oras ad unguem coaequatum, sed cuique operi adcommodem vel inaequalitate aspera vel laevitate lubrica *eqs.* **3** *respicitur substantia mucosa sim.*: Marcell. med. 14, 8 brassicae crudae folium -issime terito (14, 18 alumen scissum -r tritum vel tunsum).

deriv.: 1. levigo, 2. levitas, 2. levo, levor.

compos.: levefio (*?*), levicutis, levifico. *Bader.*

levisata (*scribitur etiam* leb-, -ss-): de tunica dicit militari (-rum *trad.*). tunica militaris. tunica militis. genus armorum est. genus marmoris (*pro* armorum *?*) Gloss. *incertum*; levigata *Goetz dubitanter; confusas esse duas glossas autumavit Heraeus in litteris, ut puta* levigata ⟨limpidata. legio linteata⟩ de tunica dicit (*sc. Liv. 10, 38, 12*) militari.

potio ad emytritheum (*i.* hemitritaeum) sive ad **leviscos** Plin. Val. 3, 2. *obscurum.*

levisomnus, -a, -um. *a* 1. levis *et* somnus (*cf.* semisomnus). *i. qui leviter dormit*: Lvcr. 5, 864 -a canum ... corda.

levisti- *v.* ligusti- (*Onom.*).

1. ˢlevitās, -ātis *f.* *a* 1. levis. Not. Tir. 27, 88. Synon. Cic. p. 449, 8 velocitas. pernicitas. celeritas. -s. facilitas. agilitas. Gloss. II 294, 33 *ἐλαφρότης*: -s. 354, 31 *κουφότης*: -s, vanitas. *legitur inde a* Cic., Pvblil., Lvcr., Caes., Prop., Ov. [*confunditur in codd. c.* lenitas *saepe; traditur loco corrupto* Aetna 350.]

i. q. natura levis (*ponitur saepius metonymice sive de rebus levibus e. g. p. 1225, 77. 1226, 15 sive de homine levi e. g. l. 47. 76 nec non de eius actionibus e. g. p. 1225, 4. 1226, 4 sqq.; accedit gen. possess. passim, explicat. l. 63. p. 1225, 7. 1226, 13, gerund. p. 1225, 44. 1226, 3; inf. p. 1225, 2*): **I** *sing.*: **A** *incorporaliter*: **1** *de animantibus eorumque animo sive inconstantibus, inconsideratis sive carentibus auctoritate, dignitate sim.* (*quibus de coloribus egit* Gell. 6, 11, 1 *p. 1208, 44; attulimus exempla selecta*): Cic. Cluent. 135 de ... -e et inconstantia *Oppianici* (Flacc. 66. Vatin. 3 inconstantiam tuam cum -e tum etiam periurio inplicatam. ad Brut. 2 (9 Sj.), 2, 1. *al.* Planc. Cic. fam. 10, 21, 1 Apvl. apol. 77, 5). Catil. 4, 9 quid interesset inter -em contionatorum et animum vere popularem saluti populi consulentem (*cf.* Sest. 141 exemplis iracundiae -isque popularis [Phil. 5, 49. Att. 2, 1, 6 *ut* aliquid de p. -e deponeret *Pompeius*]. Phil. 7, 4 qui ... propter -em populares habentur. Brut. 103 propter perpetuam in populari ratione -em). Sull. 79 non ex libidine aut simultate aut -e testium causas ... ponderari (Sest. 20 Phil. 6, 4 Att. 1, 16, 1. *cf.* Pvblil. L 9 libido, non iudicium est, quod -s sapit). Flacc. frg. Hier. epist. 10, 3, 1 ingenita -s et erudita vanitas (Vatin. 40. *cf.* Phaedr. 5, 7, 3 *iuxta* vanus animus). Flacc. 6 qua -e, qua egestate, qua perfidia, qua audacia praeditis *testibus* (Prop. 1, 15, 1 multa tuae -is dura timebam, hac tamen excepta ... perfidia. Sil. 16, 146 nec nos ... vana subegit incertae mentis -s et mobile pectus ...; perfidiam fugio). 57 quae sit temeritas multitudinis, quae -s propria Graecorum (61. 71 *Apollonidenses* a G. luxuria et -e remotissimi. fin. 2, 80 Lact. inst. 1, 15, 14. *al. cf. l. 71 et* Lvcan. 3, 302 servare ... non Graia -e fidem). Sest. 38 quos -s, quos improbitas tribuno plebis constrictos addixerat (*distinguitur*: Phil. 2, 63 haec, quae robustioris improbitatis sunt, omittamus; loquamur potius de nequissimo genere -is). Phil. 7, 9 quid est inconstantia, -e, mobilitate ... turpius ? (Caes. Gall. 2, 1, 3. Cod. Theod. 9, 24, 1 pr. propter vitium -is et sexus *feminei* mobilitatem. *cf.* Sil. 16, 146 incertae mentis -s et mobile pectus. Cypr. epist. 59, 44 mobilis atque inconstantis animi -e). Tusc. 2, 12 -e et iactatione (Liv. 24, 6, 9. *cf.* Anatol. Leo M. epist. 132, 4 Conc.^{S} II 4 p. 169, 6 iactantiae -em). Att. 9, 5, 1 scelus accusans Pompei, -em et stultitiam senatus (fam. 12, 8, 1 s. ... Lepidi summamque -em et inconstantiam [12, 10, 1 *eiusdem*]). fam. 1, 7, 7 *dignitate et salute fruerer*, si esset fides, si gravitas in hominibus consularibus; sed tanta est in plerisque -s, ut eos non tam constantia ... delectet quam splendor offendat (Tac. ann. 15, 48, 3 procul *a Pisone* gravitas morum ...: -i [len- *trad.*] ac magnificentiae et ... luxu indulgebat. Apvl. apol. 77, 5 Firm. math. 1, 10, 12. Avg. civ. 2, 14 p. 69, 19 D. -i lasciviaeque Graecorum [*opponitur* gravitati et modestiae Romanorum]. *al. cf. p. 1225, 12*). Caes. Gall. 2, 1, 3 mobilitate et -e animi novis imperiis studebant (Liv. 24, 6, 9 Gaivs inst. 1, 144. 190. *al.*). 7, 43, 4 propter inscientiam -emque vulgi (Val. Fl. 5, 270. Porph. Hor. carm. 1, 1, 7 'mobilium ... Quiritium'). Ov. trist. 5, 6, 10 numquid Achilleos ... deseruit -s Automedontis equos? (*pro 'levis Automedon'. cf.* Prvd. psych. 274 virtus placidi moderaminis ut -em prospicit obtritam monstri *i. Superbiae*). Liv. 3, 21, 5 tamquam id sit plus posse in civitate plus -is ac licentiae habere (31, 29, 4 licentiam an -em dicam. *v. p. 1225, 34*). Petron. 110, 6 multa in muliebrem -em ... iactare: quam facile adamarent *eqs.* (*item de -e feminarum*: Stat. Ach. 1, 587 virginea. Gaivs inst. 1, 144 feminas ... propter animi -em in tutela esse [*cf. Cic. Mur. 27* propter infirmitatem consilii]. 1, 190. Apvl. met. 9, 19, 3 nec a genuina -e descivit mulier. *al.*). 117, 2 iocari

[Bk.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

... senem *Eumolpum* poetica -e credebam (*cf. l. 38*). SIL. 11, 16 -s animosa Tarento, Ausonium laxare iugum. TERT. adv. Marc. 2, 23 p. 367, 2 -e aut improvidentia (2, 24 p. 369, 14). AMM. 29, 3, 5 Athanasius ... suspectus ... vulgari -e ut vivus incendi iuberetur, si quid temptasset huiusmodi. SCHOL. Cic. Bob. p. 167, 10 soclastica -e, quasi nimis adfectantem huiusmodi iocos, M. Tullium videbatur denotasse Laterensis. BOETH. cons. 2, 7, 20 W. in ... arrogantiae -e. GREG. M. moral. 10, 21 p. 933[A] ex vanitate ... ad iniquitatem ducimur ...; dum gulae incumbitur, ad -is protinus insaniam proditur. *al.*

2 *de rebus*: **a** *usu communi respiciuntur ea, quae sunt infirma vel minoris momenti, minus seria sim.*: *α varia*: CIC. div. in Caec. 8 populus Romanus ... illam veterem iudiciorum vim gravitatemque requirit; ... iudiciorum -e ordo ... alius ad res iudicandas postulatur (Att. 1, 19, 6 quam primum Clodii absolutione -em infirmitatemque i. perspexi). leg. 1, 31 -e (-is *trad.*) est ... et suavitate delectans *voluptas*. Tusc. 3, 27 habet ardorem libido, -em laetitia gestiens (*cf.* 4, 66 eadem ... -e cupiditas est in appetendo, qua laetitia in fruendo). 4, 64 de ipsius metus inconstantia, imbecillitate, -e dicendum est. 4, 68 amor ... tantae -is est, ut nihil videam, quod putem conferendum (*cf.* 4, 76 perturbatio ... mentis in amore foeda ... est; nam ut illa praeteream, quae sunt furoris, haec ipsa per sese quam habent -em ...: iniuriae, suspiciones *eqs.*). 5, 88 *doloris* magnitudinem brevitate consolatur *Epicurus* (*sent. 4*), longinquitatem -e. CLAVD. MAM. anim. praef. p. 20, 14 memineris non absque cura tui prodi oportere quod publicari iubes; neque ego de negotii pondere, sed de actionis -e dubitaverim. REGVLA mag. 13, 50 propter -em culpae (14, 22). DIFF. Suet. p. 295, 3 (= ISID. diff. app. 207) ulcus -is est, vulnus gravitatis. *β dicta, scripta*: CIC. ac. 2, 53 -s orationis eorum, qui omnia cupiunt confundere. 2, 66 nihil est ... ab ea cogitatione ... errore, -e, temeritate diiunctius. Tusc. 1, 95 contemnamus ... omnis ineptias; quod enim levius huic -i nomen imponam? nat. deor. 2, 45 opinionis -s confutata a Cotta. 2, 70 plena sunt futtilitatis summaeque -is *quae de deis dicuntur*. QVINT. inst. 10, 3, 17 verba emendantur et numeri, manet in rebus temere congestis quae fuit -s. TAC. dial. 26, 2 ut lascivia verborum et -e sententiarum et licentia compositionis histrionales modos exprimant. GELL. 6, 17, 2 inludens -em quaestionis pravitatemque. AVSON. 338, 2 p. 156, 11 P. laboravi ..., ut haberet *technopaegnion* aut historicon quippiam aut dialecticon; nam poeticam vel sophisticam -em necessitas observationis exclusit (*cf. l. 1*). SCHOL. Cic. Bob. p. 114, 8 -em habent summam fictiones fabularum. AVG. civ. 5, 26 p. 241, 23 D. garrulitate inpudentissima et quasi satyrica vel mimica -e. ord. 2, 1, 2 quo *sermone* vos ab ista -e detrahebam (*antea*: vobis ... pueriliter de magnis rebus agentibus). MACR. somn. 1, 2, 2 censurae exercuisse -em. CLAVD. MAM. anim. 1, 2 p. 24, 13 ratiocinandi -em gravis causa pensavit. SEDVL. carm. pasch. 5, 89 *mendacia* pereunt -e sui (*sim.* op. pasch. 5, 6).

b *respicitur inconstantia*: SEN. benef. 6, 3, 1 divitiae certae in quacumque sortis humanae -e uno loco permansurae. dial. 12 (11), 9, 4 non -s fortunae cito munera sua transferentis inquietabit. nat. 6, 1, 14 felicitatem, cuius ... velocissima est -s, habituram in aliquo pondus ac moram credimus. epist. 13, 11 habet etiam mala fortuna -em. 98, 4 contra -em casūs. IVVENC. 2, 785 sunt alii, laeto qui pectore nostra *verba* receptant, sed brevis est illis perceptae gratia frugis; nam ... produnt sibi credita ...; his saxosus ager simili -e virescit ('*celeritate*' *vix recte De Wit ad l.*).

c *respicitur auditus non impeditus, facilis*: HIER. hom. Orig. in Is. 6, 6 p. 277, 4 neque -s neque gravitudo auditionis corporalis impedit mihi (*transfertur ad intellectum*: p. 277, 15 gravitudo ... aurium a peccato fit et -s a iustitia; quid est, quod faciat auditum ... audire ... leviter? ... pennae verbi multum -is attribuunt).

B *corporaliter*: **1** *de pondere exiguo*: LVCR. 3, 387 *pappi* nimia -e cadunt ... gravatim (*i. aegre*). 4, 195 ubi tam volucri -e ferantur *simulacra* (4, 745 mobiliter summa -e feruntur). CAES. Gall. 5, 34, 4 armorum (LIV. 25, 9, 1 TAC. hist. 5, 14, 2 AMM. 31, 2, 21). CIC. Tusc. 1, 43 *animus post mortem sursum tendens* cum ... sui similem ... -em ... adeptus ⟨est⟩, tamquam paribus examinatus ponderibus nullam in partem movetur. nat. deor. 2, 44 (*Aristot. frg. 24 R.*) quae ... natura moverentur, haec aut pondere deorsum aut -e in sublime ferri (*cf.* AVG. civ. 11, 28 p. 501, 27 D. sive deorsum gravitate sive sursum -e nitantur *corpora*). 2, 117 aer fertur ... -e sublimi (*cf.* OV. met. 1, 28 proximus est aer illi *igni* -e locoque. APVL. Plat. 1, 7 *aer* -e et pernicitate post ignem secundus. MART. CAP. 2, 169 aeria). OV. met. 2, 164 instabiles nimia -e feruntur *naves* (SIL. 14, 392 procurrunt -e agili). 10, 739 nimia -e caducum *florem* excutiunt *venti*. 13, 606 *favillae*. fast. 5, 14 caelum -s in loca summa tulit. LIV. 26, 4, 4 iuvenes ... -e corporum veloces (CVRT. 7, 11, 8 FIRM. math. 8, 8, 1 AMM. 20, 4, 5. *al.*). PAVL. FEST. p. 366 *tippula est* tantae -is, ut super aquam currens non desidat. AETNA 527 -s putris *lapidis* (*metonymice de materia -i*: PHAEDR. app. 29 [31], 6 *loq. papilio*: -s p. et volito cinis). SEN. benef. 2, 29, 1 quod non ... aequemus ... -e aves (CVRT. 4, 5, 3 quas naturalis -s ageret ad sidera). *al.* *per gen. indicatur causa -is*: FIRM. math. 1, 4, 13 facili se mobilitatis -e suspendit *natans*. **2** *de mobilitate, mutabilitate*: OV. epist. 21, 78 utinam constans *ventus* contra mea vela fuisset; sed stultum est venti de -e queri. fast. 2, 673 (*668* deorum cuncta Iovi cessit turba locumque dedit; Terminus ... restitit) Termine, post illud -s tibi libera non est; qua positus fueris in statione, manes. **3** *de actione non aggravante, non premente*: HIL. in psalm. 67, 24 aëris ... sunt potestates; et ideo 'capilli verticem perambulant' ... insistendi -e.

Ⅱ *res*: Ⓐ *quolibet modo*: PROP. 4, 4, 20 vidit ... Tatium ... per flavas arma -are iubas (CVRT. 4, 9, 17 -tis super capita a. [8, 13, 12]). OV. met. 8, 647 furca -at illa *Baucis* bicorni sordida terga suis nigro pendentia tigno. LIV. 1, 34, 9 *aquilam* -asse ... superpositum capiti decus (*8* aufert. *cf.* SEN. Phoen. 472 tegumen ... capitis triste belligeri -a). 21, 58, 8 aqua -ta vento. 27, 28, 10 *cataractam* partim vectibus -ant partim funibus subducunt in tantum altitudinis *eqs.* VITR. 10, 2, 7 *funes* leniter -ant onera sine periculo. SEN. Tro. 180 hiatus Erebi ... tumulum -at. nat. 7, 7, 3 si aquilonis illos *cometas* impetus a terris in altum -ret (*item de siderum motu* PLIN. nat. 2, 69 *planetae* ignea vi -antur in sublime [*cf. 2, 71 radius solis* sustulerat in caelum *planetas*]. AVIEN. Arat. 852 Arcturum vertex -at arduus, umbrifer austri Aram cardo premit. CLAVD. 20, 240 pars Phrygiae ... solem quae condit, Ionas, quae -at, attingit Galatas). 7, 8, 1 vis venti circumeuntis quicquid intra se comprehendit, ... -at in altum. CVRT. 9, 9, 11 -tis navigiis *tumescente mari* (9, 9, 25 *aestus* aquis ... subeuntibus coepit -are n. *cf.* FRONTIN. strat. 1, 5, 6 -tae prorae super catenam *portus* processerunt). COLVM. 4, 19, 1 quatenus a terra -andum sit *iugum in vineis.* 11 argum. p. 66, 24 L. quam alte cantherius -andus sit (*sed* adlevandus *4 argum. 17 p. 64 H.*). ASCON. Mil. p. 34, 16 ille sine mora tunicam -arat (MART. 11, 70, 5. TERT. spect. 21 p. 22, 4 qui ... vix necessitate vesicae t. -et). VAL. FL. 6, 89 densi ... -ant vexilla Coralli (VVLG. Ier. 6, 1 super Bethaccharem -ate v.). 8, 352 *Medea* dirā ... -at maria ardua linguā. STAT. Ach. 1, 617 serta comis mitramque -at (*cf. 611* alte cinxit ... tempora vittis). *al.* FLOR. epit. 3, 3, 11 *hiems* altius Alpes -at (*hyperbolice ut 3, 10, 22* hieme creverant Alpes). PORPH. Hor. ars 154 donec aulaeum -etur (*cf.* COD. Theod. 13, 9, 6 = Iust. 11, 6, 5 pr. ut -to velo [*sc. secretarii, i. admisso populo*] istae causae cognoscantur). PS. PHILO antiq. 21, 8 -vit supra sacrarium sacrificia pacifica (*offerendo ut*: VVLG. lev. 8, 27 -verunt ea coram domino [*Lugd.* imposuit ea ablationem]. 14, 24 suscipiens agnum pro delicto et sextarium olei -bit simul [*Lugd.* imponet eam in possessionem ante dominum]. I par. 16, 29 -ate sacrificium [*loco gemino psalm. 95, 8* tollite hostias, HIER. psalt. sec. Hebr. -ate munera]). CIL XIV 4012 clivom ab imo -vi et clivom medium fregi et depressi. *al.* *respicitur gestus adgredientis, adversantis* (*cf. p. 1231, 82*): STAT. Theb. 6, 779 *Alcidamas pugil adversarium* circuit expugnans; -at ecce diuque minatur in latus ...; illum rigida arma caventem avocat (*supplendum videtur 'arma' i. caestum*). ITALA exod. 14, 16 (Aug. quaest. hept. 2, 53) virgam ([*Vulg.* eleva]. HEGES. 5, 16 p. 325, 5 adversum regem Aegyptiorum. *al.*). LVCIF. non parc. 11 p. 232, 22 arma contra dei -asti domum. VVLG. Ios. 8, 18 clypeum ... contra urbem. I par. 11, 11 hastam super trecentos vulneratos (*loco gemino II reg. 23, 18* elevavit h. ... contra). Is. 2, 4 non -bit gens contra gentem gladium (*Hier. in Mich. 4, 1 p. 1190^{B}* sumet). Ⓑ *eximendo e puteo, vase sim.* (*maxime cibos vel potiones*): FIRM. math. 3, 9, 3 aquas ex altis puteis -antes (*eadem fere* 4, 13, 6 *et* 4, 14, 14. ITIN. Burdig. p. 594 excepturia, unde a. -atur. CAES. AREL. serm. 124, 3 ut a. -ret [*var. l.* adferret *sec. Vulg. III reg. 17, 11*] et ligna colligeret). CET. FAV. 22 p. 304 ut rutrum ex ea *tectorii specie* mundum -etur (*sim.* PALLAD. 1, 15, *sed Vitr. 7, 3, 6* uti ... purum ferrum e mortario liberetur). VEG. mil. 1, 24 quae de fossa -ta fuerit terra. mulom. 1, 19, 3 exinde quantum tribus digitis -are poteris (PS. THEOD. PRISC. add. 9 p. 344, 17. ex eo [*var. l.* apprehendere]. ANTIDOT. Brux. 39 ex his. *cf.* ORIBAS. syn. 3, 70 add. Aa p. 922 q. cum digitos semel -are potueris). VVLG. I reg. 2, 14 *puer* mittebat eam *fuscinulam* ... in caccabum et omne quod -bat fuscinula tollebat sacerdos sibi. II Esdr. 2, 1 -vi vinum et dedi regi (*nisi* vinum *pro poculo accipias*). DIOSC. 2, 66 p. 208, 10 *ceram* -as de caccabo (*gr. 2, 83, 1 ἀνελοῦ*). APIC. 1, 18 in calidam ferventem merge et statim -a et suspende *mala granata.* *al.* *locutione concisa indicatur locus, ubi res -ta reponitur*: DIOSC. 5, 100 p. 205, 21 postea teres fortius et -as in busside et servas (*gr. 5, 78, 9 ἀνελοῦ ... εἰς πυξίδα*). ORIBAS. eup. 4, 55 La teris cum aqua et -as in Attico vaso (*deest gr. 4, 54*). Ⓒ *acuendo* (*sc. syllabas; aliter l. 72*): AVDAX gramm. VII 357, 14 accentus quid est? certa lex et regula ad -andam syllabam vel premendam (*cf. 357, 18* ad acuendas syllabas gravandasque). 358, 3 acutus ... et circumflexus similes sunt; nam uterque -at syllabam. 358, 18 in latina lingua numquam posterior *syllaba* -atur; ... prior ... semper -anda est.

β *translate vel in imagine* (*huc vergunt l. 20 nec non 28 sqq.*): Ⅰ *vario usu*: PROP. 3, 1, 9 quo *versu* me Fama -at terra sublimis (*praedicando ut*: ANTH. 414a, 1 -at altum fama Catonem. HIER. in Os. 1, 2 p. 823^{C} cur Socratem ad caelum -ent [tract. in psalm. I p. 130, 4 versiculum. adv. Rufin. 1, 1 Originem laudibus]. VEN. FORT. carm. 4, 10, 6 quem ... fama sub astra -at). TERT. patient. 13 p. 20, 22 *patientia* spadonem ad regna caeli -at. ITALA II reg. 24, 12 (Rufin. Orig. in num. 16, 4 p. 141, 24) tria *mala* ego -bo super te, elige tibi unum ex his (*comminando sim. ut*: VVLG. IV reg. 9, 25 quod dominus onus hoc -verit super eum dicens *eqs. cf. l. 28 et p. 1231, 82*). DON. Ter. Andr. 327, 5 'dabo ... o(peram)' pronuntiatione -andum est (*de vi sententiae augenda*). VVLG. Ezech. 3, 14 spiritus ... -vit me et assumpsit me (*respicitur vaticinantis furor ut* 11, 24). DRAC. Romul. 3, 19 (*ad Felicianum praeceptorem*) tu mihi numen eris, si carmina nostra -aris ('*quasi recens genitum*' *Vollmer, cf. p. 1233, 53*). *al.* *ad effectum quendam* (*sc. incitando sim.*): ITIN. Alex. 13 quae res Macedones ... tantum in belli ardorem ... -at, ut *eqs.* (GREG. M. moral. 11, 60 *iniquitas nos* in vanam elationem -vit). PETR. CHRYS. serm. 1 p. 184^{A} quaeramus, quae res filium rapuit hos ad ausus, ad petitionem tantam fiducia quae -rit.

Ⅱ *opibus, fortuna, dignitate sim. augendo*: Ⓐ *in universum*: SEN. Ag. 102 quidquid in altum Fortuna tulit, ruitura -at (*cf.* Tro. 260 quo ... Fortuna altius evexit ac -vit humanas opes, hoc se magis supprimere felicem decet). Tro. 696 quo ... te celsum altius

[Koster]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

superi -arunt, mitius lapsos preme. STAT. Theb. 3, 374 nec me adeo res dextra -vit. FIRM. math. 3, 12, 16 ipsos altius -ari vel magnificari facient *astra*. PS. PHILO antiq. 38, 4 -vi te de terra et posui te ducem super populos. CLAVD. 1, 39 numquam . . . -antibus alte intumuit rebus. 8, 174 cum solita miles te *Honorium* voce -asset (*item fiunt imperatores*: CONSVL. Constant. chron. I p. 229, 275 -tus est . . . Tacitus. 231, 306. 308 FAST. Vind. I chron. I p. 297, 503. *al.*). *al.* Ⓑ *accedit* ad, in: AMBR. obit. Theod. 42 *Helenam* Christus de stercore -vit ad regnum, secundum quod scriptum est: . . . de stercore erigit pauperem (*psalm. 112, 7*). ADDIT. Prosp. chron. I p. 490, 30 -atur in imperium Avitus. IORD. Get. 309 sibi ductorem suum Vitiges . . . in rege (*var. l.* regem) -andum (in *c. abl. ut*: 310 in regno [Rom. 296]. Rom. 287 in imperio). Ⓒ *nom. vel acc. dupl.*: AVG. c. Emer. 9 p. 191, 19 qui affuerunt ordinationi Maximiani, quando contra episcopum suum illicite est -tus episcopus (*passive ut*: serm. 168, 6, 6 *Saulus* elisus persecutor, -tus praedicator. FAST. Vind. I chron. I p. 297, 497 Theodosius -tus est imp(erator) [*Exc. barb. p. 297, 316* elevatus est in imperio]. CHRON. Gall. chron. I p. 664, 636 -tus est Severus . . . imperator simul et consul. *et saepius in chronicis*. EVSEB. EMES. serm. 5, 11 p. 134, 17 filius *Christus* . . . nobis -tus est rex. GREG. TVR. Franc. 7, 10 p. 332, 5 parmae superpositus rex est -tus. *al.*). EXC. barb. chron. I p. 274, 11 -verunt imperatorem Iulium (*active ut*: GREG. TVR. Franc. 3, 30 Theudegesilum -verunt regem). Ⓓ *c. abl.*: IORD. Rom. 372 *Vitigis* regno -tus.

2 *notione deflexa* (*exempla certiora*): **a** *neglecto respectu motus de actione suspensum tenendi, sustinendi sim.*: OV. met. 8, 693 *Philemon et Baucis montem ascendentes* baculis . . . -ti nituntur (*cf.* CAPITOL. Pius 2, 3 quod soceri fessi iam aetatem manu . . . -ret [*de eadem actione*: 4, 2 soceri vestigia -ans. AVR. VICT. Caes. 14, 11 soceri . . . anxios gressus -antem manu]). OCTAVIA 356 multi dominae *Agrippinae naufragae* ferre auxilium pelago fractis viribus audent, bracchia quamvis lenta trahentem voce hortantur manibusque -ant. LVCAN. 1, 89 dum terra fretum terramque -bit aer ([*cf. Sen. Med. 401* dum terra caelum media libratum feret]. DRAC. laud. dei 1, 687 *deus* aera concludit, t. -at). AVG. civ. 15, 27 p. 118, 15 D. quam *arcam* . . . -et unda . . . naturali ordine ponderum. *translate* (*cf. l. 72*): AMBR. Tob. 2, 6 cum victum mercede -ret coniugis *Tobias occaecatus* (*cf. 21, 80* sustentare, sustinere).

b *neglecto fere respectu altiora petendi de actionibus secum ferendi sive loco movendi*: **α** *proprie*: PS. PHILO antiq. 51, 1 ascendit . . . -ans munera in manibus suis. TYCON. in apoc. 82 B. zizania, quae . . . a diabolo sata est . . ., ante tempus non potest -ari. CHIRON 618 cura -ato ungula, ne (et *trad.*) qua paronichia remaneant (*cf. 633* ungulam . . . tolle sic, ne qua p. relinquas). HEGES. 5, 36, 1 p. 377, 11 mulum -ando oneri necessarium. HIER. tract. in Marc. p. 341, 29 de reliquiis -ti sunt duodecim cophini fragmentorum (*cf. Marc. 6, 43* sustulerunt . . . cophinos). VVLG. gen. 48, 17 patris manum -are conatus est de capite Ephraim (*Itala Lugd.* ut auferret). num. 2, 17 -bitur . . . tabernaculum testimonii per officia levitarum *eqs.* ([*Itala Lugd.* tolletur]. AVG. quaest. hept. 4, 3 p. 315, 14 quod ait de t. destringendo -ando erigendo [*cf. Itala num. 1, 51 Lugd.* in promovendo t.]. *cf.* VVLG. num. 10, 6 -bunt tentoria [*Itala Lugd.* promovebunt castra]. CORIPP. Ioh. 7, 310 fossas [*i. castra*] . . . -vit). DIOSC. 4, 14 p. 15, 10 semen . . ., quod cum vim -atur (*gr. 4, 14, 1 δυσαπόσπαστος*). GREG. TVR. Franc. 2, 5 p. 46, 18 pontifex . . . quae erant necessaria sepulturae secum citius -at (PASS. Macc. 3, 13 vas s. ad usum aquae necessarium -antes). 6, 35 p. 306, 18 quod ferunt quattuor plaustra -asse (*cf.* 6, 45 p. 318, 13 tanta fuit multitudo rerum, ut . . . quinquaginta plaustra -rent). 6, 45 p. 319, 7 hospiciola . . . spoliabant . . . -antes pecora vel quicquid invenire potuissent (*rapiendo ut* LEX Visig. 3, 3, 4 si . . . fratres sororem suam raptori tradiderint vel raptori -andam consenserint *eqs.* 6, 4, 2 si ille . . . aliquid . . . rapuerit, . . . que -bit, cogatur exolvere. 8, 5, 3 tit. si porci . . . furto -entur). GREG. M. epist. 6, 4 si plus -are (*sc. nave sua*) potuerit. EVGIPP. Sev. 40, 6 -ari . . . suum corpusculum . . . praecepit (*cf. 40, 5* tollite ossa mea hinc vobiscum). CAES. AREL. serm. 95, 7 -vit . . . Moyses Sefforam uxorem suam et veniebat ad Aegyptum (*cf. Itala Lugd. exod. 4, 20* sumens, *Vulg.* tulit). **β** *translate*: Ⓘ *tollendo* (*sc. e medio*): OPT. PORF. schol. carm. 19 a monogrammo Iesu oritur principium lectionis, ut pectore -etur obscuritas. OP. imperf. in Matth. 49 p. 909 per haec *miracula* cognoscebantur qui erant veri Christiani, qui falsi; nunc autem signorum operatio omnino -ta est. Ⓘⓘ *suscipiendo, tolerando, patiendo sim.* (*vix ad l. 36*): HIER. in Is. 19, 1 p. 250[B] quam *prophetiam* -vit . . . Isaias (*cf. p. 249[A]* portaret). ARATOR act. 2, 302 hominem mediator *Christus* in omnia complet, hinc terrena (*hominis naturam sim.?*) -ans, illinc caelestia praestans. *ieiunium sim.*: VITAE patr. 5, 8, 4 abstinens atque ieiunans biduanas -ando aliquando etiam et usque hebdomadam trahebat ieiunium ([*gr. Cot. p. 433[C] νηστεύων tantum, item ceteris locis*]. 5, 10, 33 ut ieiunem b. -ando. 5, 10, 44). 5, 10, 109 qui . . . hebdomadas . . . -ando abstinentiam servant. 5, 17, 18 qui sex diebus ieiunium -at (*gr. Nau 1912 p. 300 n. 355 ὁ ἔλχων . . . τὰς ἑξ. antea*: protrahens ieiunium sex dierum. *v. Iuvenc. 2, 364* ieiunia ferret. *2, 367* i. . . . portant. *Ven. Fort. Mart. 1, 302* biduano . . . i. ducens).

B *accedit obi., quod efficitur* (*l. 13. p. 1231, 77*): **1** *varia*: LVCAN. 9, 701 tabes *quae e Medusae capite destillaverat* aspida somniferam tumida cervice -vit. STAT. Theb. 10, 396 vanos alte -at eminus ictus. TER. MAVR. 2205 qui cothurnis regios actus -ant. AVG. mus. 2, 10, 18 tantundem temporis in his *pedibus* ponit plausus, quantum -at (*sc. intermittendo ut* 2, 13, 24 cum in his tria -entur tempora totidemque ponantur. *ibid. iterum*). AVG. (?) un. eccl. 16, 42 p. 287, 12 ubi primo episcopum contra episcopum -verunt (*cf. l. 40 et p. 1235, 14*). CYPR. GALL. iud. 243 exiguis qui celsa -at, qui grandia mutat. ALC. AVIT. carm. 4, 596 -at . . . victima fumum. *in versionibus e graeco factis* (*apud* DIOSC. *et* ORIBAS. *l. 17 vix intransitive*): DIOSC. 1, 30 p. 21, 10 M. *oleum* refundendum est de alto, ut agitandi frequentia -et spuma(m) (*gr. 1, 30, 4 ἀφρίσῃ*). 1, 70 p. 38, 13 in foco missus *turis cortex* . . . iactat odorem et flamma(m) -at maiore(m) (*gr. 1, 68, 5 ἀνάπτεται*). ORIBAS. syn. 1, 31, 3 Aa p. 86, 27 Mø. si . . . *pelle adusta* vissicae se -verint ([*gr. ἐὰν ὀδύνη . . . ᾖ . . . καὶ φλύκταιναι, La* v. fecerit]. 7, 6, 3 Aa si . . . vissicas -verit [*gr. πεφλυκταινωμένα, La* v. . . . generatas]. 7, 6, 7 Aa antequam vissica⟨s⟩ levit [*pro* -et *ut l. 20? gr. γενέσθαι, La* generentur]. *al.*). 2, 60, 2 Aa p. 132, 20 bullas -at *medicamen, quod coquitur* ([*gr. πομφολυγοῦται, La* ebulliens]. 2, 60, 25 Aa p. 135, 14 bullam -et [*gr. πομφολυγίζειν*, La levit, *postea* -et]. *al.*).

2 *opera manu facta* (*aedificando, construendo sim.*): LVCAN. 4, 18 proxima rupes signa tenet Magni nec Caesar colle minore castra -at (VAL. FL. 2, 448 pars hinc levibus candentia velis c. -at). 4, 418 neque . . . de more carinas extendunt puppesque -ant. STAT. silv. 3, 3, 214 e . . . tua tumulum tellure -bit. 4, 3, 95 pariter . . . se -arat ingenti plaga marmorata dorso. APVL. met. 11, 11, 2 sequebatur bos in erectum -ta statum. 11, 11, 4 eius *urnulae* orificium non altiuscule -tum. CE 1552 A, 43 (*s. II ?*) de radice -tos in melius crevisse gradus (*sc. monumenti*). CYPR. GALL. exod. 20 inmensas . . . -ent substructis molibus arces (*cf. Itala Lugd. exod. 1, 11* aedificaverunt). Ios. 172 idola sectatur populus et pronus adorat saxa -ta manu. PETR. CHRYS. serm. 42 p. 318[A] aula regis . . . grandescit spatiis, -atur culmine. EVSTATH. Basil. hex. 4, 1, 5 contemplemur caelum . . . -tum ut cameram (*gr. ἱστάμενον, Ambr. hex. 3, 1, 5* extentum. *cf. Itala Is. 40, 20* [*Hier. ad l.*] qui statuit quasi cameram caelum). ANON. Vales. 9, 44 ut . . . ei imagines . . . in urbe Roma -rentur. GREG. TVR. glor. conf. 54 super . . . sepulchrum miram christiani fabricam celsitudine -verunt. ARATOR act. 2, 567 habitacula Paulus dum . . . -at (*cf. Vulg. act. 18, 3* erat . . . scenofactoriae artis). CIL III 14188 -vi statu⟨am⟩ filio meo (*gr. ἀνέστησα*). *in imag.*: AVG. c. Cresc. 4, 7, 9 -tum altare contra altare et ordinatum episcopum contra . . . episcopum (*eadem fere* epist. 43, 17 p. 99, 22. 43, 18 p. 100, 15 -ti a. . . . scelere maculati. *cf. psalm. c. Don. 30* factum a. contra a. *serm. 46, 36* erexerunt a. contra a.). SIDON. epist. 2, 10 2 qui . . . non minora bonae conscientiae culmina -et.

3 *sonos* (*sc. edendo, proferendo*): **a** *quoslibet*: VAL. FL. 3, 263 neque gemitus . . . neque conscia facti ora -ant. ITALA lev. 19, 12 (Hesych. *ad l.* p. 1025[A]) non -bitis nomen meum in iniustum (*gr. ὀμεῖσθε τῷ ὀνόματί μου, Monac.* iurabitis, *Vulg.* peierabis). VVLG. Is. 15, 5 clamorem contritionis -bunt. 37, 4 -a . . . orationem pro reliquiis, quae repertae sunt. Ezech. 28, 11 -a planctum super regem Tyri ([*Itala Weing.* accipe, *Tert. adv. Marc. 2, 10 p. 348, 20* sume]. Am. 5, 1 audite verbum istud, quod ego -o super vos p. domus Israhel [*Hier. ad l.* assumam]. PASS. Petr. 4 p. 27, 13 L. -verunt p. dicentes). RVFIN. Orig. in exod. 7, 4 p. 209, 29 murmur . . . adversum Moysen . . . -ant (*cf. Itala exod. 16, 2* [*ibid. p. 209, 24*] murmuravit). PASS. Thom. p. 159, 2 sacerdotes mugitum -verunt. PASS. Theclae Cd 33 p. 91, 22 omnis turba mulierum -verunt ululatum magnum (*gr. ἐβόησεν μέγα, aliae verss.* tulerunt). **b** vocem: ITALA Luc. 11, 27 (codd. a n) -ta v. . . . dixit (cod. e -vit v. et dixit, *aur. al.* = *Vulg.* extollens). 17, 13 (cod. aur. *al.* = VVLG.) -verunt v. dicentes ([*codd. d e* clamaverunt voce magna]. act. 14, 10 [cod. d = VVLG.] -verunt v. suam . . . d. [*cod. h* adlevaverunt]. VVLG. act. 22, 22). act. 2, 14 (cod. e *al.* = VVLG.) -vit v. suam . . . et locutus est (*enuntiato coniuncto ut*: act. 4, 24 [cod. d = VVLG.] et dixerunt. PS. PHILO antiq. 24, 2 et plorantes dixerunt. VVLG. gen. 21, 16 et flevit [*Aug. quaest. hept. 1, 54 p. 28, 11* exclamans . . . ploravit]. *et saepius*). VVLG. Is. 52, 8 -verunt v., simul laudabunt. *in imag.*: CYPR. GALL. iud. 348 saltus . . . -ant ad sidera v. (*Itala Lugd. iud. 7, 20* invocaverunt).

II *intransitive* (*vix huc colore oriendi, nascendi sim. l. 10*): **A** *surgendo*: ITALA exod. 14, 19 (Rufin. Orig. in exod. 5, 4 p. 188, 12) -vit . . . angelus domini . . . et abiit post illos; elevavit et columna nubis *eqs.* (*gr. utroque loco ἐξῆρεν, Cypr. testim. 2, 5* promovit, *Vulg.* tollens . . . se). psalm. 118, 62 (cod. 136 Cas.) media nocte -bam confiteri tibi (*gr. ἐξηγειρόμην, Vulg.* surgebam). ANTH. 761, 42 inter utrosque (*arcticum et antarcticum circulum*) . . . quod hinc -at, occidit illic. SACR. Gelas. 1, 41 p. 559 flectamus genua; . . . -ate (*eadem* p. 560). ALC. AVIT. carm. 5, 626 in superos inferna -ent. LEX Sal. Merov. 34, 3 si quis per alienam messem, postquam -verit, erpicem traxerit. VEN. FORT. vita Radeg. 34, 79 ad officium vitale redit infans de funere et rubens -at de pallio *sanctae* pallor vicinus ad tumulum. 35, 81 quae credebatur deferri praeceps ad tumulum, -at ad cursum de lectulo. VITA Genov. rec. A (BHL 3335) 30 quae cum ab oratione -asset (*cf. rec. C [BHL 3336] 24* se sublevasset). GLOSS. II 566, 45 antelucanus: satis mane -ans.

B *castra movendo*: ITALA I Macc. 10, 86 (rec. L) -vit inde Ionathan et

[Koster]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

adplicuit ad Ascolonam (*gr.* *ἀπῆρεν*, *rec. B* promovit, *Vulg.* movit inde castra). **C** *navem solvendo*: ITALA Luc. 5, 4 (cod. a) -a in alto et expandite retias vestras (*gr.* *ἐπαν-άγαγε*, *cod. aur. al.* = *Vulg.* duc in altum, *cod. e* recede in altum). 8, 22 (cod. b *al.*) transfretemus trans stagnum; et -verunt (*gr.* *ἀνήχθησαν*, *cod. a* sustulerunt, *aur. al.* = *Vulg.* ascenderunt, *cod. d* navigarunt). *?* **D** *se supervolvendo*: CAEL. AVR. gyn. 1, 149 ne . . . sompno soluta *nutrix* sursum -ando premat infantiam (*i. infantem, quocum dormit; gr. p. 80, 29* *ἐπικυλισθεῖσα*).
E *expergiscendo* (*cf. p. 1233, 59*): ORIBAS. syn. 8, 59, 3 Aa p. 262 resolutus . . . circa collum robores adtenduntur, mox et -ant *ex suffocatione* (*gr.* *ἀναβλέπουσι καὶ ἀνίενται. an potius per ellipsin intellegendum 'oculos -ant' ?*).

p. p. p. **levātus**, -a, -um *vergit in vim adi. fere i. q. excelsus sim. p. 1232, 84.*

adv. compar. **levātius** *fere i. q. altius, sublimius*: CAEL. AVR. acut. 3, 3, 11 iacendi schema esse supinum convenit, paulo -s capite collocato (*similiter* chron. 1, 1, 8. 4, 3, 49 [levius *ed. pr.*]). chron. 5, 10, 96 se ipsi sustollunt ad partes lecti superiores, quo -s habeant caput.

deriv.: levabilis, levamen, levamentum, levatio, levator.

compos.: ab-, ad-, circum- (*?*), de-, e-, prae-, pro-, re-, sublevo.

2. lēvo, -āvī, -ātum, -āre. *a* 2. levis. *scribitur* laev- *in codice rescripto* CIC. or. frg. A XIV 22. *al.* *inde a* CIC., VERG. [*confunditur in codd. c.* limare CELS. 6, 12 (*restituitur* 8, 10, 7[F]), lavare PLIN. nat. 36, 154. *traditur loco corrupto* LVCR. 5, 1267.]

i. q. levem facere: **I** *c. respectu superficiei*: **A** *radendo, poliendo sim.*: **1** *proprie*: **a** *-atur cutis sim. hominum*: CIC. or. frg. A XIV 22 (*de Clodio*) qui effeminare vultum, attenuare vocem, -are corpus potes ([*sic codex Cic., at Non. p. 465, 15* qui -are vultum, mollire vocem p.]. PLIN. nat. 36, 154 pumices, qui sunt in usu c. -andorum feminis). PLIN. nat. 31, 105 sal . . . additur . . . zmegmatis ad extendendam cutem -andamque (36, 139 usus eorum *ostracitarum* pro pumice ad -andam c.). MART. 3, 74, 1 psilothro faciem -as et dropace calvam (*cf.* AVSON. 131, 1 p. 346 P. inguina quod calido -as tibi dropace). QVINT. inst. 2, 5, 12 vulsis -tisque et inustas comas acu comentibus et non suo colore nitidis plus esse formae putant, quam possit tribuere incorrupta natura. SER. SAMM. 149 ('cutis et faciei vitiis propellendis') saepiolae cineres ex ossibus omnia -ant. **b** *-antur varia*: VERG. Aen. 5, 306 -to lucida ferro spicula (SERV.: nitido. GLOSS.: levi facto. *cf.* IVVENC. 1, 335 acies -ta securis). MORET. 47 subactum -at opus palmisque suum dilatat in orbem. CELS. 5, 13 -at id, quod exasperatum est, spodium hebenus *eqs.* 6, 6, 31[C] scabros angulos *oculorum* -ant et mel et vinum. 6, 12 videndum . . . est *in ulceribus linguae*, num contra dens aliquis acutior sit . . . ideoque -andus est. 7, 33, 2 frons ossis, quam serrula exasperavit, -anda est (*cf.* 8, 3, 9 circumradendae -andaeque orae *ossis* sunt. *ibid.* non orae tantum, sed os quoque totum -andum est, ut . . . cutis increscat, quae aspero osse . . . novos dolores movet. 8, 3, 11 potest . . . evenire, ut . . . summum *os* . . . exasperetur . . .; quod ubi incidit, radi et -ari satis est. 8, 10, 7[F] *os quod eminet*, si longius est, praecidendum; si brevius, limandum, et utrumque scalpro -andum [limandum *trad.*]). SEN. dial. 11 (12), 11, 6 magni -tique mensarum orbes terrena sunt pondera, quae non potest amare . . . animus . . ., levis ipse, expeditus *eqs.* COLVM. 5, 9, 3 taleae . . . serra praecidantur atque illae plagae utraque parte falce -entur (5, 9, 10. 5, 11, 4 [= arb. 26, 3] acuto ferramento plagam -ato [*Plin. nat. 17, 101* levigatur]. 5, 11, 7 [= arb. 26, 6]. 5, 11, 14 arborem fici detrunca plagamque -a [arb. 27, 3 detruncato . . . -ato]. arb. 8, 2. 9, 2). 5, 11, 6 insectas . . . partes *trunci* tenui scalpello -are. PLIN. nat. 36, 52 *harena Aethiopica* nulla scabritie secat *marmora*, Indica non aeque -at, sed combusta ea polientes marmora fricare iubentur (*cf.* 36, 136 sunt quidam *lapides* . . . molliores, qui et cote -antur. Ps. RVFIN. Ios. bell. Iud. 5, 239 saxum ipsum -tis crustis obtegebatur [*gr.* *πλαξὶ . . . λείαις λίθων*]). STAT. silv. 3, 1, 119 caedere silvas et -are trabes (4, 3, 51 hi ferro scopulos trabesque -ant).

2 *translate respicitur elegantia sermonis*: HOR. epist. 2, 2, 123 luxuriantia compescit, nimis aspera sano -bit cultu *poeta*.

B *illinendo*: VARRO rust. 3, 6, 4 cubilia *pavonum* discreta, tectorio -ta (-to *corrector codicis*), quo neque serpens neque bestia accedere ulla possit.

C *vi debilitata detergendo sim.*: STAT. Theb. 1, 519 pars *servorum convivium instruentium* teretis -are manu ac disponere mensas (SCHOL.: lucidas facere. *aliter l. 51*).

II *c. respectu substantiae* (*sc. macerando, subigendo; vix huc spectat l. 40*): SCRIB. LARG. 122 p. 54, 3 (= MARCELL. med. 29, 9) coclea . . . mortario cum sua testa contunditur atque . . . teritur, donec nullum vestigium (aut aspritudo *add.* MARCELL.) appareat testularum; postea vini . . . cyathus adicitur et . . . rursus teritur: magis enim tunc ⌊apparent residendo aspritudines (ampli- *trad.*), si quae reliquae sunt⌋ (apparebunt aspritudines, si quae resederint MARCELL.); quibus -tis iterum adiciuntur cyathi duo *eqs.*

p. p. p. **lēvātus**, -a, -um *pro adi. fere i. q. politus sim. v. supra, e. g. l. 50; pro subst. masc. l. 34.* *compar.* lēvātior, -ius *fere i. q. spissior, liquiditate quadam minore praeditus sim.* (*cf. p. 1223, 49*): GELL. 17, 8, 15 num . . . causa oleo coaguli celerioris in levitate est? faciliora enim ad coeundum videntur, quae -a levioraque sunt (*inde* MACR. Sat. 7, 12, 30 num . . . oleo causa est coaguli celerioris quod et levigatius et spissius est? faciliora enim ad coeundum videntur quae -a densioraque sunt; vino autem non contingit tanta mollities et est quam oleum multo liquidius *eqs. ad rem cf. Galen. XI 511* *ὅτι παχὺ καὶ γλίσχρον ἐστὶν sc. τὸ ἔλαιον*). MACR. Sat. 7, 12, 33 in quo *mari* frustra quaedam et prosiciae gelidae feruntur, contractae de fluvialium . . . undarum multitudine, . . . in quas ⌊licet frigori⌋ ('*idem valet ac* potestatem habet frigus' *Janus*), quasi -es marina *aqua*.

deriv.: 2. levamen, 2. levamentum.

compos.: ad-, con-, 2. delevo. *Koster.*

lēvor, -ōris *m.* *a* 2. levis. [*confunditur in codd., nisi mendum orthographiae potius tribuendum, cum* livor *saepius, e. g. apud* CELS. *et in codice rescripto* PLIN. nat. 13, 78.]

i. q. levitas: **1** *rerum corporearum*: LVCR. 2, 423 sensus quae mulcet *res* . . ., haut sine principiali aliquo -e (leviore *sim. codd.*) creatast (*opp.* materiae squalore). 4, 153 *speculi*. CELS. 1 prooem. 24 duritiem, mollitiem, -em, contactum (*sc. partium corporis interiorum ut ibid.* 41). PLIN. nat. 9, 112 *margaritarum*. 13, 78 spectatur in chartis . . . candor, -r. 18, 77 *amylum* probatur . . . -e et lĕvitate. 21, 16. *rosae* differunt . . . asperitate, -e (*Theophr. hist. plant. 6, 6, 4* *λειότητι*). 30, 127 *cocleae tusae* miscentur lomento . . . candoremque et -em corpori adferunt. 33, 91 *paraetonium* propter -em tenacissimum (*eadem* 35, 36). 37, 26 absolutus laterum -r *crystalli* (*cf.* 37, 56 *adamas a crystallo* non differt . . . laterum sexangulo -e). **2** *soni*: LVCR. 4, 552 asperitas . . . vocis fit ab asperitate principiorum et item ⌊-r -e⌋ creatur (levo letiore *codd.*).

Sex. Pompeius Sex. f(ilius) Salvi(us) **leusiarum** (*an* -arva *?*) CIL I² 1365. *obscurum; 'lateatne cognomen officiumve sacerdotiumve, ignoro; Graecum vocabulum prodit dipthongus* eu' *Mommsen.*

leuva *v.* leuga. *Bk.*

***lēx**, lēgis *f.* [*vox Italica, quod demonstrant osc.* ligud '*līge*' *etc.; e radice verbali* lĕg- *sicut* pāx *a* păc- (*cf.* paciscor) *derivatum dixeris, quamvis eandem esse atque vocis* 2. lego *sensu evinci aegre possit. Sch.*] *de origine: a* 2. lego (lectio): CIC. leg. 1, 19 *-em* illi Graeco putant nomine ⟨a⟩ suum cuique tribuendo (*i.* *νέμειν*) appellatam, ego nostro a legendo. 2, 11 in ipso nomine -is interpretando inesse vim et sententiam iusti et veri legendi. VARRO ling. 6, 66 -es, quae lectae et ad populum latae. AVG. quaest. hept. 3, 20 p. 249, 3 -em a legendo, id est ab eligendo latini auctores appellatam esse dixerunt. Ps. AVG. quaest. test. II nov. 15 p. 435, 29 -x a lectione dicta est, ut de multis quid eligas scias *eqs.* PRISC. gramm. II 140, 13 lego legis -x. ISID. orig. 2, 10, 1. 5, 3, 2. 9, 3, 6 DIFF. ed. Beck p. 66, 31. *ab* eligo (*v. etiam l. 38. 40*): DIFF. Suet. p. 278, 3 iura et -es hoc differt, quod iura reperta sunt ab honesta consuetudine . . ., -es, quod electae sint vel sententias artius ligent (*lecod.*) seu alligent (*inde* DIFF. gramm. suppl. 287, 12 app. cr.). *a* ligo (*v. etiam l. 44. cf. p. 1255, 53sqq.*): CASSIOD. in psalm. 1, 2 l. 204 -x . . . dicitur ex eo, quod animos nostros liget suisque teneat obnoxios constitutis. *scribitur* lee- LEX Bant. (CIL I² 582) 26 CIL I² 1439. lei- CIL I² 62, 5. léx CIL VI 33747, 5. lec (*quod testatur* MAR. VICTORIN. gramm. VI 12, 13) CIL I² 565 ('leges' *intellegit Garrucci*). X 1579, 6. *abbreviatur* l (*quod testatur* PROB. litt. sing. gramm. IV 272, 18. *al. in formulis*): LEX Bant. (CIL I² 582) 8. 14. 15. 18. 19. 20. 21. 24 (*at plene* 7 *bis*. 8. 12 *bis*. 23. 24. *al.*) *et saepe in titulis et nummis, praecipue post* h(ac), h(anc). leg: LEX Iul. munic. (CIL I² 593) 72 CIL X 113, 4. 114, 3. *al.* *de formis: nom.* -xs LEX Bant. (CIL I² 582) 12 LEX colleg. salut. Dian. et Antin. (CIL XIV 2112) 1, 19. *dat.* -ei LEX Bant. (CIL I² 582) 26. *abl.* -i CLEM. dig. 35, 1, 62, 1 (*F bis*). 35, 2, 67 (*F*). TAB. cer. Dac. 2 (CIL III p. 925) int. 16. 3 (*ibid.* p. 927) ext. 21. *genus fem. testantur* CHAR. gramm. p. 49, 25 B. GRAMM. suppl. 119, 12. HIL. in psalm. 118 he 10 p. 406, 2 -x . . . feminino a nobis genere nuncupatur, quae graece *νόμος* dicta (*sim.* RVFIN. Orig. in gen. 5, 5 AVG. in psalm. 59, 10 magis masculinam vim habet, quia regit, non regitur). NOT. Tir. 27, 70 -x. 60, 59 quibus -bus. 60, 74 sub -e (122, 197). 122, 198 per -em. *de notione* (*v. et infra l. 80sqq.*): SYNON. Cic. p. 412, 21 -es. condiciones. pactiones. p. 423, 6 sub iugum misit. sub -em misit. sub dicionem reddidit. *al.* CHAR. gramm. p. 49, 25 B. -x *νόμος*. GLOSS. *νόμος*. ius, scriptura. *legitur inde a* PLAVTO, ENN., LEGE Bant. [*val.* lege; *it.* legge; *sard. centr. vet.* lege; *raet. occ.* leig '*matrimonium*', lętś, (a)letś, alatś; *francog.* loi; *prov.* lei; *vasc.* ley(t); *cat.* lley; *hisp.* ley; *port.* lei. *cf. M.-L. 5008. Battisti-Alessio III 2194. Wagner II 19. Wartburg V 291sqq. Corominas III 83. Machado² II 1394. G.*] [*confunditur c.* rex (*cf. p. 1256, 15*): OV. epist. 12, 39. LVCAN. 6, 301 felix ac libera -um, Roma, fores iurisque tui, vicisset in illo Sulla loco (regum *def. Housman ad l.*). 7, 440 quid tempora -um egimus aut annos a consule nomen habentes? SVET. Tib. 30. CARM. de fig. 128 (*corr. Bücheler, Kl. Schr. III 283*). *al.* lux (*cf. p. 1256, 13*): TERT. adv. Marc. 5, 19 p. 646, 6.]

fere i. q. **constitutio, praeceptum,** *condicio sim.* (*respondet vox gr.* *νόμος*, *nisi quid aliud monemus*): *definitur, distinguitur*: RHET. Her. 2, 13, 19 -e ius est id, quod populi iussu sanctum est . . ., consuetudine ius est id, quod sine -e aeque ac si legitimum sit, usitatum est. CIC. inv. 2, 162 -e ius est, quod in eo scripto, quod populo expositum est, ut observet, continetur. Phil. 11, 28 est . . . -x nihil aliud nisi recta et [iam] a numine deorum tracta ratio, imperans ho-

[Hübner]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

nesta, prohibens contraria. part. 130 propria -is *sunt* et ea quae scripta sunt et ea quae sine litteris aut gentium iure aut maiorum more retinentur; publicum -x senatus consultum foedus, privatum tabulae pactum conventio stipulatio *eqs.* rep. 1, 49 cum -x sit civilis societatis vinculum, ius autem -is aequale. 3, 33 est . . . vera -x recta ratio, naturae congruens, diffusa in omnis, constans, sempiterna, quae vocet ad officium iubendo, vetando a fraude deterreat *eqs.* leg. 1, 18 -x est ratio summa, insita in natura, quae iubet ea quae facienda sunt prohibetque contraria; eadem ratio cum est in hominis mente confirmata et perfecta, -x est. 1, 19 populariter interdum loqui necesse erit et appellare eam -em, quae scripta sancit quod vult aut iubendo ⟨aut vetando⟩, ut vulgus appellat. 2, 13 est -x iustorum iniustorumque distinctio *eqs. al. in eodem dialogo.* nat. deor. 2, 79 -x, quae est recti praescriptio pravique depulsio. GALL. Fest. p. 266 inter -em et rogationem hoc interest: rogatio est genus -is; quae -x, non continuo ea rogatio est. ⟨rogatio⟩ non potest non esse -x, si modo iustis comitiis rogata est. AT. CAP. Gell. 10, 20, 2 -x est generale iussum populi aut plebis rogante magistratu. FEST. p. 266 quod in omnis homines resve populus scivit, -x appellatur. SEN. benef. 4, 12, 1 -em . . . iusti iniustique regulam esse. epist. 94, 37 -es . . . quid aliud sunt quam minis mixta praecepta? GAIVS inst. 1, 3 constant . . . iura populi Romani ex -bus, plebiscitis, senatus consultis, constitutionibus principum, edictis . . ., responsis prudentium; -x est quod populus iubet atque constituit. LAEL. FEL. Gell. 15, 27, 4 ne -es quidem proprie, sed plebiscita appellantur, quae tribunis plebis ferentibus accepta sunt. PAPIN. dig. 1, 3, 1 -x est commune praeceptum, virorum prudentium consultum, delictorum . . . coercitio, communis rei publicae sponsio. IVL. VICT. rhet. 4, 5 p. 390, 23 -e vel pacto iustum est in quo consideratur, an non sit prohibitum *eqs.* (*dist.* natura, more *sim.* iustum). CHALC. comm. 157 quid est enim -x nisi iussum sciscens honesta, prohibens contraria? 179 -x generaliter iubet omnibus, quae facienda sint prohibetque omnes ab inconvenientibus. RVFIN. Orig. in exod. 10, 1 p. 245, 6 non cuncta quae statuuntur -x dicitur, sed quaedam quidem -x, quaedam testimonia, alia mandata et iustitiae, quaedam iudicia appellantur. in Rom. 2, 13 p. 901^{C} -x . . . generale vocabulum est, iustitia vero pars -is est, continet enim -x iustitias et iudicia et mandata et iustificationes aliasque . . . species. AVG. c. Faust. 22, 27 -x . . . aeterna est ratio divina vel voluntas dei ordinem naturalem conservari iubens, perturbari vetans. INST. Iust. 1, 2, 4 -x est, quod populus Romanus senatorio magistratu interrogante, veluti consule, constituebat. ISID. orig. 2, 10, 1 -x est constitutio populi, quam maiores natu cum plebibus sanxerunt (*sim.* 5, 10); nam quod rex vel imperator edicit, constitutio vel edictum vocatur . . .; inter -em et mores hoc interest, quod -x scripta est, mos vero est vetustate probata consuetudo sive -x non scripta *eqs. al.*

exempla sic digerenda esse censuimus:

I *strictius respicitur ius vel religio:*

A *usu maxime Romano:* **1** *-es publicae, praesertim rogatae:* **a** *varia exempla: infra l. 80.* **b** *indicantur ea, quae -e continentur: p. 1241, 10.* **c** *indicatur auctor -is: p. 1241, 68.* **d** *in locutionibus concisis: p. 1242, 17.* **2** *-es dictae, impositae, fere i. q. condicio:* **a** *exempla notionem illustrantia: p. 1242, 26.* **b** *structurae: p. 1244, 62.*

B *usu Iudaeorum, Christianorum:* **1** *de praeceptis, doctrina, fide:* **a** *de vetere testamento: p. 1244, 77.* **b** *de novo testamento: p. 1245, 50.* **c** *de fide christiana in univ.: p. 1245, 68.* **d** *de religione pagana: p. 1245, 79.* **2** *de ipsis legislatoribus: p. 1245, 82.* **3** *in locutionibus praepositionalibus: p. 1246, 8.*

II *latius respiciuntur varia, sc. maxime vitae condiciones, mores sim.:*

A *-es maxime ab hominibus datae:* **1** *hominibus: p. 1246, 31.* **2** *rebus naturalibus et animalibus: p. 1249, 26.*

B *-es a natura, fato datae:* **1** *maxime hominibus, deis: p. 1249, 37.* **2** *animalibus, plantis: p. 1251, 14.* **3** *rebus: p. 1251, 34.*

III *grammatica et stilistica:*

A *locutiones adverbiales et iuncturae praepositionales:* **1** *abl.: p. 1252, 38.* **2** *c. praepos.: p. 1252, 73.*

B *iuncturae verbales:* **1** *-x est obi.: p. 1254, 27.* **2** *-x est subi.: p. 1255, 45.* **3** *c.* esse: *p. 1255, 82.*

C *in lusu verborum: p. 1256, 13.*

D *-x quasi persona: p. 1256, 38.*

I *strictius respicitur ius vel religio* (*sc. de -bus scriptis vel dictis; -es naturae, gentium belli sim. v. sub II. sing. etiam vi collectiva usurpatur, cf.* RVFIN. Orig. in num. 11, 2 -x dupliciter dicitur: nam generaliter omnia ista, hoc est mandatum, iustificationes, praecepta, testimonia, iudicia -x appellantur; specialiter autem pars aliqua ex iis, quae in -e scripta sunt, -x dicitur): **A** *usu maxime Romano:* **1** *-es publicae, praesertim rogatae sive (sub regibus, Caesaribus et apud externas gentes) quomodocumque latae:* **a** *varia (exempla selecta):* PLAVT. Capt. 492 barbarica *i. Romana* -e . . . ius meum omne persequi. Rud. 1024 urbanas (*cf.* LEX pag. Herculan. [CIL I^2 682] pagana [PLIN. nat. 28, 28]. LIV. 3, 33, 5 peregrinarum [Ps. DOSITH. frg. iur. 12]. VLP. dig. 43, 24, 3, 4 municipalis [47, 12, 3, 5 *et vol. VIII 1647, 63 sqq.*]). Trin. 1033 ambitio iam more sanctast, liberast a -bus (1037 mores -es perduxerunt iam in potestatem suam. TRAG. inc. 118 si neque -es neque mores cogunt. 1043 -es mori serviunt. HOR. carm. 3, 24, 35 -es sine moribus vanae. QVINT. inst. 3, 6, 84 quam -em mos publicus repudiavit. 5, 10, 13 pleraque in iure non -bus, sed moribus constant. TAC. Germ. 19, 2 plus . . . ibi boni mores valent quam alibi bonae -es. POMPON. dig. 23, 2, 8 hoc ius moribus, non -bus introductum est. *al. cf. p. 1247, 5*). TRAG. inc. 126 te . . . repriment validae -um habenae (*cf.* CIC. Cluent. 150 laqueos -um [*v. p. 963, 18 sqq.*]. Sest. 16 catenis. LIV. 4, 13, 11 vinclis [10, 9, 6 QVINT. inst. 5, 10, 101. *al. cf. p. 1239, 5*]. LVCAN. 2, 145 frenis. TAC. ann. 3, 28, 4 nexus [COD. Theod. 3, 12, 3 p. 152, 3. 7, 18, 12, 1]). LEX Bant. (CIL I^2 582) ⟨ioudex⟩, quei ex hace -e plebeive scito factus est *eqs.* CATO orig. 90 -e publica (LVCIL. 1078 [*Non.*, publicu *Marx*]. CIC. Caecin. 74 civili ac p. *al.*). SISENNA hist. 118 cistas . . ., quae erant -um ferendarum gratia positae. RHET. Her. 1, 11, 19 contrarias -es (1, 11, 20 ex c. -bus controversia constat, cum alia -x iubet aut permittit, alia vetat *eqs.* 2, 10, 5 CIC. inv. 1, 17. 2, 116 part. 138 top. 96. LIV. 9, 34, 7 ubi duae c. -es sunt, semper antiquae obrogat nova. QVINT. inst. 3, 6, 43. 46 *status* -um c., quae *ἀντινομία* dicitur). CIC. inv. 1, 68 nemo . . . -es -um causa salvas esse vult *eqs.* (Verr. II 2, 137 salvis -bus [*item abl.*: Vatin. 37 rep. 3, 17 fam. 1, 2, 4. 1, 4, 2. 3, 6, 3. *al.*]). 1, 69 litteras -is perscrutari (2, 141. *al.* [*cf. p. 1256, 25*]. 2, 134 -is . . . verba [*opp.* voluntatem *ut* QVINT. inst. 7, 10, 7. *al.* CIC. part. 136 *opp.* sententiis. QVINT. decl. 254 p. 41, 30 *opp.* interpretationem voluntatis]. part. 135 vocem [leg. 2, 18. 3, 43. *al.*]). 1, 70 ut is nobis sententiam -is interpretaretur *eqs.* (Verr. II 3, 193 voluntate [QVINT. inst. 3, 6, 9. *al.*] ac s. dom. 53. *al. cf.* part. 136 mentem [*v. vol. VIII 725, 26*]. QVINT. inst. 3, 6, 99 voluntate [*v. supra. al.*]). Tull. 47 -em antiquam de -bus sacratis (49 *et sexies.* LIV. *novies.* FEST. p. 189 *v. vol. IX 2, 161, 84 sqq.* p. 318 sacratae -es sunt, quibus sanctum est, qui[c]quid adversus eas fecerit, sacer alicui deorum *eqs. al.*). 49 quo magistratu munitae -es sunt, eius magistratus corpus -bus vallatum esse voluerunt *maiores* (*cf.* Verr. II 4, 17 hac -e . . ., communi arce sociorum. Cluent. 156 arce -is. p. red. in sen. 4 non -um praesidio, sed parietum [p. red. ad Quir. 14 SEN. benef. 4, 28, 5. *al.*]. VAL. MAX. 6, 3 pr. -um munimenta. ASCON. Pis. p. 16, 3 -em Aeliam et Fufiam, propugnacula et muros tranquillitatis atque otii. *al.*). Verr. II 3, 42 ab -e, ab institutis non recesserunt (*v. vol. VII 1, 1994, 25 sq.*). leg. agr. 3, 5 non . . . hominis -x *Valeria*, sed temporis (*aliter p. 1250, 4*). Catil. 3, 19 -um aera liquefacta *fulmine* (*v. Mus. Helv. 28, 1971, 114 et vol. I 1073, 83 sqq.*). dom. 26 non -em, sed nefarium privilegium. har. resp. 7 arma iudiciorum atque -um (*cf.* Planc. 45 quae *arma* tibi -x dabat. Mil. 9 gladium nobis . . . ab ipsis porrigi -bus [COD. Theod. 14, 17, 6 -um gladiis]. LIV. 3, 55, 3 qua -e tribuniciis rogationibus telum acerrimum datum est. SEN. contr. 9, 1, 1 ferrum a -e mihi traditum. *audacius* STAT. silv. 3, 5, 87 strictae in iurgia -es). Mil. 10 silent . . . -es inter arma (*v. Otto, Sprichw. n. 946; addas* LVCAN. 5, 31. *cf.* EPICED. Drusi 185 tacent. PLIN. nat. 36, 5 silentio -um). de orat. 1, 167 quantum -x in XII tabulis permiserat (leg. 2, 58. *al. cf.* LIV. 34, 6, 8 in XII t. scripta. FEST. p. 273 ⟨in⟩ -e XII [p. 305. 375]. PLIN. nat. 16, 15 -e XII tabularum [21, 7 GAIVS inst. 1, 111. *al.*]. 19, 50 in XII t. -um nostrarum. 28, 17 -um ipsarum in XII t. verba). leg. 1, 18 non perfectae (VLP. reg. praef. 6 minus quam p. -x est, quae vetat aliquid fieri et, si factum sit, non rescindit, sed poenam iniungit *eqs.*). 3, 2 magistratum -em esse loquentem, -em autem mutum magistratum (*cf. Gell. 14, 2, 1* ex mutis quod aiunt magistris). CAES. Gall. 1, 3, 2 *Helvetii* in tertium annum profectionem -e confirmant (*sc. ab equitibus et druidibus decreta?*). VERG. Aen. 4, 231 qui . . . totum sub -es mitteret orbem (*v. p. 1238, 68 et vol. VIII 1184, 27 sqq. cf.* FRONTIN. [?] strat. 4, 7, 18 *Hasdrubal Numidas* s. -es redegit. PANEG. 8, 21, 1 restitutus et receptus in -es Francus. VOPISC. Aurelian. 41, 8 redditae Romanis -bus Thraciae [Car. 18, 3]. Prob. 16, 4 urbibus Romanis -bus restitutis [*Capitol. Gord. 27, 6* urbes imperio Romano reddidimus]. *sim. al.*). LIV. 1, 26, 6 -x horrendi carminis erat: *eqs.* FEST. p. 314 satura . . . -x ⟨mul⟩tis alis -bus conferta (DIOM. gramm. I 486, 11 *saturam dictam* a -e s., quae uno rogatu multa simul comprehendat *eqs.* ISID. orig. 5, 16 s. . . . -x est, quae de pluribus simul rebus eloquitur *eqs. cf.* GLOSS. II 376, 67 *νόμος πολλὰ περιέχων* -x per saturam). IVV. 14, 193 perlege rubras maiorum -es (SCHOL.: rubricas iuris. GLOSS. V 656, 44 r. dicuntur -es, qua⟨e⟩ per cinnabarim scribebantur. *cf.* SCHOL. Pers. 5, 88 rubricam vocat minium, quo tituli -um annotabantur). GAIVS dig. 4, 4, 27, 4 nisi quaedam personae speciali -e exceptae sint (VLP. dig. 1, 5, 24 *opp.* -x naturae. PAVL. coll. Mos. 2, 5, 5 quae -x generalis fuit; fuerunt et s. [*v. vol. VI 2, 1775, 56 sq.*]. *al.*). VLP. dig. 1, 4, 1 pr. quod principi placuit, -is habet vigorem (*cf.* NOVELL. Iust. 105, 2, 4 imperatoris . . . fortuna, cui et ipsas deus -es subiecit, -em animatam eum mittens hominibus [*gr. νόμον . . . ἔμψυχον*]. *v. etiam p. 1246, 32*). COD. Theod. 2, 31, 1 (= Iust. 4, 26, 13, 1) edictali -e sancimus (*v. vol. V 2, 75, 26 sqq. cf.* 15, 4 huius edicti -e). 12, 1, 160 novellae -is vincula (13, 3, 19 NOVELL. Theod. 2 rubr. Valent. 35, 11 antiquata n. -e. LEX Burg. Rom. 25 [*at* 26, 1 -em novellarum]. *al.*). *et saepe.* -is (-um) ignarus, peritus *sim.* (*cf. p. 1245, 11 sqq.*): CIC. inv. 2, 95 imprudentes -is. Cael. 1 ignarus -um, iudiciorum, consuetudinis (*v. vol. VII 1, 272, 80 sqq.*). de orat. 1, 212 -um et consuetudinis . . . peritus (HOR. sat. 1, 1, 9 iuris -umque. LIV. 3,

[Hübner]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

33, 5 p. -um peregrinarum. SCHOL. Hor. epist. 2, 2, 159 consultis vel -i[bu]s p. *al.* GLOSS. *νόμων ἔμπειρος. νομικός*). CAEL. Cic. fam. 8, 8, 3 -is ignorans. LIV. 3, 17, 7 sacratarum . . . -um oblitum. TAC. hist. 1, 11, 1 *Aegyptum* insciam -um, ignaram magistratuum. SCHOL. Pers. 5, 88 Albinus -is consultus (*v. etiam l. 8*). COD. Iust. de emend. cod. 2 Beryti -um doctorem Dorotheum (*v. vol. V 1, 1773, 51sqq.*). 8, 25, 11, 1 -um prudentibus. PASS. Mar. Marth. (BHL 5543) 6 quidam -is consultor, qui adstabat Claudio (*imperanti a. 268—270*; -is consultus *var. l., seq. sine var. l.* respondit -is c.).

b *indicantur ea, quae -e continentur*: **α** *adi.*: PLAVT. Mil. 164 ne -i fraudem faciant aleariae (*cf.* CIC. Phil. 2, 56 nullum fuisse de alea -e iudicium [*seq.* quae est de alea]. HOR. carm. 3, 24, 58 vetita -bus alea). Pseud. 303 -x me perdit quinavicenaria *i. Plaetoria.* frg. inc. 14 neque muneralem -em neque lenoniam (*v. vol. VIII 1640, 43*). RHET. Her. 1, 12, 21 cum Lucius Saturninus -em frumentariam de semissibus et trientibus laturus esset (*v. vol. VI 1, 1406, 49sqq.*). CIC. inv. 1, 92 Caepionis -em iudiciariam (*v. vol. VII 2, 605, 75sqq.*). 2, 52 C. Flaminius . . . ad populum -em agrariam ferebat (*v. vol. I 1416, 76sqq.*). Flacc. 77 cum per -es militaris effugere liceret iniquitatem tribuni (*v. vol. VIII 955, 59sqq., ubi addas* FEST. p. 146 in -e m. [*Paul.* in re m.]. *al. aliter p. 1246, 52*). Sest. 103 tabellaria -x ab L. Cassio ferebatur (Brut. 97. leg. 3, 35 sunt . . . quattuor -es t. *al.* PLIN. epist. 3, 20,1. Ps. ASCON. Verr. p. 216, 20 -es Cassiae t. *al.*). Phil. 5, 47 -bus . . . annalibus cum grandiorem aetatem ad consulatum constituebant (*v. vol. II 108, 34sqq. cf.* PAVL. FEST. p. 27 annaria [*v. vol. II 109, 30sqq.*]. *aliter p. 1242, 44*). CAEL. Cic. fam. 8, 6, 5 -em . . . viariam, non dissimilem agrariae Rulli et alumentariam, quae iubet aediles metiri, iactavit. HOR. carm. saec. 20 feraci -e marita (PORPH.: pro maritali Plautina. SCHOL.: quae de maritandis ordinibus lata est). LIV. 9, 34, 4 haec *gens Claudia*, quae fenebres -es, haec, quae agrarias semper inpugnavit (*vol. VI 1, 473, 30sq. 36sq.*). FEST. p. 340 ⟨in le⟩ge rivalicia (*cf.* CIL XII 2426, 1 -x rivi). p. 375 unciaria -x. ASCON. Pis. p. 15, 27 annonariam (annonianam *codd.*). PLIN. nat. 7, 117 Roscio theatralis auctori -is (33, 32 -e Iulia th. QVINT. inst. 3, 6, 19 SCHOL. Hor. epod. 4, 15). GAIVS inst. 4, 23 ⟨Furia⟩ testamentaria ([*item* Furia: 4, 24 VLP. reg. praef. 2]. PAPIN. dig. 48, 2, 2 pr. Cornelia t. [VLP. dig. 43, 5, 3, 6 coll. Mos. 8, 7 pr. PAVL. *ibid.* 8, 2, 1. 8, 5 pr. *al.*]. PAVL. dig. 35, 2, 1, 1 -x Falcidia et omnes t. *cf. per ellipsin* CIC. Verr. II 1, 108 Cornelia t., numeraria). PAPIN. resp. frg. 5, 20 cum ⟨vocatur⟩ suus heres, qui -em exclu⟨dit c⟩aducaria⟨m⟩ (VLP. reg. 28, 7 ex -e Iulia c.). LAMPR. Heliog. 4, 4 senatus consulta ridicula de -bus matronalibus. INTERPR. novell. Valent. 35 l. 168 tricennalis (EDICT. Theodor. 69. *cf. Novell. Iust. 111, 1* t. . . . praescriptio). **β** *gen.*: RHET. Her. 1, 13, 23 suam vocat hereditatem -e agnationis. CIC. Cluent. 97 quae res -e maiestatis tenebatur (*v. vol. VIII 157, 5sqq.*). 148 te -e pecuniarum repetundarum non teneri (VELL. 2, 13, 2 VAL. MAX. 6, 3, 3. *al. cf.* CIC. div. in Caec. 17 de pecuniis repetundis [65 Verr. I 41 II 3, 195. 4, 57 Cluent. 104. Sest. 135 C. Caesaris]. Pis. 50 -x Cornelia maiestatis, Iulia de p. r. [Rab. Post. 12]. *al.*). Mur. 3 -is ambitus latorem ([5 quod -em de ambitu tuli]. 46. Planc. 36 nomine -is Liciniae . . . omnis a. -es complexus es. 49 SALL. Catil. 18, 2. *al.*). leg. 3, 1 de religionum -e (3, 13. DECL. in Catil. 70 violatae religionis). PROP. 3, 13, 15 felix Eois -x funeris una maritis. FEST. p. 189 Pompili regis (compelli reges *trad.*) -em opimorum spoliorum. SEN. contr. 3 praef. 17 -e inscripti maleficii (*cf. 5, 1 tit.*). 7, 8, 6 antea -em vitiationis evertere conatus, nunc transferre volt. QVINT. inst. 5, 13, 20 *actio* in Rabirium -e perduellionis. 7, 1, 15 iudicium pendet ex -e abdicationis (decl. 279 p. 136, 11). decl. 262 p. 72, 2 -x iniusti repudii (p. 72, 12). 265 p. 83, 10 caedis -e tenebitur (278 p. 133, 31 *opp.* iniuriarum . . . -e). 281 p. 145, 13 ad -em parricidi. 284 p. 150, 7 -x adulterii prior est quam sacerdotis (NOVELL. Maioran. 9 pr., *at* PAPIN. dig. 1, 21, 1 pr. -is Iuliae de adulteriis. *al.*). 301 p. 185, 7 ex -e raptarum (CALP. decl. 16 them. 25 them. *al.*) *al.* CALP. decl. 24 them. -e indemnatorum (44 them. 45 them.). GAIVS inst. 4, 8, 4 furti -e XII tabularum. MACER tit. (dig. 2, 15, 13) ad -em vicensimam hereditatium. COD. Iust. 6, 23, 3 (*a. 232*) licet . . . -x imperii sollemnibus iuris imperatorem solverit. *al.* *inde* CIC. ad Q. fr. 3, 9 (7), 3 Gabini absolutio -x impunitatis putatur.

c *indicatur auctor -is*: **α** *adi.* (*cf.* ISID. orig. 5, 15, 1 quaedam . . . -es dicuntur ab his, qui condiderunt, ut consulares, tribuniciae, Iuliae, Corneliae): LEX repetund. (CIL I² 583) 22 -e Rubr⟨ia⟩ (LEX agr. [*ibid.* 585] 59 ex -e R. *al. et saepe per nomen gentile, v. Rotondi, Leges publicae populi Romani 199sqq.*). CIC. Verr. I 46 -em tribuniciam (leg. agr. 2, 21 *opp.* consulares [LIV. 3, 56, 12]. 2, 36 dom. 127 Sest. 56 FEST. p. 318 LVCAN. 4, 690 POMPON. dig. 1, 2, 2, 3). leg. agr. 2, 21 consulares (*v. supra et vol. IV 571, 2sqq. al.*). 2, 26 -e curiata xviros ornat *eqs.* (*v. vol. IV 1489, 6sqq. cf.* PRVD. perist. 10, 124 -x curiae). Rab. Post. 17 senatoria. leg. 2, 9 populares (*opp.* caelestis. *strictius, i. tribuno plebis rogante*: Lael. 96 -x p. suffragiis populi repudiata est *eqs.* LIV. 2, 42, 6 QVINT. inst. 5, 13, 24. 7, 4, 13). LIV. 3, 31, 7 plebeiae -es. 3, 57, 10 -es decemvirales, quibus tabulis duodecim est nomen, in aes incisas (GELL. 20, 1, 3). 6, 1, 10 duodecim tabulae et quaedam regiae -es. (34, 6, 8 vetus r. -x. PAPIN. coll. Mos. 4, 8, 1 VLP. dig. 1, 4, 1 pr. *al.*). FIRM. err. 16, 2 *Pallas* pontificali -e servatur (AVR. VICT. Caes. 28, 4 pontificum -e). LIB. col. I grom. p. 214, 10 -e triumvirali (226, 7. 230, 13. *al.*). AVG. epist. 100, 2 imperialibus -bus (COD. Theod. 16, 5, 5 -bus divinis et i. [*addit* Iust. 1, 5, 2 constitutionibus]. *al.*). LEX Sal. Merov. 1, 1 -bus dominicis (*i. regiis*). **β** *gen.*: LVCIL. 573 Calpurni (*al.; cf.* LEX repetund. [CIL I² 583] 23 Calpurnia). 1200 Licini (PLIN. nat. 18, 17. *at* CIC. Vatin. 33 Licinia [*al.*]). CIC. inv. 1, 92 Caepionis (Brut. 164). dom. 41 M. Drusi -bus, quae contra -em Caeciliam et Didiam latae essent. 71 Clodi (ASCON. Mil. p. 44, 14. *at* CIC. Sest. 69 Clodiam [Att. 3, 23, 3. *al.*]). Sest. 135 C. Caesaris (Pis. 37. *al. at* LIB. col. I p. 224, 15 Caesariana. *cf.* CIL I² 709, 3 [*a. 90*] Iulia. *al.*). rep. 2, 60 -e C. Iuli P. Papiri consulum (FEST. p. 374. *at* INSCR. numm. Babelon I 296, 15 [*a. 89 a. Chr.*] Papiria. *al.*). *al.* VARRO rust. 1, 2, 9 Stolonis (PLIN. nat. 18, 17 St. Licini. *cf.* LVCIL. *supra* Licini *sim.*). HIRT. Gall. 8, 53, 1 Pompei et Crassi. LEX agr. (CIL I² 585) 82 Sempronia (*cf.* FEST. p. 290 Gracchi [VELL. 2, 7, 7. *al. at* 2, 13, 2 Gracchianis]. FLOR. epit. 3, 13 tit. Gracchanis [3, 16, 1. *al. at* 3, 16, 2 Gracchorum]. *al.*). FEST. p. 286 Penni. *al.*

d *in locutionibus concisis*: SEN. contr. 2, 3, 22 magnam partem -is (*i. temporis -e concessi*) consumpsi. PETRON. 18 vers. 6 -em donare superbum *est* (*i. poenam -e praescriptam. cf.* LEX Sal. Merov. 40, 9 totam -em . . . solviturum [42, 4]. 42, 3 exsolvere. 58, 5 ⟨per⟩solvat [*ibid.* integrum debitum solvat]. 58, 6). LEX Sal. Merov. 57, 1 si ⟨quis⟩ rachineburgii . . . -em (*i. ius secundum -em*) dicere noluerint, debet eis dicere ab illo, qui causa(m) prosequitur: 'hic ego vos tangono, ut -em dicatis secundum -em Salicam *eqs.*' (57, 4 ille, contra quem -em dicunt).

i. quod libatur (*hic illic vergit in vim actionis libandi, e. g. l. 67*): **1** *in honorem deorum* (*in sermone* VVLG. *potius de sacrificio ciborum adhiberi [videtur disting.* liba *l. 70], at certe ad σπονδήν spectant l. 70. 83; cf. s. v.* libamen): **a** *nude ponitur*: VARRO Men. 567 *avis pullis* pancarpineo cibo coacto -a legens caduca victus ('*quae e -is ceciderunt' Bolisani ad l.; an ad 2?*). ling. 6, 54 ex mercibus -a proiecta (porrecta *Goetz*) sunt Herculi in aram. PLIN. nat. 37, 176 hac *ombria* in aras addita -a non amburi. IVST. 12, 10, 4 Oceano -a dedit. 18, 5, 4 mos erat Cypriis virgines . . . dotalem pecuniam quaesituras in quaestum ad litus maris mittere pro reliqua pudicitia -a Veneri soluturas. AMM. 23, 6, 35 antequam magus . . . -a diffunderet praecursoria. HIER. in Ioel 1, 9 p. 957^{A} nec sacrificiis nec -is rite celebratis. VVLG. lev. 9, 17 addens in sacrificio -a, quae pariter offeruntur (23, 13 caedetur agnus . . . in holocaustum domini et -a offerentur cum eo duae decimae similae conspersae oleo . . ., liba quoque vini *eqs. al.*). num. 15, 7 vinum ad -um (*Lugd.* in litationem). iud. 13, 23 holocaustum et -a (*Lugd. al.* sacrificium). *et saepius ibidem. per similitudinem de carmine*: STAT. silv. 3, 1, 164 haec ego . . . bacchatus ad aras -a tuli. **b** *accedit gen., pron. poss.*: CIC. rep. 2, 44 dona magnifica quasi -a praedarum Delphos ad Apollinem misit (*item indicatur munus vel id, unde munus demitur*: VAL. MAX. 2, 5, 5 primitiis [*var. l.* primitus] . . . et -is victus sui deos placabant. VVLG. num. 28, 14 -a . . . vini, quae per singulas fundenda sunt victimas [*Lugd.* litatio]). leg. 2, 29 ut sacrificiorum -a (liberamenta *sim. trad.*) serventur fetusque pecorum. STAT. Theb. 12, 88 accipe, nate (*i. Menoeceus*), tui nova -a triumphi (*sc. sceptrum et diadema*). VVLG. lev. 7, 29 qui offert victimam . . ., offerat simul et sacrificium, id est -a eius (*similiter indicatur hostia, ad quam -um additur*: 14, 20 ponet illud *holocaustum* in altari cum -is suis [*Lugd.* sacrificium, *item locis sequentibus*]. num. 8, 8 bovem . . . et -um eius

[Meijer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

similam oleo conspersam. 29, 14 offeretis . . . agnos et in -is eorum similae oleo conspersae tres decimas. *al.*). RVFIN. in Ioel 2, 12—14 p. 1045[D] ('si . . . relinquat post se benedictionem sacrificium et libamen domino') benedictionem, quae -is serviret altaris (*antea*: libatio).

2 *in usum libantis ipsius vel cuiuslibet hominis* (*accedit gen. passim*): SEN. epist. 84, 5 (*4* quae ex tenerrimis virentium florentiumque decerpserint *apes*) apes debemus imitari et quaecumque ex diversa lectione congessimus, separare . . ., deinde . . . in unum saporem varia illa confundere (*locum imitatur* MACR. Sat. 1 praef. 6). GELL. praef. 13 primitias quasdam et quasi -a ingenuarum artium dedimus. 16, 8, 15 hoc . . . breve ex dialectica -um dedisse nunc satis erit. SYMM. epist. 5, 68, 1 ut honori numinum datur cornua sacrare cervorum . . ., ita amicorum cultui dedicantur -a silvarum (*sc. a venantibus*). 9, 153 sportulam consulatus mei . . . honori tuo debeo; hanc . . . ad te misi orans, ut benigno animo sollemnia officii mei -a suscipias. THEOPHIL. ALEX. epist. 2 p. 221, 5 quasi -a quaedam fructuum bonorum (*i. librum meum*) reverencie tue mittere. ENNOD. epist. 2, 26, 1 p. 68, 8 haec . . . paginalis commercii -a dedicavi. *Meijer.*

libanārius, -ī *m.* *a* libanum. *i. q. turarius*: NOT. Tir. 120, 18 (*trad.* libarius, *loco gemino* 132, 132 clibarius; *utroque loco antecedit vox* libanum; *eodem lapsu ibid. et 120, 16 et 132, 130 trad.* clibarius [*pro* clibanarius] *post* clibanum).

libanītis *f.*, λιβανῖτις. *nomen herbae q. e.* polion (*cf.* libanotis *infra l. 49*): Ps. APVL. herb. 57 l. 6 *app. crit.* (*sed Ps. Diosc. Vind. 3, 110 p. 121, 13* ἐβενῖτις).

libanochrūs *f.*, λιβανόχρους. *nomen lapidis*: PLIN. nat. 37, 170 (*cf.* 1, 37, 62).

libanōdēs (-oīd-), -es, λιβανώδης, -οειδής. *i. q. libani similis*: PLIN. nat. 14, 117 *vitis* -odes turis odore, ex qua dis prolibant. ORIBAS. syn. 2, 56, 59 La p. 127, 18 Mø. galvanus optimus est -oides.

***libanōtis**, -idis *f.*, λιβανωτίς. *pro masc. est* DIOSC. 3, 82 p. 411, 6 -idis, qui. *de formis: nom.*: -tis PLIN. nat. 19, 187. 21, 58. -tidis DIOSC. 3, 82 p. 411, 6. -tida ORIBAS. syn. 9, 15, 5 La p. 299. *?* -tidus *l. 55. gen.*: -idis PLIN. nat. 20, 173. 26, 82 DIOSC. 2, 113 p. 223, 23. 3, 80 p. 410, 21. *al. ap. eundem.* -idos MARCELL. med. 7, 18 ORIBAS. syn. 3, 90 p. 869. *dat.*: -idi DIOSC. 1, 74 p. 40, 5 M. *acc.*: -ida PLIN. nat. 20, 172 -ida[m] (*antecedente* quam). CAEL. AVR. chron. 3, 4, 60. 63. *abl.*: -ide PLIN. nat. 1, 19, 62. 1, 20, 64. -ido DIOSC. 2, 87 p. 213, 13. -ida DIOSC. 3, 80 p. 410, 21. 3, 83 p. 411, 26. *forma erronea*: DIOSC. 4, 148 p. 70, 15 sucus . . . si additu habuerit -ides (*gr. 4, 153, 4 σὺν λιβανωτῷ*).

nomen herbae q. e. rosmarinus (*cf. André, Lex. des termes de botan. s. v.*): PLIN. nat. 19, 187 (*cf.* 1, 19, 62) reddit . . . -s odorem turis . . .; -s locis putribus . . . seritur semine; radicem habet olusatri, nihil ture differentem; usus eius . . . stomacho saluberrimus; quidam eam nomine alio rosmarinum appellant. 20, 172 *cunila odorem habet* turis, quam -da[m] appellavimus. 20, 173 -dis alia genera suis locis dicentur. 21, 58 *conyzae* masculae radix a quibusdam -s appellatur, de qua diximus. 26, 82 *semen crethmi* odoratum ceu -s. MARCELL. med. 7, 18 -dos part(es) VI. 20, 23 polion herba, quae a quibusdam -s appellatur (*cf.* libanitis). Ps. APVL. herb. 80 l. 30. 35sqq. DIOSC. 1, 74 p. 40, 5 M. 2, 87 p. 213, 13. 3, 80—83 p. 410, 21sqq. *al. ap. eundem.* CAEL. AVR. chron. 3, 4, 60. 63. 3, 5, 77 -dis (*ed. Rovillii in marg.*, libani *trad.*) herbae infusionem vel decoctionem. ORIBAS. syn. 3, 90 p. 869. 5, 22, 1 p. 63 eup. 2, 1 L 4. *al. dub. an huc pertineat* GLOSS. III 631, 2 ars⟨en⟩icon auripimentum -dus.

libanōtizo, -āre, λιβανωτίζω. *scrib. in codd.* liva-. *i. q. libanoti similem esse*: ORIBAS. syn. 2, 56, 4 La p. 120, 4 Mø. *ammoniacum* -at inglius (*i.* in glaebis, *gr.* λιβανωτίζον τοῖς χόνδροις).

libanōtus, -ī *m.*, λιβανωτός (*quae vox respondet, ubi nihil adnotatur*). *i. q. tus*: DIOSC. 1, 70 p. 33, 15 M. *corium libani* similis est -o (*gr. 1, 68, 5 δύναμιν . . . ἔχει, ἣν καὶ ὁ λίβανος*). 2, 135 p. 229, 5 *sucus porri* aceto mixtus et -o (*gr. 2, 149, 3*). ORIBAS. syn. 2, 4 p. 95, 14 Mø. 2, 5 Aa p. 96, 5 eup. 2, 1 L 3.

libanum, -ī *n.* *et* libanus, -ī *m.* (VVLG.), λίβανον, -ος (*quae vox respondet, ubi nihil adnotatur; λιβανωτός l. 82. p. 1260, 13*). ISID. orig. 17, 8, 3 hoc *tus* et -um vocatum a monte Arabiae, ubi Sabaei sunt; nam mons eorum Libanus dicitur, ubi tura colliguntur. *scrib. in codd. etiam* liva- *passim*, olibanum Ps. THEOD. PRISC. add. p. 302, 28 *in app. crit. ut* 305, 25. 345, 2 (*var. l.*). 351, 14. NOT. Tir. 120, 17. 132, 131. *nom.* -on MARCELL. med. 7, 19. *gen.* -u (*sec. gr.*) *in nomine collyrii* dia -u *et* GLOSS. *p. 1260, 16.* [*falso tradi vid.*: VVLG. IV Esdr. 15, 20 ab euro et a -o (*codd. ASM*, libie [*i.* libe, *a* lips] *cod. C recte*). CAEL. AVR. chron. 3, 5, 77 (*v. supra l. 52*). GLOSS. III 540, 42 (*v. p. 893, 52*). *obscurum*: GLOSS. V 506, 11 -um: pellem (pollinem *Heraeus in exemplari suo*).]

i. q. tus: **1** *de suco arboris*: CELS. 6, 6, 13 *collyrium*, quod dia -u vocatur (MARCELL. med. 8, 207, *ubi inter ingredientia est* turis masculi *quantum*. THEOD. PRISC. eup. faen. 32 INSCR. Dessau 8736. *fortasse huc etiam* ALEX. TRALL. 1, 96 *collyria*, qualia sunt limana et cignatia [*gr. p. 31 P. τό τε διὰ λιβάνου καλούμενον καὶ ὁ κύκνος*]). PALLAD. vet. med. 52, 1 -um (abanum *trad.*) amulum . . . inunguis (*Hippiatr. gr. II p. 57, 15 λιβανωτοῦ ἀμύλου*). GAVDENT. serm. 8, 32 G. 'veni a Libano' (*cant. 4, 8*) id est a turificatione illa gentili, nam -um tus interpretamur ex graeco. VVLG. Sirach 24, 21 (*loq. Sapientia*) quasi -us non incisus (*obscurum, cf. vol. VII 1, 906, 54*) vaporavi habitationem meam (*gr. 24, 15 ὡς λιβάνου ἀτμίς. an de arbore?*). 39, 18 (*ad pios filios*) quasi -us odorem suavitatis habete (*gr. 39, 14 ὡς λίβανος*). RVFIN. Orig. in lev. 9, 8 p. 433, 25 -um nobis quaerendum est et et non qualecumque, sed dilucidum. MARCELL. med. 7, 18 -i candidissimi (*in explicatione praecepti* 7, 19 -on leucon, id est tus album). 20, 104 -i (*ibid.* -um . . . tundendum). SORAN. app. p. 51 -um, id est tus masculum. OP. imperf. in Matth. 2 p. 642 -i obtulerunt odorem *reges Christum adorantes*, formam mundae orationis in odorem suavem spiritus sancti oblatae. GREG. TVR. glor. conf. 18 p. 758, 7 invenit . . . validas de cereis guttas in modo -i odore nectareo efflagrare. ORIBAS. syn. 1, 19, 17 Aa p. 70, 1 Mø. admiscendum est . . . -um (*gr. acc.*). 3, 105, 1 -i masculi (*gr. λιβανωτοῦ ἄρρενος*). eup. 4, 40 -u(m) (*gr. 4, 39, 1 λιβανωτόν*). LIB. iubil. 16, 24 *Abraham* incendens incensum compositionis -um et galbanum. GLOSS. III 567, 3 -i pulvis: libamannis (*i.* -i mannes; *cf.* GLOSS. med. ed. Heiberg p. 39, 21 -u mannes: thuris masculi pulveres).

2 *de arbore*: DIOSC. 1, 70 p. 30, 10 M. de corio -i: corium -i eligendum est (*gr. 1, 68, 5 φλοιὸς . . . λιβάνου tantum*). *v. etiam l. 1.*

deriv.: libanarius. *cf.* libanitis, libanochrus, libano(i)des, libanotis, libanotizo, libanotus.

libanus *v.* libanum. *B.*

lībārius, -ī *m.* *a* libum. [*falso trad.* NOT. Tir. 132, 132 *pro* libanarius (*cf. falsam var. l. ibid.* 120, 18). *e coni. dub.* -i *pro* biberari SEN. epist. 56, 2 *vol. II 1954, 70.*] *i. qui liba fingit vel vendit*: CIL IV 1768 Verecunnus -us (*in muro externo templi Veneris ut* 1769 Pudens -us). IVV. 9, 109 (*enumerantur servi domini divitis*) -us, archimagiri, carptores (libr- *trad., corrigitur vulgo. an intellegendus cellarius, sc. libra carnes sim. appendens, coll. 6, 476 ubi* libraria *pro* lanipendia *usurpatur?*).

f. **lībāria**, -ae. INSCR. Libyca 1, 1953, 221 Livia -a (*nom. pr. est editori, dubitat Sordi apud Ruggiero, Diz. epigr.*). *Meijer.*

? **libatina** DIOSC. 4, 82 p. 46, 15 *inter nomina herbae q. e.* ἐλξίνη. *vix recte trad., cf. Ps. Diosc. Vind. 4, 85 p. 245, 8* κλύβατιν. *fuitne* clibadion*?* *B.*

lībātio, -ōnis *f.* *a* libare. ISID. orig. 6, 19, 31 nunc . . . immolatio panis et calicis convenit, -o autem tantummodo calicis oblatio est.

i. q. actio libandi (*potius ipsam rem libandam intellexeris e. g. l. 40. 45*): **1** *in honorem deorum, manium* (*gr. respondere solet σπονδή*): CIC. har. resp. 21 tui sacerdotii sunt . . . ludi, -es epulaeque ludorum. FEST. p. 265 omnis vini -em ei deo (*i. Iovi*) dedicaverunt. APVL. mund. 35 diis sacrificatur, geniis ministratur, obi⟨t⟩is -e profunditur (*gr. χοαί*). ITALA exod. 30, 9 (Lugd.) frugem, hostiam et -em non libabitis super illud ([*Vulg.* liba]. VVLG. Ezech. 20, 28 [*Itala Weing. al.* libamina]). lev. 7, 14 (Wirc.) offeret ab ea unum de omnibus muneribus suis -em (*gr. ἀφαίρεμα, Lugd.* exceptionem, *Vulg.* pro primitiis). Esth. 14, 17 (p. 50, 31 Motzo) vinum -is eorum non bibi (*Vulg.* libaminum). Dan. 9, 27 (Tert. adv. Iud. 8, 6. *al.*) auferetur meum sacrificium et -o (*Weing.* supplicatio, *Vulg.* hostia et s.). Ioel 1, 9 (Weing.; *sim.* 1, 13 *ibid.*) ablata est hostia et -o (VVLG. sacrificium et -o [HIER. *ad l.*: quorum alterum de simila, alterum de vino offerre soliti erant. *v. p. 1257, 35*]). LACT. inst. 5, 19, 30 sanguis pecudum et fumus et inepta -o. VVLG. num. 28, 24 *odor* surget de holocausto et -bus singulorum (*cf.* 28, 31 omnia cum -bus suis. *Lugd.* litatio *utroque loco*). 29, 6. Sirach 30, 19 quid proderit -o idolo? nec enim manducat (*gr. κάρπωσις*). 50, 16 porrexit manum suam in -e et libavit de sanguine uvae (*gr. 15 σπονδείου, sed vix pro libatorio accipiendum*). ORIG. in Matth. 17, 6 p. 591, 20 locus -um. *per similitudinem*: HIL. trin. 6, 20 (*de Paulo*) in martyrio perfectae fidei consummata -o (10,-46 Paulo -o sua corona iustitiae est. *cf. Itala II Tim. 4, 6 necnon Phil. 2, 17 s. voce* libo). **2** *in usum libantis ipsius*: HIL. in Matth. 17, 1 (*ad 16, 28* mortem non gustabunt) ex conditione . . . gustatus tenuem quandam fidelibus -em mortis ostendit *Christus apostolis*. Ps. AMBR. paenit. 22 p. 996[B] suavis sit . . . faucibus lethalis poculi . . . confectio, ne amaritudinis prima -o revocet haurientem. SACR. Leon. 897 (= Gelas. 1, 28 p. 531) nos . . . innovet tuae mensae ⌊sacrata⌋ -o (⌊ ⌋ *om.* Gelas. *de eucharistia sumenda ut* Greg. 38, 3 [= 190, 3] tui . . . sacramenti -o sancta. 51, 3 sacramenti tui . . . divina -o).

lībātor, -ōris *m.* *a* libare. *i. qui libat*: FRONTO p. 215, 15 v. d. H. (p. 226 N.) Numa . . . nonne inter liba et decimas profanandas et suovetaurilia mactanda aetatem egit epulorum dictator, cenarum -r, feriarum promulgator?

lībātōria, (-ōrum) *n.* *a* libare. [*e coni. dub. pro* lab- CASSIOD. *p. 762, 51.*] *i. q. vasa, quibus libatur* (*fere pro gr. σπονδεῖα*): ITALA exod. 25, 29 (Lugd., Ottob.) phialas et -a et cyathos, in quibus libabis in eis (*Vulg.* turibula. *cf.* 38, 12 [Lugd.; *Vulg. 37, 16* turibula]. num. 4, 7 [Monac.; *Lugd.* litatoria, quibus litant, *Vulg.* crateras ad liba fundenda]). II par. 24, 14 (Complut.) fecerunt . . . vasa ministratoria et -a aurata et inargentata (*gr. θυίσκας χρυσᾶς κτλ., Vulg.* fialae quoque et cetera vasa aurea *eqs.*). III Esdr. 2, 13 (cod. Colbert. 630 Sabatier, *cf.* LIB. geneal. chron. I p. 181, 422 CASSIOD. Ios. antiq. 11, 15) -a aurea mille, pateraę argenteae et fialae aureae *eqs.* I Macc. 1, 22 (rec. L = VVLG.) -a et fialas (*rec. B* pateras). CASSIOD. Ios. antiq. 10, 57. 12, 40. 117. *Meijer.*

lībella, -ae *f.* *a* libra *deminutive* (PAVL. FEST. p. 116. MAECIAN. *[Keudel]*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

distrib. 74 -a dicta creditur quasi pusilla libra). *scribitur* lab- GLOSS.^{L} V Aa L 36. l *geminatam testatur* PRISC. gramm. II 110, 16. *abbreviatur* libel CIL VIII 17408, 4; lib (*nisi est* libra) CIL III 12032, 2. *legitur inde a* PLAVTO, CIC., LVCR., VARRONE, VITR. [*in linguis Romanicis masculini generis: it.* livello, *pedem.* livè(l); *francog. vet. et med.* livel, -eau, *wall.* lèvê, livia, *norm.* livé; *prov. vet., alvern.* livel; *vasc. vet.* lhebet; *cat.* llivell. *dissimili facta* l-: *francog. med.* nyvial, nevel, *francog.* niveau (> *prov., langued., aquitan., vasc.* nivel, *cat.* nivell [> *hisp., port.* nivel]; *pedem.* nivé, *langob.* nivél), *dial. wall., norm., pict., centr., loth. cf. M.-L. 5009. Battisti-Alessio III 2255. Wartburg V 294sqq. G.*] [*vix recte trad.* CATO agr. 15, *cf. Jüngst-Thielscher, Philol. 92, 1937, 335sqq.*]

i. q. libra parva: **1** *de nummo* (*ad rem v. Regling, RE XIII 14sq. De Ruggiero, Diz. Epigr. s. v.*): **a** *certo pretio neglecto respicitur vilitas* (*minus certe* CIC. *sub β*): ***α*** *in locutionibus q.s.* 'non (una) -a, ad -am' *sim.*: PLAVT. Capt. 947 (*331* unum nummum ne duis) mihi -am pro eo *servo* argenti ne duis; gratiis a me ut sit liber ducito (Pseud. 629 tibi -am a. numquam credam. *cf. 644* nummum credam nemini). Cas. 316 vobis invitis . . . una -a liber possum fieri (CIC. Verr. II 2, 26 ecquis Volcatio . . . unam -am dedisset?). Pseud. 98 quid ego ni fleam, quoi nec paratus nummus argenti siet neque -ai (-ae *trad.*) spes sit usquam gentium? 1146 -a nusquamst. CIC. Q. Rosc. 11 nisi planum facit, HS IↃↃↃ ad -am (-um *trad.*) sibi deberi, causam perdit. ***β*** *in formula testamenti sensu admodum dubio* (*cf.* '*ex asse heredem facere aliquem*' *sim., vol. V 2, 1121, 21sqq.*): CIC. Att. 7, 2, 3 fecit *in testamento* palam te (*sc. heredem*) ex -a (libertu *vel* libertum *trad.*), me ex teruncio. **b** *respicitur certum pretium parvum*: ***α*** *definitiones*: VARRO ling. 5, 174 nummi denarii decuma -a, quod libram pondo as valebat et erat ex argento parva; simbella, quod -ae dimidium, quod semis assis; teruncius a tribus unciis, quod -ae ut haec quarta pars, sic quadrans assis. 10, 38 (*exemplum analogiae*) eandem rationem habere assem ad semissem quam habet in arg[um]ento -a ad simbellam (singulas *trad.*). PLIN. nat. 33, 42 libralis, unde etiam nunc -a dicitur et dupondius, adpendebatur assis. MAECIAN. distrib. 65 semis hac nota scribitur —T, vocatur -a teruncius; est autem -a sestertii decima pars, teruncius quadragesima *eqs.* 66. 68sqq. 74. 76. DON. Ter. Phorm. 43 unciae unius duodecima pars -a dicebatur. GLOSS. -a et teruncium: diminutivo modo libra et tres uncias (*al. sim.*). ***β*** *cetera exempla*: TAB. cer. Pomp. (CIL IV 3340) 143, 10 sestertios mille sescentos quinquaginta nummos nummo -as quinque (*scribitur numeris in pag. exteriore*: HS ∞ DCLIS, *ubi* S *significat dimidium sestertii sc. quinque -as*). CIL VIII 17408, 4 (*aet. Hadriani*) ⟨stat⟩uam argenteam ex $\overline{\text{LI}}$ CCCXXXV tribus libel(lis), sing(ula), terr(uncio) et aeris quad(rante). COD. Theod. 9, 3, 7 (= Iust. 1, 4, 9) victualem substantiam non habentibus *reis* faciant ministrari -is duobus aut tribus diurnis . . . decretis.

2 *de instrumento fabrili, quo planities examinatur* (*nisi de statera* PAVL. FEST. *infra; ad rem v. Brendel, RE Suppl. VII 415sqq.*; GLOSS. *σταθμίον. στάθμη*): LVCR. 4, 515 in fabrica, si pravast regula prima, normaque si fallax rectis regionibus exit, et -a aliqua si ex parti claudicat hilum, omnia mendose fieri . . . necesse est. VARRO rust. 1, 6, 6 locus is melior, qui totus aequabiliter in unam partem verget, quam is qui est ad -am aequos (VITR. 1, 6, 6 conlocetur ad -am . . . amusium . . ., aut locus ita expoliatur ad regulam et -am, ut amusium non desideretur [7, 1, 3 exacta pavimenta. 7, 4, 5 PLIN. nat. 36, 188]. 3, 4, 5. 3, 5, 8 capitulis . . . columnarum non ad -am, sed ad aequalem modulum conlocatis *sc. sec. stylobaten curvatum*. 10, 6, 1 *bis*. PLIN. nat. 36, 172 structuram ad normam et -am fieri, ad perpendiculum respondere oportet). PAVL. FEST. p. 74 deliberare a -a, qua quid perpenditur, dictum. COLVM. 3, 13, 12 sq. fabrilem -am superposuimus; . . . sive pronum seu resupinum est *solum*, . . . deprenditur, quippe . . . -a alterutrum ostendit (VEG. mil. 3, 20 p. 107, 22 ad similitudinem . . . A litterae vel -ae fabrilis acies . . . conponuntur). 8, 17, 3. PLIN. nat. 7, 198 normam . . . et -am . . . Theodorus Samius *invenit*.

3 *de pondere* (*huc spectare videtur* GLOSS. -a: exagium rectum, id est teruncium): AVG. serm. 242, 7, 10 appende macrum et robustum hominem; illum languore vix paucas -as appendentem, illum salubritate corporis multa pondo in carne sua gerentem.

compos.: simbella (sembella). *Keudel.*

libellāris, -e. *a* libellus. [*loco vix sano*: EPIST. pontif. Thiel Gelas. 36 -is incisus episcopi perhibetur inventus (*cf. quae adnotavit Wenzlowsky in translat. theod.*).] *i. q. libello compositus et divulgatus*: CONC. Tolet. a. 400 Mansi 3, 998^{A} *episcopi* -em direxere sententiam (POSSID. vita Aug. 12). LEO M. epist. 31, 4 Conc.^{S} II 4 p. 15, 8 ut per -em satisfactionem proprium damnet errorem. SIDON. epist. 9, 11, 7 -i opere confecto (*cf. ibid. 1* libellum, *5* libro). *n.* -e *pro subst. i. q. vas ad condendos libros aptum*: GREG. TVR. Franc. 4, 46 p. 118, 10 luricam . . . in -e (-i *var. l.*), quo charte abdi soleti sunt, recondit. p. 181, 12 in hoc -e.

libellārius, -a, -um. *a* libellus. *transit in gr.* (*byz.*) *λ(ε)ιβ(ελ)λάριος* (*et -ον pro subst.*). *i. q. ad libellum conductionis pertinens*: CASSIOD. var. 5, 7, 1 patrimonii nostri praedia . . . Thomati -o titulo commisisse, sed eum male amministrando *eqs.* GREG. M. epist. 2, 3 -o nomine *pensio monasterii cuiusdam minuitur* (*cf.* libellaticum).

libellāticum, -ī *n.* *a* libellus. *i. q. pensio, quae pro libellariis praediis quotannis exsolvitur* (*vix liber conductionis*): GREG. M. epist. 1, 42 p. 65, 31 *imperamus*, ut per commodum conductores in massis ecclesiae numquam fiant . . .; sed et ipsa etiam -a, prout summa pensionis fuerit, moderentur (*cf.* libellarius).

libellāticus, -ī *m.* *a* libellus. *i. q. homo Christianus, qui libellum de sacris paganis perpetratis accepit a magistratibus in persecutione Deciana*: CYPR. epist. 55, 13 p. 633, 2 nec tu existimes . . ., sicut quibus videtur, -os cum sacrificatis aequari oportere (*opp. item* 55, 17 p. 636, 7). 55, 14 p. 633, 15 quae inclementia est . . ., -os cum his, qui sacrificaverint, iungere, quando is, cui libellus acceptus est, dicat *eqs.* 55, 26 p. 644, 7 quando multo gravior et peior sit moechi quam -i causa, cum hic necessitate, ille voluntate peccaverit. *cf. p. 1267, 10.*

libellēnsis, -is *m.* *a* libellus. *transit in gr. λιβελλήσιος. e falsa interpretatione vocis gr.*: CONC.^{S} II 3, 1 p. 166, 11 (*a. 449*) sacri scrinii -ium sacrarumque cognitionum (*eadem ibid.* p. 167, 1, *sed* libellorum *codd. BN antiquae recensionis; gr. II 1, 1 p. 177, 4. 24 λιβέλλων*).]

nomen officii in sacro scrinio libellorum, fere i. q. magister libellorum, a libellis (*apponitur subst. l. 20; ad rem v. Premerstein, RE XIII 24, 7sqq.*): EDICT. imp. Iulian. de salut. et sport. Num. (CIL VIII 17896, 47) -is in libello uno duos modios tritici vel duorum modiorum pretium debebit accipere. COD. Iust. 3, 24, 3 pr. (*a. 485/6*) viris devotissimis sacri nostri scrinii -bus sollemnia implentibus (12, 19, 14, 1 *a. 527*. NOVELL. Iust. 20, 7. *cf. ibid.* 35 pr. inter viros devotos *eqs.*). 7, 62, 32, 4a (*a. 440*) nostri . . . -es, quae apud arbitros gesta sunt, suscipiant *eqs.*

Felicius Romanus **libellicus** CIL XIII 1979. *obscurum; dub., an a* libellus *derivandum. significari unum e quinqueviris in persecutione Deciana magistratibus ad libellos recognoscendos adiunctis* (*cf.* libellaticus) *coni. Hirschfeld, Kl. Schr. 171sq.*

libellio, -ōnis *m.* *a* libellus. NON. p. 133, 26 -em ut tabellionem (*affertur* VARRO). *sim.* GLOSS. V 643, 54. **1** *qui libros componit*: VARRO Men. 256 tum ad me ferunt (fuerunt *codd. Nonii*), quod -em esse sciebant. GLOSS. II 257, 38 *βιβλιογράφος* librarius, -o. **2** *qui libros vendit* (*c. contemptu dictum. cf.* GLOSS. II 586, 37 -o: ubi codices venduntur ['*vertit βιβλιοπώλιον*' *Götz*]): STAT. silv. 4, 9, 21 Bruti senis oscitationes de capsa miseri -is emptum . . . donas. GLOSS. II 257, 39 *βιβλιοπώλης*.

libello, -āre. *a* libellus. *i.q. libello demonstrare*: PACIAN.(?) sim. carn. p. 119, 5 quid . . . euangelistae volunt, cum rivum sanguinis, qui esse non potest sine carne, per patriarchas . . . ad dominum usque -ant (*sc. genealogiis Matth. 1, 1sqq. Luc. 3, 23sqq.*; librant *corr. man. alt.*)? qui si vere per ipsorum traduces transfusionesque descendit *eqs.* (*cf. p. 124, 16 caro* per rubricarum notas lineasque descendens). *B.*

libellulus, -i *m.* *a* libellus. *i. q. parvus liber* (*c. affectu modestiae dictum*): TERT. nat. 1, 20, 14 patet . . . vobis, quantum aperire potuerimus e pauculis istis -is, erroris inspectio *eqs.* adv. Marc. 2, 1 p. 333, 5 occasio reformandi opusculi huius, cui quid acciderit primo -o (libello *R*) praefati sumus, hoc quoque contulit nobis, uti duobus diis . . . suum cuique titulum et volumen distingueremus. FVLG. myth. 1 praef. p. 11, 3 in meis -is. MART. CAP. 3, 289 quantum . . . solo inditum -o potest probare serium fastidium.

libellus, -ī *m.* *a* 1. liber. *de scriptura*: libelo DECRET. pontif. (CIL X 8259) 1, 7. *abbreviatur: ?* l(ibellis) CIL VI 627. lib(ello) PAP. Corp. 117 B 1 (*a. 150*). lib(ellorum) CIL XII 1524. NOT. Tir. 76, 20. *pro neutro habet* IOH. MAXENT. Conc.^{S} IV 2 p. 5, 43 (*cf. l. 58*). GLOSS. *βιβλίον. γραμματεῖον.* per -um: *διὰ βιβλιδίου. διὰ βιβλίου. δι' ἐπιστολιδίου. vix huc pertinet* GLOSS. III 370, 35 -um: *σχιάδιον* (*σχιαδρον cod.*; umbellum *coni. Ducange*). *legitur inde a* PLAVTO, VARRONE, CIC.; *abiit in sermonem gr. λίβελλος, -ον.* , [*it.* livello '*pactum conductionis*'. *cf. M.-L. 5010. Battisti-Alessio III 2255. G.*] [*confund. c.* locellus MART. 10, 88, 1. *dub. trad.*: CATVLL. 55, 4 te campo quaesi[vi]mus in minore, te in circo, te in omnibus -is (tabernis *dett.*, ligellis *Guarino*), te in templo *eqs.* (*sunt qui de -is publice propositis accipiant, quod neque sensui neque seriei verborum convenit; alii metonymice pro taberna libraria positum esse contendunt collato Polluce 9, 47 τὸν τόπον* [*sc. ubi libri venеunt*] *τὰ βιβλία οἱ Ἀττικοὶ ὠνόμαζον, sed exempla Latina omnino desunt, cum neque* PRIAP. 2, 2 *neque* MART. 5, 20, 8, *qui testes afferuntur, huc pertineant*). APIC. 7, 259 (7, 1, 5 M.) callum, -i (labelli *vel* lumbelli *coniec. viri d.*), coticulae, ungellae (*ferculum formae convolutae intellexit Vollmer, sed ad partes corporis spectat series verborum*).]

I *de quolibet genere chirographorum*: **A** *generatim*: **1** *de -is ad alios certiores faciendos missis vel traditis, fere i. q. epistula* (*de relatione principis l. 80, mandatis ducis l. 81; cf.* PROP. *p. 1268, 74*): PLAVT. Pseud. 706 in -o hoc obsignato . . . pauxillulo (*716 al.*: epistulam. *cf.* CIC. Att. 11, 1, 1 signatum [LIV. perioch. 49 p. 60, 21]). CIC. Pis. 59 mitte ad eum *Caesarem* -um. BRVT. Cic. fam. 11, 11, 1 ut ex -is eius *Antonii* animadverti, qui in me inciderunt *eqs.* OV. epist. 11, 4 oblitus a dominae caede -us erit. 17, 145 quod tacito mando mea verba -o, fungitur officio littera nostra novo. SVET. Aug. 65, 2 de filia absens ac -o per quaestorem recitato notum senatui fecit. Tib. 18, 2 ut . . . praecepta sequentis diei omnia . . . per -os daret *militibus*. FRONTO p. 78, 19 v. d. H. (p. 83 N.) tardius tibi, domine, rescribo; tardius enim -um tuum apperui. AVR. Fronto p. 82, 8 v. d. H. (p. 87 N.) -um tuum accepi dimisso iam . . . eo, per quem fuerat allatus.

[v. Kamptz]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Avson. 418, 4 p. 285 P. pagina . . . fausta salutigeris adscribens orsa -is (*syn.* epistula). 418, 33 p. 286 quis prohibet 'salve' atque 'vale' . . . scribere felicesque notas mandare -is? Ps. Sen. epist. Paul. 1 -o tuo lecto, id est de plurimis aliquas litteras, quas ad aliquam civitatem . . . direxisti. Hier. epist. 22, 2, 2. 22, 22, 3. 31, 2, 2 (*de epist. 22 ut* 52, 17, 1). 60, 11, 2 (*de epist. 52*). **2** *-i in usum proprium auctorum conscripti* (*sc. ad memoriam servandam vel ad evitandam temeritatem loquendi; iuxta* pugillares *l. 23. 30*): Cic. Phil. 1, 16 in commentariolis et chirographis et -is *Caesaris* se *Antonio* uno auctore prolatis ([*opp.* quae ille in aes incidit]. Att. 16, 16 C, 11 decretum C. recitatum est et multi praeterea -i C. prolati. *cf.* Phil. 1, 19 si quid memoriae causa rettulit in -um [*opp.* quod ad populum . . . tulit]. Att. 14, 14, 2 cui servire ipsi non potuimus, eius -is paremus). Qvint. inst. 10, 7, 31 hanc brevem adnotationem -osque, qui vel manu teneantur et ad quos interim respicere fas sit *oratori* (11, 2, 45 et admoneri et ad -um r. vitiosum. *cf.* 11, 3, 142 nisi si *manus* -um tenebit, quod non utique captandum est: videtur enim fateri memoriae diffidentiam). Tac. ann. 2, 30, 2 uni . . . -o manu Libonis nominibus Caesarum aut senatorum additas atroces vel occultas notas (*cf.* Svet. Cal. 49, 3 in secretis eius reperti sunt duo -i . . .; ambo nomina et notas continebant morti destinatorum). Plin. epist. 5, 13, 6 Nigrinus, tribunus plebis, recitavit *in senatu* -um disertum et gravem, quo questus est *eqs.* 6, 5, 6 et Celsus Nepoti ex -o respondit et Celso Nepos ex pugillaribus (Svet. Aug. 84, 2 sermones quoque cum singulis atque etiam cum Livia sua graviores non nisi scriptos et e -o habebat, ne plus minusve loqueretur ex tempore. Vit. 15, 2 eadem illa, verum e -o, testatus est. *cf. p. 1265, 75. 80 sqq.*). Svet. Iul. 56, 6 epistulae . . . eius *Caesaris* ad senatum extant, quas primum videtur ad paginas et formam memorialis -i convertisse, cum antea consules et duces non nisi transversa charta scriptas mitterent. Nero 52 pugillares -ique cum quibusdam notissimis versibus ipsius chirographo scriptis *eqs.* **3** *-i publice sparsi vel propositi* (*cf. p. 1264, 82. 1265, 61 sqq.*): **a** *in univ.*: Cic. Phil. 2, 97 gladiatorum -os (*cf.* Ov. ars 1, 167. Treb. Claud. 5, 5 habuit . . . tuus -us munerarius hoc nomen *Aureoli* in indice ludiorum). Petron. 28, 6 in cuius *ianuae* poste -us erat cum hac inscriptione fixus: '. . .' (Ivv. 12, 100 *orbis aegrotantibus* legitime fixis vestitur tota -is porticus, existunt qui promittant hecatomben. *cf.* Cod. Theod. 2, 14, 1, 2 ut -i aut tituli eorum *potentium* nominibus aedibus adfigantur alienis). Mart. 14, 137 (142), 1 si recitaturus dedero tibi forte -um (*sc. invitantem ut*: Tac. dial. 9, 3 *poeta recitaturus* et domum mutuatur et auditorium exstruit et subsellia conducit et -os dispergit. Plin. epist. 3, 18, 4 hunc librum cum amicis recitare voluissem, non per codicillos, non per -os, sed 'si commodum' . . . admoniti . . . convenerunt). Tac. ann. 4, 27, 1 auctor tumultus T. Curtisius . . . primo coetibus clandestinis . . ., mox positis propalam -is ad libertatem vocabat . . . servitia (*cf.* Vlp. dig. 47, 2, 43, 8 ut -um proponant continentem invenisse se et redditurum ei qui desideraverit *rem* [Fortvn. rhet. 1, 18 p. 95, 26 cuiusdam servus fugerat: -o proposito vel per praeconem nuntians dixit daturum se *eqs. cf. l. 56. 68. p. 1265, 66. al.*]). Svet. Iul. 41, 2 edebat per -os circum tribum missos scriptura brevi: 'Caesar dictator illi tribui; commendo vobis illum et illum, ut vestro suffragio suam dignitatem teneant'. Avson. 419, 50 p. 366, 324 P. litteras tuas, *quibus me consulem designasti*, si in omnibus pilis atque porticibus . . . instar edicti pendere mandavero, nonne tot statuis honorabor, quot fuerint paginae -orum? **b** *-i per ludibrium vel ad infamiam alicuius conscripti*: Sen. suas. 1, 6 complures contumeliosi -i proponebantur, . . . sicut ille, qui subscriptus statuae eius *Antonii* fuit *eqs.* (*cf. l. 63 et* Tac. hist. 2, 48, 1 -os epistulasque studio erga se aut in Vitellium contumeliis insignes). Tac. ann. 1, 72, 3 primus Augustus cognitionem de famosis -is specie legis eius tractavit, commotus Cassii Severi libidine, qua viros feminasque inlustres procacibus scriptis diffamaverat (Svet. Aug. 55 sparsos de se in curia. Satvrn. dig. 48, 19, 16 pr. Pavl. sent. 5, 4, 1 conviciis et f. -is. 5, 4, 17 qui f. -os in contumeliam alterius proposuerint. Dig. 47, 10 rubr. *al. accedit notio delationis sine nomine factae*: Edict. imp. Constant. de accus. [CIL III 12043] 37 placet . . . f. -os non admitti; qu(o)s sine nomine propositos si qui invenerit *eqs.* Cod. Theod. 9, 34 rubr. 9, 34, 1. 3. 5. *al. cf.* 9, 34, 4 famosa scribtio -orum, quae nomine accusatoris caret). Svet. Iul. 80, 2 peregrinis in senatum allectis, -us propositus est: 'bonum factum; ne quis senatori novo curiam monstrare velit' (*sim.* Vit. 14, 4 Dom. 14, 2). Aug. 55 qui -os aut carmina ad infamiam cuiuspiam sub alieno nomine edant (Gaivs inst. 3, 220 scripserit. Vlp. dig. 47, 10, 5, 9 -um ad i. alicuius pertinentem). Tib. 66 urebant insuper anxiam mentem varia undique convicia, nullo non damnatorum omne probri genus coram vel per -os in orchestra positos ingerente. Vlp. dig. 47, 10, 15, 29 si quis -o dato vel principi vel alicui famam alienam insectatus fuerit. Tert. nat. 1, 17, 5 festivos -os, quos statuae sciunt (*cf. l. 56*). **4** *-i rationem vel indicem continentes*: Cic. Verr. II 2, 182 duos . . . -os a L. Canuleio *publicano* missos sociis ex portu Syracusis, in quibus erat scripta ratio mensium complurium rerum exportatarum istius nomine sine portorio (*de isdem* 2, 183. 184 parvis. 185 pusilli et contempti. *cf.* Flor. epit. 4, 12, 44 thensaurorum rationes continentem). 4, 149 -um . . . . in quo istius furta Syracusana perscripta erant. Tac. ann. 1, 11, 3 *Tiberius* proferri -um recitarique iussit: (4) opes publicae continebantur, quantum civium sociorumque in armis, quot classes regna provinciae *eqs.* Pavl. dig. 39, 4, 4, 1. *determinantur per gen.*: Vlp. dig. 23, 3, 9, 3 si rerum -us marito detur . . . (nam mulier res, quas solet in usu habere . . . neque in dotem dat, in -um solet conferre eumque -um marito offeire, ut is subscribat, . . . et velut chirographum eius uxor retinet res, quae -o continentur, in domum eius se intulisse): *eqs.* Pavl. dig. 32, 99 pr. ex -is familiae. Rvric. epist. 2, 2 de -o dotis. *per comparationem de libro dei* (*cf. p. 1277, 46*): Ven. Fort. vita Albin. 1, 1 ut eius vita, quae immarcescibilibus meritis florere probatur caelestibus inpressa -is ad aedificationem plebis humanis etiam fixa conderetur in chartis. **5** *usu vario*: Cic. Att. 6, 1, 3 mandatorum . . . mihi -um dedit *Brutus*. 6, 1, 5 -um ipsius habeo, in quo est 'Salamini pecuniam debent M. Scaptio et P. Matinio, familiaribus meis'. 9, 13, 7 nos quae monstra cotidie legamus, intelliges ex illo -o (exilio -i *codd.*), qui ⟨i⟩n epistulam coniectus est. Tac. ann. 16, 14, 2 interceptis Antei litteris, furatus etiam -os, quibus dies genitalis eius et eventura secretis Pammenis occultabantur. Plin. epist. 9, 15, 1 tam multis undique rusticorum -is et tam querulis inquietor (*cf. 7, 30, 3* querelae rusticorum. *9, 36, 6 colonorum* agrestes querelae). Svet. Iul. 64 *Caesar* nando . . . evasit . . . elata laeva, ne -i quos tenebat madefierent (81, 4 Claud. 15, 4. Galba 21 manibus . . . articulari morbo distortissimis, ut . . . nec -os evolvere aut tenere omnino valeret). S. C. Iuvent. (dig. 5, 3, 20, 6) quae imperator . . . Hadrianus . . . -o complexus esset, quid fieri placeat (*sed Paul. dig. 5, 3, 22 et 5, 3, 40 pr.* in oratione divi Hadriani). Apvl. met. 6, 7, 5 *Venus* -um ei *Mercurio* porrigit, ubi Psyches nomen continebatur et cetera.

B *speciatim fere technice* (*cf. Premerstein, RE XIII 30 sqq.; graece respondet βιβλίον vel λίβελλος, ubi nihil aliud adnotatur*): **1** *de -is principi vel quibusdam magistratibus datis fere i. q. preces, supplicatio, petitio* (*cf. p. 1263, 75; huc spectare etiam quaedam infra allata vix negaverimus, cf. maxime p. 1266, 6 sqq. 42 et 1267, 26*): **a** *respiciuntur petentes*: Cic. Att. 16, 16 A, 4 ut primum Buthrotium agrum proscriptum vidimus, commotus Atticus -um composuit; . . . eum -um Caesari dedi: . . . rescripsit Attico aequa eum postulare *eqs.* (Mart. 8, 82, 1 dante tibi turba querulos, Auguste, -os. Plin. epist. 10, 58, 3 Domitiano. 10, 59. 10, 81, 5 postulationum suarum -os. 10, 81, 6. 10, 92. Svet. Vit. 10, 1 Othoni. Vlp. dig. 46, 8, 21 principi [Pavl. dig. 2, 4, 15 p. vel praesidi. *al.*]). Bell. Alex. 52, 2 -um, quasi aliquid ab eo postularet, ut miles ei *Cassio pro praetore* tradit (Svet. Claud. 37, 1). Decret. decur. Pis. de C. Caesare (CIL XI 1421) 45 -o reddito im⟨p(eratori) Ca⟩esari Augusto (49). Mart. 8, 24, 1 si quid forte petam timido gracilique -o (Amm. 28, 1, 9 -o petiverunt oblato. Conc.^{S} I 3 vers. Tur. p. 174, 6 per -os veniam petere [= I 5 p. 364, 27; *gr. I 1, 3 p. 34, 23 διὰ λιβέλλων*]. *cf.* Plin. epist. 10, 81, 5 conplexurum se -o, quae rei publicae peteret). 8, 31, 3 supplicibus dominum lassare -is. Qvint. inst. 6, 3, 59 *Augustus* militi -um timide porrigenti (Svet. Aug. 53, 2 *eadem de re*). Ivv. 14, 193 vitem (*i. dignitatem centurionis*) posce -o (Svlp. Sev. chron. 2, 45, 3. *cf.* Tac. hist. 1, 44, 2 -os praemium exposcentium [Svet. Vit. 10, 1 *eadem de re*]). Plin. epist. 10, 106 per quem indulgentiam pro statu filiae suae implorat. Apvl. flor. 16 p. 72 per quem postulabat locum celebrem statuae meae. Call. dig. 42, 1, 33 Hadrianus aditus per -um (Cod. Theod. 5, 6, 3, 1). *al.* **b** *respiciuntur principes vel magistratus*: *α in univ.*: Sen. dial. 12 (11), 6, 5 (*ad Polybium*) audienda sunt tot hominum milia, tot disponendi -i *eqs.* Mart. 11, 1, 5 libros non legit ille *Parthenius*, sed -os (Traian. Plin. epist. 10, 60, 2 -os Furiae Primae accusatricis, item ipsius Archippi . . . legi. 10, 107 Svet. Aug. 45, 1. *al.*). Plin. epist. 10, 47, 2 exegi, ut quae dicebant . . . -o conplecterentur, quem tibi qualem acceperam misi (10, 59. 10, 106 Apvl. flor. 16 p. 72. *al.*). 10, 59 *ab accusatrice* acceptum -um his epistulis iunxi (10, 81, 6. 10, 83 *syn.* preces. *al.*). 10, 92 *Amisenorum* -um . . . his litteris subieci. *β -i subnotantur, rescribuntur sim.* (*cf.* Cic. *l. 33; fort. huc pertinet etiam* Traian. Plin. epist. 10, 107 -um rescripti, *ubi* -um rescriptum *legendum censent Kipp, Gesch. d. Quellen d. röm. Rechts*^{3} *77 n. 47 et Wilcken, Hermes 55, 1920, 19 n. 3*): Plin. epist. 1, 10, 9 sedeo pro tribunali, subnoto -os, conficio tabulas *eqs.* Svet. Aug. 45, 1 Caesarem . . . reprehensum . . ., quod inter spectandum epistulis -isque legendis aut rescribendis vacaret (CIL III 12336, 3 *v. infra. cf.* Mavric. dig. 33, 2, 23 hoc . . . imperator Antoninus ad -um rescripsit [Call. dig. 1, 19, 3, 2. 49, 14, 2, 2. *al. cf.* Vlp. dig. 30, 41, 7 divorum fratrum . . . rescriptum ad -um Procliani]. Macer dig. 49, 5, 4 se -um principi dedisse et sacrum rescriptum expectare). 50 in diplomatibus -isque et epistolis signandis initio sphinge usus est *eqs.* Vlp. dig. 1, 16, 9, 1 ubi decretum necessarium est, per -um id expedire proconsul non poterit; omnia enim quaecumque causae cognitionem desiderant, per -um non possunt expediri. Pavl. dig. 4, 8, 32, 14 -o cuiusdam id querentis imperator Antoninus subscripsit posse eum *eqs.* (Lampr. Comm. 13, 7 Commodus in subscribendo tardus et neglegens, ita ut -is una forma multis subscriberet *eqs.* Cod. Iust. 1, 51, 2 *a. 320. cf.* Epist. procur. de salt. Bur. II [CIL VIII 10570] 4, 14 subscriptionem . . . ad -um suum datam [Epist. imp. Alex. Sev. dig. 48, 10, 29]). Capitol. Opil. 13, 1 cum Traianus numquam -is responderit (*ad rem cf. Mommsen, Ges. Schr. II 187 sq.*). *γ -i proponuntur* (*de re cf. Wilcken, APF 9, 1930, 15 sqq.*): Pap. Corp. 117 A (= B) 1 (*a. 150*) descriptum et recognitum ex -o proposito cum ali(i)s in portico Iuniae Ba . .⟨. .⟩.ae (CIL III 12336, 3

[v. Kamptz]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

⟨e⟩x ⟨l⟩ibro ⟨li⟩bellorum rescript⟨o⟩rum a domino n(ostro) imp(eratore) ... Gordiano ...⟨e⟩t propo⟨s⟩it⟨o⟩rum ⟨R⟩oma⟨e⟩ in portic⟨u the⟩rmarum Tr⟨a⟩ianarum. *cf. 1267, 51*). **c** *officia vel officiales* (*v. Hirschfeld, Verwaltungsbeamte 318 sqq. Friedländer, Sittengesch.⁹ I 54 sq. IV 32 sqq. Premerstein, RE XIII 15 sqq.*): **α** a -is: Ⓘ *absolute*: Ⓐ *de officialibus aulae imperatoriae*: ① *auctores*: TAC. ann. 15, 35, 2 *Torquatus Silanus accusatur* habere, quos ab epistulis et -is et rationibus appellet, nomina summae curae et meditamenta. SVET. Nero 49, 3 Epaphrodito a -is (Dom. 14, 4). SPART. Hadr. 22, 8 ab epistulis et a -is primus equites Romanos habuit. LAMPR. Alex. 31, 1 postmeridianas horas subscriptioni et lectioni epistularum semper dedit, ita ut ab epistulis, ⟨a⟩ -is et a memoria semper adsisterent. ② *tituli*: CIL III 259 a -is et c⟨ensibus⟩ (IX 4453 *suppl. ex* XIII 1808. XI 5213 a c., a -is Aug(usti). XIV 5347 a -is et c. imp(eratoris) Antonini Aug(usti) Pii, ... a -is Antonini ... sub divo Hadriano. INSCR. Année épigr. 1954 n. 253). VI 8614. XI 5028 proc(uratori) imp(eratoris) a patrim(onio) et heredit(atibus) et a li⟨b⟩ell(is). XV 7444. Ⓑ *in administratione provinciarum* (*v. Grosse, Röm. Militärgesch. 135 sq. Premerstein, RE XIII 25 sq.*): NOT. dign. or. 20, 17 a -is (*sine additamento ut* 21, 13. 29, 16. 43, 12. *al.*). 28, 52 a -is sive subscribendarium (30, 4. 31, 73. 32, 50. *al.*). 37, 50 a -is sive regerendarium. *deest in Not. dign. occ.* Ⓒ *in officio praefecti praetorio* (*si recte solvit Mommsen*): CIL VI 627 T. Vibius Rufinus coh(ortis) IIII ⟨pr(aetoriae)⟩ ... a l(ibellis) p(raefecti) *eqs.* Ⓓ *in officio annonae* (*v. Hirschfeld, Verwaltungsbeamte 244 n. 1. Premerstein, RE XIII 20*): CIL VI 8474 (= 33727) a -is fisci frum(entarii) (8475). Ⓔ *indicatur gradus dignitatis*: CIL VI 180 proximus a -is. 1628 magistro a lib⟨ellis⟩, ⟨m⟩agistro a cen⟨sib(us)⟩. 8615 a -is adiutori (33741 ⟨adiut⟩ori a -is). 8616 custodi a -is. 8617 scriniario a -is. **β** magister -orum (*cf. l. 27. 45. 58*): CIL VI 1704 (*intra a. 323 et 337*) magistro censu(u)m, ... magistro -orum *eqs.* VI 510 (*a. 376*) m. libell(orum) et cognition(um) sacrarum *eqs.* NOT. dign. or. 1, 23. 19, 4. 10 m. -orum cognitiones et preces tractat (*eadem definitio* occ. 17, 13). occ. 1, 21. 17, 4 NOVELL. Theod. 1, 7 DIG. 1, 11, 1. **γ** proximus -orum (*cf. l. 27. 41*): AMM. 22, 9, 16 Thalassium ... ex proximo -orum. COD. Theod. 6, 26, 4 (= Iust. 12, 19, 1) proximos memoriae, epistularum ac -orum. *cf.* PAP. Preisigke Sammelb. I 2598 *ὁ τῶν λιβέλλων πρόξιμος*. **δ** scrinium -orum: ① *aulae imperatoriae*: COD. Theod. 6, 26, 1 in scriniis ... memoriae ..., epistularum ac -orum. 6, 26, 7. 6, 26, 12 sive ii de scrinio memoriae sive epistularum vel -orum ... comites fuerint. *al.* CONC.S II 2, 1 p. 56, 20 proximo sacri scrinii -orum et sacrae cognitionis ([*cf.* II 3, 1 p. 133, 12; *gr. II 1, 1 p. 149, 19 προξίμου τοῦ θείου σκρινίου τῶν λιβέλλων*]. COD. Iust. 10, 32, 67, 3). COD. Iust. 1, 17, 2, 9 (= DIG. de confirm. dig. 9; *cf.* COD. Iust. de cod. comp. 1 de cod. confirm. 2) magistrum scrinii -orum sacrarumque cognitionum (*gr. dig. l. c. ἀντιγραφέως τοῦ θείου σκρινίου τῶν τε θείων λιβέλλων καὶ τῶν βασιλικῶν διαγνώσεων*. CIL XII 1524 [*s. V in.*] ex magistro scrinii lib(ellorum)). 12, 19, 3 *a. 396*. 12, 19, 4 *a. 407*. 12, 19, 13 pr. sacrorum ... -orum (12, 19, 15, 1. 3. 4. 12, 59, 10, 5). *al.* Ⓘ *praefecti praetorio Africae*: COD. Iust. 1, 27, 1, 27. **ε** *minus technice*: TAC. ann. 16, 8, 1 Silanum increpuit ..., tamquam disponeret iam imperii curas praeficeretque rationibus et -is et epistulis libertos. TRYPH. dig. 20, 5, 12 pr. rescriptum est ab imperatore -os agente Papiniano. SPART. Pesc. 7, 4 *Paulus et Vlpianus* postea, cum unus ad memoriam alter ad -os paruisset, statim praefecti facti sunt. AMM. 20, 9, 8 magistrum ... officiorum ... Anatolium ordinavit -is antea respondentem. COD. Theod. 11, 16, 14 (= Iust. 10, 48, 11 pr.) eos, qui cum honore comitum, nomine magistrorum, memoriae praefuerint vel epistulis vel -is.

2 *in re iudiciaria*: **a** *latius de variis litteris, quae continent vel indicant*: **α** *missionem in bona* (*cf. Kaser, Röm. Zivilprozeßrecht 303 sq.*): CIC. Quinct. 27 -os Sex. Alfenus, procurator P. Quincti ... deicit (61 *bona proscribi* non passus est, -os deiecit. 63 -os ... deiecisse, vadimonium promisisse. 73. SEN. benef. 4, 12, 2 spondeo pro iudicato et suspensis amici bonis -um deicio creditoribus eius me obligaturus). 50 cuius bona ex edicto possidentur, ...; de quo -i in celeberrimis locis proponuntur, *eqs.* **β** *nomina iudicum*: CIC. Verr. I 17 (*ad iudices*) -i nominum vestrorum consiliique huius in manibus erant omnium (*cf.* Ps. ASCON. Verr. p. 210, 15 cum iurassent omnes *iudices* ..., nomina eorum -is ... continebantur et ubique habebantur, ne pro selectis iudicibus ... aliqui suppositi corruptissime iudicarent. SCHOL. Cic. Gron. B p. 335, 32). Ps. ASCON. Verr. p. 216, 14 *esse* interpolatos -os sortitionis iudicum. **γ** *testimonium sim.*: CIC. Cluent. 197 non illi in -is laudationum decreta miserunt, sed homines honestissimos ... hunc praesentes laudare voluerunt. APVL. apol. 57, 2 testimonium ex -o legi audisti ... Iuni Crassi (59, 1. *cf.* 59, 4 is *Crassus* tecum, Maxime, praesens per -um loquitur). **δ** *edictum praetoris* (*?*): MART. 10, 88, 1 omnes persequeris praetorum, Cotta, -os (locellos *var. l.*); accipis et ceras; officiosus homo es (*cf. Izaac ad l.*). **ε** *sententiam iudicis*: SVET. Nero 15, 1 in iuris dictione postulatoribus nisi sequenti die ac per -os, non temere respondit. ROMVL. fab. 48, 7 rec. gall. iudex ... de -o sententiam legit (PASS. Crispin. 4, 1. *cf.* COD. Theod. 11, 30, 40 omnem, quae de -o scribta recitatur, dici volumus atque esse sententiam ...; quidquid ... -i [-is *Mommsen*] absque documento et recitatione decernitur, praeiudicii loco ... putatur). COD. Theod. 4, 18(17), 4 sententia non valeat, quae ex -o data non fuerit (cf. COD. Iust. 7, 44, 2 pr. [*a. 371*] ut iudices ... sententias ponderatas ... in -um conferrent scriptasque ex -o partibus legerent).

b *strictius in actionibus instituendis, restaurandis sim.*: **α** *nude positum spectat ad*: Ⓘ *delationem vel accusationem* (*cf. p. 1263, 64*): VELL. 2, 57, 2 -i coniurationem nuntiantes dati (*sc. Caesari, ut*: SVET. Iul. 81, 4 -um ... insidiarum indicem ab obvio quodam porrectum -is ceteris, quos sinistra manu tenebat quasi mox lecturus, commiscuit. FLOR. epit. 4, 2, 94. *cf.* SVET. Cal. 15, 4 -um de salute sua oblatum *Caligulae*. Dom. 17, 1 *Domitiano* traditum). QVINT. inst. 12, 8, 5 quos componit aut litigator ... aut *advocatus* (IVV. 6, 244 accusat Manilia, si rea non est; conponunt *feminae* ipsae per se formantque -os *eqs.* MOD. dig. 47, 2, 73 Sempronia -os composuit quasi datura centurioni, ut ad officium transmitterentur *eqs.*). TAC. ann. 1, 74, 2 occultis -is saevitiae principis adrepit. 2, 29, 2 -os et auctores recitat Caesar ita moderans, ne lenire neve asperare crimina videretur. 2, 30, 1. 3, 16, 1. 3, 68, 1 -os divi Augusti de Voleso Messala ... factumque in eum senatus consultum (*cf.* PLIN. epist. 7, 27, 14 datus a Caro de me -us). PLIN. epist. 10, 96, 5 propositus est -us sine auctore multorum nomina continens (TRAIAN. Plin. epist. 10, 97, 2 s. a. ... propositi -i ⟨in⟩ nullo crimine locum habere debent). SVET. Cal. 30, 2 in ... senatores ... invectus est prolatis -is, quos crematos simulaverat. APVL. apol. 2, 3 dat -um nomine privigni mei (*seq.* proprio nomine accusationem delatam sustinere). 60, 3 prolatus est. 102, 9 -i vestri atrox principium ...: 'hunc ... reum apud te facere institui'. VLP. dig. 49, 1, 13 pr. appellanti nihil obesse, quod in -is, a qua parte sententiae appellaret, non significavit. PAVL. dig. 2, 4, 15 libertus adversus patronum dedit -um (AVG. gest. Pelag. 13, 29. CONC.S II 3, 2 p. 18, 5 obtulit. p. 27, 1 porrexerat. p. 27, 18 oblati sunt. *cf.* AVG. gest. Pelag. 21, 45 qui contra eum -um dederant [25, 62 p. 116, 24. CONC.S II 3, 1 p. 145, 15 accusante ... et -um c. eum dante]). 5, 2, 7 si comminatus tantum accusationem fuerit vel usque ad denuntiationem vel -i dationem praecesserit, *eqs.*: idque divus Pius de -i datione et denuntiatione rescripsit. *al.* Ⓘ *litis denuntiationem sim.*: VLP. dig. 2, 13, 1, 1 *actionem* edere est etiam copiam describendi facere: vel in -o complecti et dare vel dictare. 39, 2, 4, 6 totiens ... praetorem exigere denuntiationem intellegendum est, si sit cui denuntietur: ... si non sit, ... cessat haec pars edicti; est tamen tutius -um ad ipsas aedes proponere *eqs.* frg. Vat. 162 si is, qui potiorem nominavit, litteras petierit ad magistratus, ut conpellant eum venire, quem ... nominavit, ⟨postquam⟩ -os dedit, altera die litteras accipere debet *eqs.* (*cf.* 167 -os det et litteras petat). 166 -i ita formandi: '...'; ... fine talem clausulam addat: 'rogo, praetor, ... -os accipere digneris'. 167 si pro tribunali dabuntur, quinque, de plano quattuor dandi erunt (210).

β *accedunt determinationes fere sollemnes*: TAC. ann. 3, 44, 2 increpabant ... Tiberium, quod ... -is accusatorum insumeret operam (AMBR. obit. Valent. 18 HIER. adv. Rufin. 2, 11 p. 433B. *cf.* VLP. dig. 48, 5, 18, 1 accusatorios [48, 5, 30, 8]. COD. Iust. 9, 9, 17 pr. *a. 257* accusationis [GREG. M. epist. 5, 36 p. 318, 23]). VLP. dig. 48, 5, 2, 8 -os inscriptionum (PAVL. dig. 48, 2, 3 pr. inscriptionis. 48, 2, 3, 1). 49, 1, 1, 4 appellatorii (MARCIAN. dig. 49, 1, 5, 4 COD. Theod. 11, 30, 2. 11, 30, 56 = Iust. 7, 62, 28. CASSIOD. hist. 5, 34, 36; *Socr. 2, 40 p. 344B ἐκκλήτοις tantum*. COD. Iust. 7, 62, 6, 5. 7, 62, 12 *a. 314. al. cf.* LEO M. epist. 23, 1 Conc.S II 4 p. 5, 2 appellationis [*gr. II 1, 2 p. 46, 29 λίβελλον ἐκκλήτου ut in seqq.* 44, 3 *ibid.* p. 20, 30. CONC.S II 2, 1 p. 24, 2; *cf.* II 3, 1 p. 10, 27. CASSIOD. hist. 5, 34, 35; *Socr. 2, 40 p. 344A ἐκκλήτου βιβλίον*]). frg. Vat. 156 contestatorios (LEO M. epist. 23, 1 Conc.S II 4 p. 5, 3; *gr. II 1, 2 p. 46, 30 διαμαρτυρίας λιβέλλους*). SYMM. rel. 32, 4 provocationis (*i. appellationis*). COD. Theod. 2, 14, 1, 3 (= Iust. 2, 14, 1, 3) contradictoriis -is aut titulis. 9, 6, 2 delationum (*cf.* 10, 10, 7 delatorios). 11, 8, 3, 1 (= Iust. 1, 55, 9, 1) querellae propriae -um conscribtum ... in frequentioribus civitatum locis adfigendum. 11, 30, 8 pr. refutatorii (11, 30, 24. 29 RVSTIC. Conc.S I 4 p. 162, 7 COD. Iust. 7, 62, 39, 1 a. 7, 63, 5, 2). COD. Iust. 3, 1, 16 recusationis (3, 1, 18). 7, 40, 3 pr. conventionis (7, 40, 3, 3 INST. Iust. 4, 6, 24). DIG. 49, 6 rubr. de -is dimissoriis, qui apostoli dicuntur (*sed Marcian. ibid. pr.* litteras dimissorias).

c *generalia vel ambigua*: CIC. Att. 15, 24 *Silii* causam composui; eum -um tibi misi (*de eadem re 15, 23* cui *ὑπόμνημα* compositum). HOR. sat. 1, 4, 66 Sulcius acer ambulat et Caprius, rauci male cumque -is (PORPH.: acerrimi delatores et causidici fuisse traduntur ...; 'cum -is' autem, ⟨in⟩ quibus adnotant, quae deferunt. *sed potest etiam de -is delatoriis intellegi, cf. Kießling-Heinze ad l.*). SEN. frg. 36 sunt qui ad vadimonia sua deos advocent, sunt qui -os offerant et illos causam suam doceant. MART. 5, 51, 1 hic, qui -is praegravem gerit laevam, notariorum quem premit chorus levis, qui codicillis hinc et inde prolatis epistolisque commodat gravem vultum *eqs.* QVINT. inst. 6, 2, 5 hoc *proprium oratoris opus* non docet litigator, hoc causarum -is non continetur. IVV. 7, 107 quid causidicis civilia praestent officia et magno comites in fasce -i? *in titulo libri*: DIG. tit. libr. 25, 60 *Pauli* de iure -orum.

3 *ap. Christianos* (*quatenus usus Christianus a communi non differt, exempla supra inseruimus*): **a** *de litteris martyrum, quibus lapsi ecclesiae reconciliandi commendantur* (*fusius de re agit Tert. pudic*

[v. Kamptz]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

22; cf. etiam mart. 1, 6 quam pacem quidam in ecclesia non habentes a martyribus in carcere exorare consueverunt): CYPR. epist. 15, 4 ut nominatim designetis eos, quibus pacem dari desideratis; audio enim quibusdam sic -os fieri, ut dicatur 'communicet ille cum suis'; ... *ita enim* possunt nobis ... triceni ... offerri, qui propinqui ... esse adseverentur eius qui accepit -um (18, 1 qui -os a martyribus acceperunt et praerogativa eorum apud deum adiuvari possunt. 19, 2 *bis.* 20, 3 *bis.* 33, 2). 20, 2 p. 528, 5 confessores ... deprecatione conrumpere, ut sine ullo discrimine ... darentur cotidie -orum milia contra euangelii legem. 27, 1 p. 541, 3. 10. 14 (*l. 6 et 9* litteras). **b** *de instrumentis nonnumquam etiam pecunia emptis, quibus Decio imperante sacrificium deis imperii factum esse probabatur* (*v.* libellatici *et Premerstein, RE XIII 46 sq.*): CYPR. epist. 20, 2 p. 528, 2 qui sacrilegis contactibus manus suas adque ora maculassent vel nefandis -is nihilominus conscientiam polluissent (67, 6. *cf.* 30, 3 nefariorum). 55, 3 qui -is conscientiam suam maculaverint vel nefanda sacrificia commiserint (55, 14 p. 634, 2 qui -o maculatus est. 59, 9 vel sacrificio vel -o. *cf.* 55, 10 -i ... labe maculatum. 67, 6 -i maculam). 55, 14 p. 633, 16. 19 cum occasio -i fuisset oblata (Fort. 11). 67, 1 -is idolatriae commaculatos (67, 6 contaminati). laps. 27 qui etsi nefandis sacrificiis manus non contaminaverunt, -is tamen conscientiam miscuerunt. 28 nullo sacrificii aut -i facinore constricti. **c** *de litteris, quae dantur de miraculis martyrum ab hominibus mirabiliter sanatis* (*cf. Lucius, Anfänge des Heiligenkults 284, 1. Harnack, SB Berl. 1910, 106 sqq. Reitzenstein, Hist. Monach. u. Hist. Laus. 89 n. 3; exemplum exstat* AVG. serm. 322 rogo, ... papa Augustine, ut hunc -um meum, quem ex praecepto tuo obtuli, sanctae plebi iubeas recitari): AVG. civ. 22, 8 p. 577, 20 D. nec ... omnia *miracula Stephani* colligi poterunt, sed tantum de quibus -i dati sunt (*ibid.* l. 26 de his, quae mirabiliter facta sunt. p. 578, 1. 7 serm. 319, 6, 6. 321), qui recitarentur in populis (p. 578, 7. p. 579, 10. p. 580, 32 narrationis eius -um. p. 581, 8 serm. 322). p. 581, 3 cum eorum legeretur -us. serm. 286, 8, 7 de -is miraculorum martyrum, quae in conspectu vestro leguntur. 320. 322. **d** *varia*: LIB. pontif. p. 114, 21 ut, si invenirent conplicem Petri Acacium, iterum damnarent eos, si non, offerrent -um paenitentiae. p. 116, 8 sub satisfactione -i purgatum Mesenum episcopum (p. 117, 1 si non penitens sub satisfactionem -i postularet paenitentiam). CONC.^{S} I 5 p. 356, 29 cessionis suae ... obtulit -um (*gr. I 1, 7 p. 124, 3 παραιτήσεως ... βιβλίον*). IOH. MAXENT. Conc.^{S} IV 2 p. 3, 1 incipit -us fidei oblatus legatis apostolicae sedis Constantinopolim *eqs.* (*cf.* p. 5, 43 Flavianus ... episcopus in -o, quod de fide sua Theodosio dedit imperatori. GREG. M. epist. 6, 15 p. 395, 2 -us, quem delegatis ... iudicibus optulit, rectae fidei ... concordat. 6, 62 p. 438, 8. 18).

4 *de variis instrumentis, quae continent vel indicant*: **a** *definitionem locorum per arbitrum ex compromisso*: SENT. Helvidi Prisci (CIL IX 2827) 8 cum -us vetus ab actoribus Histoniensium prolatus sit... et in eo scriptum fuerit eorum locorum, de quibus agitur, factam definitionem per Q. Coelium Gallum (*de eodem* l. 24 propter vetustatem -i interrupti in ea parte). **b** *dimissionem collegii funeraticii Alburnensis*: TAB. cer. Dac. (CIL III p. 925) int. 1 (= ext.) descriptum et recognitum factum ex -o, qui propositus erat Alb(urno) maiori ad statione⟨m⟩ Resculi *eqs.* (*cf. p. 1264, 83*). int. 6 (= ext. 10) *magister collegii et duo quaestores* posito hoc -o publice testantur (int. 18 = ext. 24 per hunc -um). **c** *divortium matrimonii*: -us divortii: PAPIN. dig. 24, 2, 7. -us repudii (*gr. respondet fere βιβλίον ἀποστασίου*): ITALA deut. 24, 1 (Tert. adv. Marc. 4, 34 p. 533, 8; *cf.* VVLG.) si sumserit quis uxorem ... et evenerit non invenire eam apud eum gratiam ..., scribet -um r. (*Lugd.* librum) et dabit in manu eius et dimittet illam de domo sua. Is. 50, 1 (Rufin. Orig. in exod. 8, 5 p. 228, 17) -us r. matris vestrae, quo dimisi eam (*Vulg.* liber). Matth. 5, 31 (cod. aur. *al.* = VVLG.) quicumque dimiserit uxorem suam, det illi -um r. (*cod. a al.* repudium, *gr. ἀποστάσιον*). 19, 7 (cod. c *al.* = VVLG.; *cod. a al.* librum). Marc. 10, 4 (cod. a c = VVLG.). VVLG. deut. 24, 3 (*Lugd.* librum). Ier. 3, 8. RVFIN. hist. 4, 17, 5 mulier -o ei *marito* r. dato discedit (*Iustin. apol. 2, 2 ῥεπούδιον*). *al.* **d** *supremam voluntatem, fideicommissum*: VLP. dig. 43, 5, 1 pr. (*edict. praet.*) si -us aliudve quid relictum esse dicetur (*antea*: tabulas ... ad causam testamenti ... pertinentes). COD. Iust. 6, 42, 22 (*a. 293*) et in epistula vel brevi -o vel sine scriptura, immo etiam nutu fideicomissum relinqui posse adhibitis testibus nulla dubitatio est. **e** *pactum conductionis* (*cf.* COD. Theod. 5, 13, 4, 1 hi ..., quos commoditas praediorum ad eadem postulanda sollicitat, adeant tuae dicationis officium et modum suae deliberationis indicent per -os. *v. etiam* libellarius, libellaticum): GREG. M. epist. 1, 42 p. 63, 12 volumus, ut securitatis -os ita de pensionibus facias, quatenus inprimas, dicens, tantam pensionem unumquemque debere persolvere. 8, 32 p. 34, 20 castrum ... in solo iuris monasterii ... esse fundatum atque ob hoc habitantes illic factis -is solaticum singulis annis expondisse persolvere (9, 194 p. 182, 13 ad tres siliquas aureas f. -is ei vineolam ipsam locare). 9, 78 p. 95, 4 voluerat ... possessionem iuris ecclesiastici sub specie -orum tenere.

II *de libris* (-us *et* liber *opponuntur c. respectu argumenti p. 1264, 54, c. resp. magnitudinis p. 1268, 23. 25. 27. 82; ceterum distingui videntur ex affectu loquentis p. 1268, 51. 54. 61. 67; promiscue ponuntur p. 1270, 13 sqq.; sing.* -us *non nisi de singulis voluminibus ideoque vix ad totum corpus metamorphoseon referri potest* OV. trist. 1, 7, 33 *p. 1269, 41*):

A *vi deminutiva sim. plus minusve perspicua*: **1** *in univ.*: **a** *significatur forma parva, exigua*: CIC. de orat. 1, 94 (*verba Antonii*) scripsi ... quodam in -o, qui me ... invito excidit *eqs.* (*de eodem opusculo*: 1, 206. 3, 189. Brut. 163 illum de ratione dicendi sane exilem -um. *cf. de orat. 1, 208* commentarium). 1, 195 bibliothecas ... omnium philosophorum unus mihi videtur XII tabularum -us ... et auctoritatis pondere et utilitatis ubertate superare (*simili oppositione*: fam. 5, 12, 7 unus ... Xenophontis -us in eo rege *Agesilao* laudando facile omnes imagines omnium statuasque superavit. PLIN. epist. 3, 10, 3 neque ... adfectibus meis uno -o carissimam mihi et sanctissimam memoriam prosequi satis est). top. 62 hunc -um. ac. 2, 135 *Crantoris 'de luctu'* est... non magnus, verum aureolus et ... ad verbum ediscendus -us. EPIST. imp. Aug. Suet. vita Hor. p. 47, 7 pertulit ad me Onysius -um tuum ...; vereri ... mihi videris, ne maiores -i tui sint quam ipse es. OV. ars 3, 206 est mihi, quo dixi vestrae medicamina formae, parvus, sed cura grande, -us, opus (PALLAD. ins. 3 bis septem parvos, opus agricolare, -os. VEG. mil. 1 praef. MART. CAP. 3, 221. IORD. Rom. 4 uno ... et hoc parvissimo -o ... iungens ei aliud volumen *eqs. al.*). Ib. 449 exiguo (*de Ibide Callimachi*). MART. 1, 45, 1 brevibus (12, 1, 3. 12, 11, 7 QVINT. inst. 2, 13, 15. TREB. trig. tyr. 1, 2 in unum ... et quidem brevem. *al. cf.* SCAVR. gramm. VII 33, 11 brevitatem huius -i). 2, 1, 3 quis te *CCC epigrammata complectentem* ferret ..., liber? at nunc succincti quae sint bona disce -i. 2, 6, 10 tam macer -us, nullo crassior ut sit umbilico. 10, 1, 2 si nimius videor ... esse liber, legito pauca: -us ero. CYPR. testim. praef. p. 35, 10 ita ... sermo conpositus et -us conpendio breviante digestus est, ut *eqs.* (*opp. p. 36, 5* liber longior). AVSON. 327, 1 p. 115 P. carminis incompti tenuem ... -um (*de carm. 328—331*). HIER. epist. 49, 20, 1 ad ea respondere nolui, ne ... -i excedere magnitudinem ... viderer (*cf.* GENNAD. vir. ill. 50 epistulas in modum -orum consolatorias [86]). **b** *sublucent potius affectus loquentis*: *α contemptio* (*cf. etiam infra l. 71*): CIC. Arch. 26 ipsi illi philosophi etiam in iis -is, quos de contemnenda gloria scribunt, nomen suum inscribunt. Sest. 110 nihil sane Attici iuvabant anagnostae, -i pro vino etiam saepe oppignerabantur. de orat. 1, 105 ex homine omnium ... eloquentissimo atque ex eo, qui non in -is, sed in maximis causis et in hoc domicilio imperii et gloriae sit ... princeps. 3, 121 non est paucorum -orum hoc munus, ut ii qui scripserunt de dicendi ratione arbitrantur (*cf.* 3, 122 aliquid de oratoris arte paucis praecipiunt -is eosque rhetoricos inscribunt. QVINT. inst. 2, 13, 15 si quem ex his, qui breves plerumque circumferuntur, artis -um edidicerint). leg. 1, 14 ut -os conficiam de stillicidiorum ac de parietum iure? ... quae ... sunt humiliora quam illa quae a nobis exspectari puto. fin. 4, 22 quae est igitur ista philosophia, quae communi more in foro loquitur, in -is suo? LIV. 29, 19, 12 *Scipionem* cum pallio crepidisque inambulare in gymnasio, -is eum palaestraeque operam dare. PLIN. nat. 34, 108 *medici* quotiens incidere in -os componere ex his volentes aliqua, hoc est inpendio miserorum experiri commentaria, credunt Seplasiae. *β amor*: CIC. top. 1 cum ... in bibliotheca separatim uterque nostrum ad suum studium -os, quos vellet, evolveret, incidisti in Aristotelis Topica quaedam, quae sunt ab illo pluribus libris explicata. Att. 12, 3, 1 ego me interea cum -is (SEN. epist. 67, 2 c. -is mihi plurimus sermo est. PLIN. epist. 1, 9, 5 mecum tantum et c. -is loquor; o rectam sinceramque vitam *eqs. cf.* CIC. fam. 16, 18, 3 horologium mittam et libros ...; sed tu nullosne tecum -os?). MART. 2, 48, 3 tabulamque calculosque et paucos, sed ut eligam, -os ...: haec praesta mihi ... et thermas tibi habe Veronianas. PLIN. epist. 1, 22, 11 qua *sollicitudine* liberatus Laurentinum meum, hoc est -os et pugillares studiosumque otium, repetam (9, 6, 1 omne hoc tempus inter p. ac -os iucundissima quiete transmisi). *γ modestia*: SEN. contr. 2 praef. 5 in hunc ... -um (*de ipsius libro ut* 4 praef. 1). PLIN. nat. praef. 12 (*1* libros naturalis historiae) meae quidem temeritati accessit hoc quoque, quod levioris operae hos tibi *Vespasiano* dedicavi -os (QVEROL. p. 4, 18 R. *cf.* FIRM. math. 1 prooem. 1 tibi hos -os, Mavorti ..., me dicaturum esse). 26. PLIN. epist. 1, 2, 6 -i, quos emisimus, dicuntur in manibus esse, quamvis iam gratiam novitatis exuerint. 4, 19, 2 *uxor* meos -os habet, lectitat, ediscit etiam (4, 26, 1. 6, 7, 1. 9, 11, 2 [*1* libris *de scriptis amici*]. *al.* VOPISC. Car. 21, 2 *scriptor rerum gestarum* habiturus meos -os ministros eloquii. *cf.* FVLG. aet. mund. p. 130, 2 hoc nostrum ... -um).

2 *de singulis carminibus* (*huc transit* CIC. Arch. 25 cum ei *Sullae* -um malus poeta ... subiecisset [*distinguitur* epigramma]. *vix recte Bickel, RhM. 93, 1950, 108 huc trahit etiam* ELEG. in Maecen. 1, 37 PROP. 2, 13, 25. 3, 2, 15 OV. trist. 3, 3, 77): PROP. 1, 11, 19 ignosces ..., si quid tibi triste -i attulerint nostri ('*carmina vel epistolae versibus scriptae*' *Enk ad l.*). STAT. silv. 1 praef. dubitavi ..., an hos -os, qui mihi subito calore et quadam festinandi voluptate fluxerunt, ... congregatos ipse dimitterem (*de singulis carminibus volumini inserendis ut: ibid.* primus -us ...; sequitur -us Rutilio ... dedicatus. 2 praef. in arborem *Melioris* ... et psittacum ... a me leves -os quasi epigrammatis loco scriptos. 3 praef. (*ter*). *ceterum occurrunt in his praefationibus pro* -us *synonyma* opusculum, ecloga, carmen, opus; *totum volumen significatur voce q. e.* liber). AVSON. 321, 1 p. 259, 1 P. -um, quem ad nepotulum meum ... instar protreptici luseram (*de carm. 322*). 335, 1 p. 196, 1 P. latebat inter nugas meas -us ignobilis (*de carm. 336 ut ibid.* 2 p. 197, 15 P.

[v. Kamptz]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

iste nugator -us). COMM. instr. 1, 22, 13 unde non hoc curo disputari parvo -o (2, 39 [35], 25 omnia non possum comprehendere p. -o; curiositas docti inveniet nomen *poetae* in isto *i. in acrostichide huius carminis*).

? **3** *de singulis libri capitibus* (*si quidem editioni Mignei fides habenda*): VITAE patr. 5 *praefigitur singulis capitulis* -us primus. -us secundus *et sic deinceps* (*ut* 6; *sed gr. sec. epitomen Photii bibl. cod. 198* κεφάλαιον. *cf. 7* caput primum *eqs.*).

B *vi deminutiva sim. non perspicua vel evanida i. q. liber*: **1** *exempla ambigua*: **a** *de libris poetarum* (*maxime ap.* OV. *et* MART., *ap. quos tamen et* liber *saepe legitur; fere in fine hexametri vel hendecasyllabi; de plur. in primo libro Martialis v. Lehmann, Antike Martialausgaben 16*): VARRO Men. 59 cum Quintipor Clodius tot comoedias . . . fecerit . . ., ego unum -um non 'edolem', ut ait Ennius? rust. 3, 2, 17 L. Albuccius . . ., cuius Luciliano charactere sunt -i. CATVLL. 1, 1 lepidum novum -um, arida modo pumice expolitum (*cf. p. 1270, 26 et* LYGD. 1, 9 lutea . . . niveum involvat membrana -um, pumicet et [pumex et *G m. sec.*] canas tondeat ante comas. 1, 17 cultum [MART. 8, 72, 3 nondum murice cultus asperoque morsu pumicis aridi politus]. OV. trist. 1, 1, 9 felices ornent haec instrumenta -os [ANTH. 783, 7]). 1, 8. 14, 12 horribilem et sacrum -um (*fort. de anthologia malorum carminum, v. Kroll ad. l.; de simili ioco* STAT. silv. 4, 9, 1 quod -um misisti mihi, Grype, pro -o). DIRAE 26 multum nostris cantata -is optima silvarum (34 OV. am. 2, 17, 33 Pont. 1, 8, 9. *al.* MART. 1, 4, 1. 1, 29, 1. *al.* IVV. 1, 86). HOR. sat. 1, 4, 71 (*v. p. 1266, 70 quae praecedunt*) cur metuas me *tamquam delatorem*? nulla taberna meos habeat neque pila -os (1, 10, 92 PROP. 2, 25, 3. 3, 2, 15 OV. trist. 4, 1, 1. 5, 1, 1. 5, 9, 3 MART. 1 praef. 1, 2, 1. 1, 35, 14. *al.*). 1, 10, 41 (*de comoedia*) arguta meretrice . . . comīs . . . -os. ELEG. in Maecen. 1, 37 marmora Maeonii (*pars codd.*, Mimnermi *Bickel, RhM. 93, 1950, 107 sq.; alii alia*) vincent monimenta -i (*cf.* OV. trist. 3, 3, 77 maiora -i et diuturna magis sunt monimenta mihi). PRIAP. 2, 2 horto carmina digna, non -o. 4, 2 ex Elephantidos -is (MART. 12, 43, 4 molles). PROP. 1, 9, 13 tristis istos compone -os (*sc. Thebaidos sim., de quibus 9* grave . . . carmen. *cf.* MART. 7, 29, 5 doctos sepone -os, carmina . . . dum lego parva). 2, 13, 25 sat mea sat magna est (sit magna *codd.*), si tres sint pompa -i, quos ego Persephonae maxima dona feram (*vix recte Bickel l. c. 108* -i *ad singulas elegias refert*). 3, 3, 19. 3, 9, 43 inter Callimachi . . . -os. OV. ars 3, 47 illos *viros* artifices gemini fecere -i (*sc. artis ut* trist. 2, 245). rem. 1 huius . . . titulum . . . -i. Ib. 51 (*de Ibide ut* 639). trist. 1, 7, 19 (*de libris metamorphoseon ut* 1, 7, 33 in prima fronte -i [*i. in initio primi voluminis, v. Luck ad l. et vol. VI 1, 1363, 11*; primi *Heinsius*]). *al.* PHAEDR. 1 prol. 3. 3 prol. 1. 4 prol. 14 quartum (*cf. infra l. 77 et* MART. 6, 1, 1 sextus. 10, 2, 1 decimi. 12, 4 [5], 1 undecimi . . . decimique. *al.*). 4, 7, 3 PERS. 1, 120. MART. 1, 1, 3 argutis epigrammaton -is (1, 117, 3). 7, 97, 8 Turni nobilibus . . . -is (*i. saturis*). 11, 15, 3 sq. (*syn.* chartae *ut* 12, 95, 1 sq.). 14, 2, 1 quo vis cumque loco potes hunc finire -um: versibus explicitum est omne duobus opus. *et saepe.* QVINT. inst. 8, 6, 73 Cicero . . . in quodam ioculari -o (*seq. distichon*). PLIN. epist. 3, 15, 1 *de carminibus Silii Proculi.* 4, 14, 10 *de hendecasyllabis suis, quos ibidem vocat* opusculum (7, 4, 9 *ubi 8* volumen). *al.* **b** *de operibus prosa oratione conscriptis*: CIC. de orat. 1, 242 nisi . . . Scaevolae tu -is aut praeceptis soceri tui causam . . . defendisti (*cf.* POMPON. dig. 1, 2, 2, 39). Tusc. 3, 43 Socraticum -um (*cf.* HOR. epod. 8, 15 Stoici. epist. 1, 1, 37 laudis amore tumes: sunt certa piacula, quae te ter pure lecto poterunt recreare -o. AETNA 538 -i, Herclite, tui. IVV. 13, 19 sacris quae dat praecepta -is, . . . sapientia. BOETH. cons. 1, 1, 6 W. dextra . . . eius *Philosophiae* -os . . . gestabat). BRVT. Cic. ad Brut. 2, 5 (9, 3 Sj.), 4 legi orationes duas tuas . . .: nescio, animi an ingenii tui maior in his -is laus contineatur. SEN. contr. 10 praef. 3 *Scaurus* orationes septem edidit . . .; bene cum illo ignis egerat, sed exstant -i, qui cum fama eius pugnant. 8 bellum . . . -um. SCRIB. LARG. praef. p. 6, 6 nec sequitur nos nisi necessarius admodum numerus -orum (*sc. in itinere, cf.* APVL. apol. 63 morem mihi habeo, quoque eam, simulacrum alicuius dei inter -os conditum gestare). 97 *compositio* Tiberio Caesari per -um scriptum ad eum ⟨data⟩ (*de eodem* 98). PLIN. nat. praef. 28 -os, quos de grammatica edidi (SVET. Dom. 18, 2 de cura capillorum. TREB. trig. tyr. 33, 8 de vita principum. *cf.* TERT. anim. 55, 5 habes . . . de paradiso a nobis -um. carn. 12 l. 28 quem scripsimus de testimonio animae. CLAVD. MAM. anim. praef. p. 18, 4 quos de animae statu condidi. *al.*). PLIN. epist. 5, 10, 2 (*syn.* opus, volumina). 7, 12, 1. 6 SVET. Iul. 56, 7 Claud. 2, 2. Vit. 1, 2 -us quo continetur *eqs.* (gramm. 4, 2 Cornelius . . . Nepos -o, q. distinguit litteratum ab erudito. TERT. carn. 7 l. 5 adv. Val. 6 p. 182, 20. *al.*). gramm. 11, 1 *P. Valerius Cato* -o, cui est titulus 'indignatio'. 24, 2. *al.* TERT. carn. 25 l. 10 resurrectio nostrae carnis alio -o defendenda (adv. Marc. 1, 1 p. 292, 6). adv. Marc. 2, 27 p. 374, 21. 3, 1 p. 377, 18 quod . . . primo -o intexui (HIL. trin. 4, 2 OPTAT. 3, 8 p. 92, 2. *al. cf. supra l. 43. p. 1270, 37 et* HIL. trin. 4, 1 anterioribus. 6, 8 superioribus [*al.*]. OPTAT. 3, 1 p. 67, 2 secundo. MART. CAP. 3, 222 prioris. OROS. hist. 1, 21, 21 huic volumini . . . finis hic sit, ut . . . sequens -us incipiat. *al.*). Scap. 1, 2. *al.* *distinguuntur* opus, opusculum: HIL. trin. 1, 20 ita totius operis modum temperavimus, ut . . . legentium profectibus . . . -orum ordo succederet. AVG. ord. 1, 8, 26 omnia nostrae lucubrationis opuscula in hanc -i partem contulimus (*at* EVTYCH. gramm. V 447, 12 opusculum hoc ad discernendas pertinens coniugationes duobus -is inclusi). **c** *de libris in cultu deorum (dei) adhibitis*: *paganorum*: ACT. lud. saec. Sept. Sev. 1, 6 ex q⟨ibus Maniliu⟩s Fus⟨cu⟩s mag(ister) collegii *XV virum sacris faciundis* ex -o ⟨l⟩egit. ACT. Arv. a. 218 a 32 sacerdotes clusi, succincti, -is acceptis, carmen descindentes tripodaverunt in verba haec: '. . .'; (38) post tripodationem . . . -os receperunt (*repetitur fere isdem verbis* a. 219, 3. 4). *Christianorum*: GREG. TVR. Franc. 2, 22 ablato . . . sibi nequiter -o, per quem sacrosancta sollemnia agere consueverat *sanctus Sidonius.* vit. patr. 16, 2 p. 725, 16 *sanctus Venantius* ad missarum celebranda sollemnia invitatur dixitque fratribus: 'iam . . . oculi mei caligine obteguntur nec possum -um aspicere *eqs.*'

2 *exempla certa*: **a** *variandi gratia ponitur iuxta* liber: CIC. Cluent. 141 cum singulis -is, quos M. Brutus . . . de iure civili reliquit (*de isdem* de orat. 2, 223 *ubi seq.* ex libro primo: '. . .' *eqs.* deinde ex libro secundo: '. . .' *eqs.*). de orat. 1, 85 in eorum *rhetorum* . . . -is (libris *var. l.; cf. 1, 86* in eorum libris). VARRO frg. Aug. civ. 7, 17 p. 295, 16 D. in hoc -o (*Aug. antea*: libro). HOR. epist. 1, 13, 4 ne . . . odium . . . -is . . . importes (*2* volumina. *13* fasciculum . . . librorum). OV. am. 1 praef. 1 qui modo Nasonis fueramus quinque -i, tres sumus (*sc. amorum ut* 3, 8, 5 cum pulchre dominae nostri placuere -i, quo licuit libris, non licet ire mihi. *ars 3, 343* libris). fast. 1, 724 cum . . . suo finem mense -us habet (*sc. fastorum ut* trist. 2, 549 [*syn.* volumen]. *at fast. 2, 2* liber. *2, 863* libro). trist. 1, 11, 1 toto . . . -o (*sc. tristium ut* 3, 14, 51. 4, 1, 1. 5, 1, 1. *al. at* liber *1, 1, 1. 15*). MART. 4, 10, 1 dum novus est nec adhuc rasa mihi fronte -us (*5* comitetur Punica librum spongea). 5, 2, 5 lascivos lege quattuor -os: quintus cum domino liber iocatur. 8, 1, 3 nuda recede Venus, non est tuus iste -us (*1* liber). 8, 3, 1 quinque satis fuerant, nam sex septemve -i est nimium (*4* teritur noster ubique liber). 11, 16, 7 nostri . . . -i (*9* meum . . . librum). QVINT. inst. 1, 7, 35 *Messala* quosdam totos -os non verbis modo singulis, sed etiam litteris dedit (*at 1, 7, 23* a Messala in libro de s littera). PLIN. epist. 7, 30, 4 -os meos de ultione Helvidi (*9, 13, 1* libros, quos de Helvidii ultione composui). ITALA apoc. 10, 10 (Primas.) cum accepissem -um de manu angeli (*gr. βιβλαρίδιον ut in cetero contextu, Vulg.* librum *ut 10, 9* [= *Primas.*]. *de eodem* VVLG. apoc. 10, 2 -um [*Primas., cod. g* librum]). VVLG. num. 5, 23 in -o (*Lugd.* in libro). SIDON. epist. 9, 16, 1 hic nonus -us (*9, 1, 1* hic liber nonus octo superiorum voluminibus accrescat). *al.*

b longus -us: MART. 3, 68, 11 si bene te novi, longum iam lassa -um ponebas, totum nunc studiosa legis. 10, 18 (17), 5 mensorum longis . . . -is. 11, 108, 1 quamvis tam longo possis satur esse -o, lector. PRVD. c. Symm. 1, 656 iam tempus iter longi cohibere -i, ne tractum sine fine ferat fastidium carmen.

determinationes ad A et B: **1** *gen.*: CIC. de orat. 1, 195 XII tabularum. MART. 10, 18 (17), 5 mensorum. QVINT. inst. 2, 13, 15 artis *rhetoricae.* SVET. gramm. 21, 4 *C. Melissi* -os 'ineptiarum', qui nunc 'iocorum' inscribuntur. LACT. ira 23, 2 *Sibyllarum* omnium -i (*antea*: volumina). AVSON. 327, 1 p. 115 P. carminis incompti. HIER. epist. 52, 17, 1 virginitatis (*i. epist. 22*). RVFIN. Orig. in cant. prol. p. 77, 32 proverbiorum (*cf.* p. 82, 8 de -o iudicum [*seq.* regnorum libro]. 2 p. 169, 20 in -o duodecim prophetarum. in num. 27, 1 p. 256, 10 -us Hester aut Iudith vel etiam Tobiae). **2** *adi.*: CIC. de orat. 3, 122 rhetoricos. Tusc. 3, 43 Socraticum (*cf.* HOR. epod. 8, 15 Stoici). QVINT. inst. 8, 6, 73 ioculari. IVV. 3, 206 Graecos. 13, 62 Tuscis. SVET. gramm. 11, 3 grammaticos. RVFIN. Greg. Naz. orat. praef. 4 apologeticum. PRVD. apoth. 15 euangelici. AVG. adv. Don. 33, 56 p. 158, 3 consulares. **3** *praepos.*: de (*cf. p. 1269, 66*): CIC. de orat. 2, 223 tres patris Bruti de iure civili -os. Brut. 163 *Antonii* illum de ratione dicendi . . . -um. PLIN. epist. 7, 30, 4 -os meos de ultione Helvidi. VEG. mil. 2 praef. -um de dilectu atque exercitatione tironum. HIER. epist. 49, 14, 13 *Ambrosius* in tribus -is de virginibus. POMP. gramm. V 109, 34 est -us de syllabis *sc. Sinnii Capitonis.* adversus: TERT. carn 8 l. 12 est nobis et a. illos *Apelleiacos* -us.

III *de materia, in qua scribitur*: CINNA carm. frg. 11 *Arati* carmina . . . levis in aridulo malvae descripta -o (*i. in parvo volumine e malvarum cortice facto; cf. Isid. p. 1272, 70 et v. Birt, Kritik u. Hermeneutik 252 f.*). AVSON. 34, 3 p. 310 P. si tineas cariemque pati te, charta, necesse est, incipe versiculis ante perire meis; 'malo', inquis, 'tineis'; sapis, aerumnose -e *eqs.* 416, 23 p. 283 P. Lacedaemoniam scytalen imitare, -i segmina Pergamei tereti circumdata ligno perpetuo inscribens versu.

in lusu verborum c. bellus *p. 1269, 62.*

deriv.: libellaris, libellarius, libellaticum, libellaticus, libellensis, *?*libellicus, libellio, libello, libellulus. *v. Kamptz.*

libēns *v.* libet.

libentia, -ae *f.* *a* libet (GLOSS.). *scrib.* lub- *in codd.* PLAVT., IVL. VAL., SERV. auct., GLOSS. *fere i. q. voluptas, gratia sim.* (*quasi persona est ap.* PLAVT. *priore loco, cf. Latte, RE XIII 1534 sq.; occurrit plur. ap.* GELL. = MACR.): PLAVT. Asin. 268 ubi ego nunc Libanum requiram aut . . . filium, ut ego illos lubentiores faciam (*sc. adventu meo*) quam -a est? Stich. 278 onustum pectus porto laetitia -aque. GELL. 15, 2, 7 (= MACR. Sat. 2, 8, 8) cui -ae gratiaeque omnes conviviorum incognitae sint (*Plato leg. 647 d ἡδοναῖς καὶ ἐπιθυμίαις*). IVL. VAL. 1, 4 p. 9, 20 draco, ut -am sui proderet, . . . caput in sinum mulieris

[B.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

extendit. 1, 29 p. 38, 23 prout cuique ad -am impetus fuit, . . . domuum penetralia invasere. 3, 45 p. 153, 2 (*loq. Amazones*) ubi fuerit ad -am, nubimus. SERV. auct. Aen. 1, 720 p. 200, 14 *Venus* Lubentina, quae -am mentibus novam praestat, quamvis alii hanc Lubiam dicant. MART. CAP. 8, 804 tantos cachinnos . . . tulere . . ., ut . . . alios . . . in petulantis proruptionis sonitum effusique cachinni -am provocarint.

deriv: libentiose.

libentĭōsē *adv.* *a* libentia. *i. q. libenti animo, voluptuose*: HIST. Apoll. rec. B 39 p. 81, 6 videns eos *nautas* unanimes discumbere ait 'quod omnes tam -e discumbitis . . .' (rec. A licenter [*var. l.* libenter, *sic rec. C*]. *cf. recc. ABC 40* libenti animo). *B.*

1. *liber, -brī *m.* [*cf. lituan.* lúobas, *russ.* lub, *alban.* ljabë, *germ. vet.* louft, *quae omnia fere librum arboris significant. Sch.*] *derivatur a* liberare *infra l. 44.* *de scriptura*: leber QVINT. inst. 1, 4, 17 *priscum esse testatur.* *abbreviatur* l *vel* lib *saepius in codd. acc. pl.* -brs CIL XII 2040. NOT. Tir. 76, 19. *de formis: abl. pl.* -eis LEX Iul. munic. (CIL I² 593) 155 ACT. lud. saec. Aug. (CIL VI 32323) 105. 117. *neutr. generis: acc. pl.* -a PETRON. 46, 7 (*in sermone liberti*). *acc. sg.* TYCON. in apoc. 293 B. -um, quod. *nom. sg.* -um GLOSS. II 472, 23 *φλοιός*: cortex, -um, suber (*item nom. potius intellegas* III 25, 3 *βιβλίον*: -um [198, 31. 352, 20]. V 554, 5 -um: lignum rasum. *vix huc spectat* ITALA II par. 17, 9 [Lucif. Athan. 1, 22 p. 104, 27; *acc.* -um *c.* misit *versus 7ⁱ coniunxisse videtur Lucifer, verba scripturae paulo brevius complectens*]). *genus masculinum testantur* EXC. Bob. gramm. I 552, 29 DVB. NOM. gramm. V 581, 32 GRAMM. suppl. 100, 7. *quantitatem* lĭ- *testatur* PROB. cath. gramm. IV 12, 3 (*affertur* VERG. ecl. 10, 67). libr- *ap. poetas longum, breve invenimus non nisi* CATVLL. 44, 21 HOR. sat. 1, 10, 63 epist. 2, 1, 217 SER. SAMM. 771. *legitur inde a* PLAVTO. [*1) liber arboris: val.* lăor, lior (*?*); *rom.* livərə, ívolo. *2) 'βιβλίον': francoprov.* laivrə *etc., delph.* ɫurę. (> *hibern. vet.* lebor, *cymr.* llyfr, *bret.* leor). *ceterae formae Romanicae plus minusve e latinitate pendent: it.* libro (*haud inerudite: tusc. vet.* lìvoro, livro, liro, *umbr. vet.* livero); *francog.* livre; *prov.* libre; *vasc.* libi; *cat.* llibre; *hisp., port.* libro. *cf. M.-L. 5011. Battisti-Alessio III 2223. Wartburg V 298 sqq. G.*]

I *de -o arboris fere i. q. interior pars corticis vel ipse cortex* (*in usu ab exteriore cortice distinguitur non nisi infra l. 79; per abundantiam poeticam* cortex -i *l. 73. p. 1272, 26*): **A** *testimonia*: NON. *p.* 451, 19 -um pro cortice Vergilius (*affertur* georg. 2, 77 *ut* SCHOL. Verg. Medic. ecl. 10, 67 -r interior, cor⟨tex ex⟩terior). SERV. ecl. 10, 67 -r corticis pars interior. Aen. 11, 554 -r dicitur interior corticis pars, quae ligno cohaeret (*affertur* ecl. 10, 67) . . .; unde et -r dicitur, in quo scribimus, quia ante usum chartae vel membranae de -is arborum volumina . . . conpaginabantur (*inde* ISID. orig. 6, 13, 3. *cf.* CASSIOD. inst. 2 praef. 4 -r . . . dictus est a -o, id est arboris cortice dempto atque liberato, ubi ante inventionem cartarum antiqui carmina describebant [ISID. orig. 17, 6, 16 a l. cortice, id est ablato: est enim medium quiddam inter lignum et corticem. *inde* GLOSS. V 217, 25]. GRAMM. suppl. 100, 19 GLOSS. V 369, 1). CASSIOD. var. 11, 38, 4 priscorum opuscula -os appellavit antiquitas; nam hodie quoque -um virentis ligni vocitamus exuvias. LYD. mens. 1, 28 *ὅθεν κῶδιξ τὸ βιβλίον· κῶδιξ δὲ κυρίως ὁ φιτρὸς παρ' αὐτοῖς καλεῖται, καὶ λίβερ τὸ βιβλίον· λίβερ δὲ ὁ φλοιός ἐστι κυρίως.* GLOSS. -r: *φλοῦς.* -um: *φλοιός.* lignum rasum.

B *exempla*: **1** *-r in arbore haerens* (*in metamorphosi l. 77 sq.*): **a** *respicitur in inserendo*: CATO agr. 40, 2 cum *ramum inserendum* praecides, caveto, ne -um convellas (*cf. ibid.* ne -r frangatur. 45, 1 ne -r laboret. 45, 2 ne -um scindas. COLVM. 5, 11, 3 [= arb. 26, 3] ne -um laedas). 40, 3 surculum praeacutum inter -um et stirpem artito (*cf.* COLVM. 5, 11, 1 [= arb. 26, 1] inter -um et materiam). *ibid.* -um ad -um vorsum facito. 40, 4. 42 inde -um scalpro eximito, alterum -um cum gemma . . . adponito. 45, 3. VERG. georg. 2, 77 aliena ex arbore germen includunt udoque docent inolescere -o (*cf.* SYMM. or. 3, 6 alienum germen includit, ut . . . praesegmina coagulo -i uvidioris inolescant). COLVM. 4, 29, 1 quae *stirpium genera* firmioris et sucosioris -i sunt (*cf.* 5, 11, 8 [= arb. 26, 7] quae humidum sucosumque et validum -um habent). 5, 10, 6 (= arb. 20, 1) semina . . . sine ulceribus, integro -o. 5, 10, 20 amygdala si parum ferax erit, forata arbore lapidem adigito et ita -um arboris inolescere sinito (*eadem fere* arb. 25, 1. *cf.* PALLAD. 2, 15, 9 silicem sic inseramus, ut -o tegente claudatur). 5, 11, 7 (= arb. 26, 6) ut -um seminis -o arboris aequalem facias. arb. 27, 1 eos tantum surculos posse coalescere, qui sint cortice ac -o et fructu consimiles . . . arboribus. PLIN. nat. 17, 110. 112. *in imag.* (*sec. Rom. 11, 17*): PRVD. apoth. 341 ecce tibi *olivae i. Iudaeis* inserto revirescit nunc oleastro *i. paganis* truncus et externi vestitur cortice -i. **b** *usu vario*: CIC. nat. deor. 2, 120 obducuntur . . . -o aut cortice trunci. VERG. ecl. 10, 67 cum moriens alta -r aret in ulmo (*cf.* COLVM. 5, 6, 12 antequam -um demittit *ulmus*. 11, 2, 37 remittunt [11, 2, 41]). OV. met. 1, 549 mollia cinguntur tenui praecordia *Daphnes* -o (*cf.* 9, 389 per candida mollis colla *Dryopes* -r serpit). SEN. nat. 2, 52, 2 *fulminis vis* summos cortices dissipat, interiores -os . . . rumpit ac scindit. PLIN. nat. 16, 126 *cortex* -is similis ceraso. *al.*

2 *-r ex arbore demptus adhibetur*: **a** *ad ligandum sim.*: CATO agr. 33, 5 *salicti* -um conservato, cum opus erit in vinea, ex eo in aquam coicito, alligato (40, 4. VARRO rust. 2, 2, 16 *agnos ad palos*). 41, 2 obliquo inter sese medullam cum medulla -o colligato (VARRO rust. 1, 8, 4. COLVM. 7, 10, 2 *venam suis rescissam* saligneo -o vel etiam ulmeo). VARRO rust. 1, 41, 2 *insitione facta* -o obligandum. VERG. Aen. 11, 554 huic *hastae* natam -o et silvestri subere clausam implicat (*i. -o suberis; cf. l. 26*). COLVM. 4, 29, 10 alii viminibus obstringunt, nonnulli circumdant -o fissuram, plurimi ligant iunco. 5, 11, 6 cum . . . surculos . . . demiseris, -o ulmi vel iunco aut vimine arborem constringito (*cf.* arb. 26, 5 adstringito). arb. 8, 2 -o vel vimine ligato. IVV. 6, 263 quanta poplitibus sedeat quam denso fascia -o (*sc. ocrearum loco*). SERV. auct. georg. 3, 93 -r philyrinus . . ., quo coronae illigantur. **b** *ad scribendum*: CVRT. 8, 9, 15 -i arborum teneri haud secus quam chartae litterarum notas capiunt (PLIN. nat. 13, 69 in palmarum foliis primo scriptitatum, dein quarundam a. -is. HIER. epist. 8, 1 scriptores a -is a. librarios vocavere [*antea*: in corticibus a.]). CALP. ecl. 3, 44 cerasi tua cortice verba notabo et decisa feram rutilanti carmina -o (*cf.* NEMES. ecl. 1, 29 cerasus . . . inciso servans mea carmina -o). 4, 130 cantus viridante licet mihi condere -o. **c** *ad conficienda medicamina*: SCRIB. LARG. 174 caprifici -r . . . contritus et inpositus ulceri. 252 salicis -i ex aceto cocti atque ita triti et inpositi tollunt scabiem (SER. SAMM. 771 s. frondemque -umque [*Plin. nat. 24, 58* cortice et foliis]). SER. SAMM. 411 *alni*. 832 coctum raphani -um (*Plin. nat. 20, 23* cortices . . . decocti). **d** *ad conficiendas vestes sim.*: MELA 3, 26 *Germanorum* viri sagis velantur aut -is arborum. PLIN. nat. 12, 1 *ex aboribus* primum alimenta, harum fronde mollior specus, -o vestis. 13, 72 ex ipso . . . papyro navigia texunt et e -o vela tegetesque, nec non et vestem, etiam stragula ac funes (*Theophr. hist. plant. 4, 8, 4 ἐκ τῆς βίβλου*). STAT. Theb. 1, 584 clausa arbutei sub cortice -i membra *Lini* tepent (*cf. l. 3*). SOL. 52, 20 *Indorum* alii lineis, alii laneis peplis vestiuntur . . ., plurimi flexibilibus -is circumdati.

II *de -o legendo vel scribendo* (*respiciuntur fere singula chartae volumina, ita ut opus plura volumina complectens per plur.* -i *significetur; inde sing.* -r *etiam de parte operis adhibetur [p. 1275, 13] idque fere abusive, ubi -o non nisi pars quaedam voluminis expleatur [l. 57. p. 1273, 16]; ad opus complurium voluminum refertur p. 1273, 12, cetera exempla, quae olim collegit Landwehr, ALL 6, 1889, 225 sqq., refutant Birt, Die Buchrolle i. d. Kunst 23 n. 4 et E. Sprockhoff, De libri, voluminis . . . vocabulorum . . . usurpatione, Diss. Marburg 1908; non satis constat de* DIG. de conc. dig. 2, 1, *cf. Wenger, Quellen d. röm. Rechts 635 n. 430; haud raro autem vix diiudicari potest, utrum proprie volumen sit intellegendum an potius translate opus scriptoris. ad rem cf. Koep, RAC II 664 sqq.* SYNON. Cic. p. 424, 7 ephemerides . . . tabulae. codices. -i. p. 427, 13 historiae. annales. -i. commentarii. litterae [p. 434, 6 monimenta publica. a. h. -i veteres]. p. 447, 25 volumen. -r. tomus. GLOSS. -r: *βίβλος. βιβλίον. δέλτος.* volumen. dia⟨lo⟩gus. *v. etiam IA*):

A *generalis quaedam praemonenda*: **1** *doctrinae* (*cf. p. 1271, 41 sqq.*): **a** *iuris consultorum*: VLP. dig. 32, 52 pr. -orum appellatione continentur omnia volumina, sive in charta sive in membrana sint sive in quavis alia materia; sed et si in philyra aut in tilia (ut nonnulli conficiunt) aut in quo alio corio, idem erit dicendum; quod si in codicibus sint membraneis vel chartaceis vel etiam eboreis vel alterius materiae vel in ceratis codicillis, an debeantur, videamus (*cf.* PAVL. sent. 3, 6, 87 -is legatis tam chartae volumina vel membranae et philyrae continentur; codices quoque debentur: -orum enim appellatione non volumina chartarum, sed scripturae modus, qui certo fine concluditur, aestimatur). 32, 52, 1 si cui centum -i sint legati, centum volumina ei dabimus, non centum, quae quis ingenio suo metitus est, qui ad -i scripturam sufficerent: ut puta cum haberet Homerum totum in uno volumine, non quadraginta octo -os computamus, sed unum Homeri volumen pro -o accipiendum est. 32, 52, 4 nec chartae purae debentur -is legatis nec chartis legatis -i debebuntur (*at postea ibid.*: in usu plerique -os chartas appellant). 32, 52, 5 *-is legatis* perscripti -i nondum malleati vel ornati continebuntur, proinde et nondum conglutinati vel emendati . . ., sed et membranae nondum consutae. **b** *grammaticorum*: ISID. orig. 6, 8, 2 (*ex Hier. hom. Orig. in Ezech. praef. p. 318, 15 sqq., ubi Origenis tantum opuscula respiciuntur*) opusculorum genera esse tria: . . . scholia, . . . homiliae . . ., tomi, quos nos ⌊-os vel⌋ volumina nuncupamus (*om. Hier.*). 6, 12, 1 (= SVET. frg. p. 133, 7) quaedam nomina (genera *var. l.*) -orum apud gentiles certis modulis conficiebantur: breviori forma carmina atque epistolae; at vero historiae maiori modulo scribebantur et non solum in carta vel membranis, sed etiam in omentis elephantinis textilibusque malvarum foliis atque palmarum. 6, 13, 1 sq. (= SVET. frg. p. 134, 11) codex multorum -orum est, -r unius voluminis . . .; volumen -r est a volvendo dictus *eqs.* DIFF. ed. Beck p. 48, 47 (*inepte*) commentarius -r est, commentarium volumen est.

2 *vocabula affinia*: **a** tabula (*cf. supra l. 40*): LEX repetund. (CIL I² 583) 34 tabulas, -os leiterasve (*in simili enumeratione* FEST. p. 174). CIC. Verr. II 2, 189 litterae lituraeque omnes . . . de tabulis in -os transferuntur (AVG. ord. 1, 10, 30 p. 142, 15). Cluent. 141 se . . . balneas non ex -is patris, sed ex tabulis et ex censu quaerere. de orat. 1, 193 in pontificum -is et in XII tabulis. LEX Iul. munic. *p. 1277, 30*. HOR. ars 6 isti tabulae (*sc. pictae*) fore -um persimilem, cuius *eqs.* OPTAT. 7, 1 p. 162, 28 *deum* legem iam non in tabulis scribere nec in -is. AVG. epist. 78, 4 p. 337, 17 ex illa tabula (*opp.* de -o vivorum). **b** volumen: *α variandi gratia ponitur* (*cf. etiam supra l. 42. 43. 72*): RHET. Her. 2, 31, 50 fere locos obscurissimos . . . tractavimus in hoc -o,

[v. Kamptz]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

quapropter huic volumini modus hic sit; reliquas praeceptiones . . . in tertium -um transferemus. 4, 3, 5 si eorum volumina prenderint antiqui oratores . . . et suum quisque de -is suis tulerit, *eqs.* CIC. Tusc. 3, 6 off. 3, 121 VARRO rust. 1, 1, 10 NEP. Att. 16, 2 Cato 3, 5. *et saepe.*
β distingui videtur (*sed hic illic fortasse mera abundantia ponitur*): SVET. gramm. 2, 4 *Naevii Punicum bellum* uno volumine et continenti scriptura expositum divisit in septem -os. GELL. 14, 6, 1 -um grandi volumine. CYPR. testim. praef. p. 36, 19 universa -orum spiritalium volumina (*accedit gen.* -i, -orum *ut*: 3 praef. multis -orum voluminibus. VVLG. Esth. 9, 26 Ier. 36, 2. 4. SEDVL. op. pasch. 5, 38 *l. 15.* COD. Iust. 1, 17, 2, 5. 5, 4, 24. 6, 38, 4, 1). RVT. NAM. 2, 2 nondum longus erat nec multa volumina passus . . . -r. SIDON. epist. 5, 2, 1 -um de statu animae tribus voluminibus inlustrem Mamertus Claudianus . . . comere et excolere curavit. SEDVL. carm. pasch. 5, 438 densos per tanta volumina -os ([op. pasch. 5, 38 volumina . . . -orum]. ARATOR ad Flor. 9 inter grandiloquos p. mille volumina -os). COD. Iust. 1, 17, 2, 5 alio -o eodem inserto volumine (eidem . . . volumini *pars codd.*). **c** charta: *synon.* (*cf. p. 1272, 60*): CIC. Cael. 40 haec genera virtutum non solum in moribus nostris, sed vix iam in -is reperiuntur; chartae quoque, quae illam pristinam severitatem continebant, obsoleverunt. HIL. c. AUX. 7 quamquam . . . blasphemiis plenae omnes ecclesiarum chartae, pleniique iam -i sint. SCHOL. Hor. ars 310 Socraticae . . . chartae: idest -i. HIER. epist. 43, 1 ENNOD. opusc. 3, 113 p. 160, 12 COD. Iust. 1, 5, 8, 12. *materia, e qua -i fiunt* (*cf. 1272, 46. 51. 58*): CATVLL. 22, 6 *a Suffeno* milia *versuum* . . . perscripta, nec sic, ut fit, in palimpseston relata: cartae regiae, novi -i. PERS. 3, 10 *l. 51.* PLIN. nat. 13, 85 *-os Numae* fuisse e charta. HIER. epist. 5, 2, 2 ut eos -os . . . librarii manu in charta scribi iubeas. *al.* **d** commentarius: *synon.* (*cf. supra p. 1272, 41. 73*): CIC. de orat. 1, 240 et in P. Mucii . . . -is et in Sex. Aelii commentariis. fin. 3, 10 cum ipse tantum -orum habeas, quos hic tandem requiris? :: commentarios quosdam . . . Aristotelios . . . veni ut auferrem. Tusc. 3, 54 off. 3, 121 Att. 2, 1, 1. *al.* *accedit per appositionem*: GELL. 13, 20, 17 *Sulpicii Apollinaris* -um commentarium de familia Porcia. 14, 7, 3. *cf.* 14, 3, 5 Xenophon in -is, quos dictorum atque factorum Socratis commentarios composuit. *differt materia*: SERV. auct. Aen. 1, 373 (*de annalibus pontificum in tabulis descriptis*) annuos commentarios in octoginta -os (*sc. chartaceos*) veteres retulerunt. **e** libellus: *v. p. 1267, 81. 1270, 13 sqq.* **f** codex: *synon.* (*cf. p. 1272, 40*): CAPITOL. Gord. 1, 4 tres Gordianos hoc -o conexui . . ., ne cogereris plurimos codices vol⟨v⟩endo unam tamen p⟨a⟩ene historiam lectitare. HIL. in psalm. 65, 3 in Latinis codicibus . . ., in Graecis vero -is. SERV. auct. *p. 1276, 48 sq.* HIER. praef. Vulg. Iob *p. 1274, 15.* COD. Iust. 1, 17, 2, 22. *al.* *differentiam v. p. 1272, 71.*
g *alia*: CIC. ad Q. fr. 2, 12 (11), 4 utros eius *Philisti* habueris -os — duo enim sunt corpora — an utrosque, nescio (SEN. dial. 9, 9, 6 homini . . . c. conquirenti . . . ignotorum auctorum . . . et inter tot milia -orum oscitanti. RVFIN. apol. adv. Hier. 1, 20 l. 19 -orum corpus [apol. Orig. 1 p. 552^{B}]. CONSVLT. 1, 6 ex corpore Gregoriani -o II. *al.*). SEN. epist. 15, 6 inminere -o aut pugillaribus (PLIN. epist. 3, 5, 15 ad latus notarius cum -o et p.). 85, 1 quod si facere voluero, non erit epistula, sed -r (*at v. p. 1279, 42 sqq.*). PERS. 3, 10 iam -r (*ad legendum*) et . . . membrana (*ad exarandum*) . . . inque manus chartae (*ad nitidius scribendum*) nodosaque venit harundo (*al. v. vol. VIII 631, 13 sqq.*). PLIN. nat. praef. 1 -os naturalis historiae, novicium . . . opus (AVG. civ. 4, 6 p. 152, 20 D. Iustinus . . . o. -orum suorum sic incipit). 17 (*de commentariis suis*) thesauros oportet esse, non -os. TAC. ann. 14, 50, 1 -is, quibus nomen codicillorum dederat. PLIN. epist. 8, 21, 4 -r . . . et opusculis varius et metris (CONC.^{S} II 3, 3 p. 41, 22 rec. ant. in -is propriis [*Rustic.* in opusculis suis, *gr. II 1, 3 p. 33, 31 συντάγμασιν*]). ALC. AVIT. carm. 6 prol. p. 274, 7 quos *versus* . . . cum ego . . . epigramma rectius dicerem, tu primum -i nomine vocitasti. VITAE patr. 5, 18, 6 -um, hoc est tomum (*Cot. p. 431^{B} κεφαλίδα τουτέστι τόμον. cf. p. 1272, 42. 65*).

3 *species externa*: **a** *in univ.*: *α ornatus* (*cf. p. 1272, 61*): HEMINA hist. 37 *Numae* -os citratos fuisse, propterea . . . tineas non tetigisse (*cf. l. 72. 74 et* VITR. 2, 9, 13 *oleo cedrino* res cum sunt unctae, uti etiam -i, a tineis et carie non laeduntur). CIC. de orat. 2, 61 deceptus indicibus -orum. Att. 4, 8, 2 postquam sittybis -os (misit -os *vel* sit tibi -os *codd.*) inlustrarunt. CATVLL. 22, 6 cartae regiae, novi -i, novi umbilici, lora rubra, membranae, derecta plumbo et pumice omnia aequata. HOR. epist. 1, 20, 1 Sosiorum pumice mundus. OV. trist. 1, 1, 1 sqq. parve . . . -r, . . . vade, sed incultus . . .: nec te purpureo velent vaccinia fuco . . . nec titulus minio, nec cedro charta notetur, candida nec nigra cornua fronte geras . . . nec fragili geminae poliantur pumice frontes *eqs.* 3, 1, 13 (*loq. liber*) quod neque sum cedro flavus nec pumice levis *eqs.* MART. 1, 66, 9 pumicata fronte si quis est nondum nec umbilicis cultus atque membrana. 11, 1, 1 cultus sidone non cotidiana. ISID. orig. 6, 12, 3 (= SVET. frg. p. 134, 4) circumcidi -os Siciliae primum increbuit; nam initio pumicabantur. *β capsae, fasces, sigilla sim.*: HOR. sat. 1, 10, 63 *Cassium* capsis . . . esse -isque ambustum propriis (PORPH. Hor. sat. 1, 4, 21 sq.). epist. 1, 13, 13 fasciculum . . . -orum (*cf.* LIV. 40, 29, 6 duo fasces candelis involuti septenos habuere -os [GELL. 9, 4, 1 f. -orum venalium expositos]). 1, 20, 3 (*ad librum*) odisti claves et grata sigilla pudico. ITALA apoc. 5, 1 (Primas. = VVLG.) -um . . . scriptum intus et foris, signatum signis (*Vulg.* sigillis) septem

(HIL. trin. 6, 43 TYCON. in apoc. 293 B. VVLG. Is. 29, 11 Ier. 32, 10. 11. 14 Dan. 12, 4. *al.*). 5, 2 (*ibid.*) quis dignus est aperire -um et solvere signacula eius? (*cf.* 5, 5). *γ materia* (*cf. p. 1272, 10 sqq. 1272, 45 sqq. 1273, 24 sqq.*): LIV. 4, 7, 12 linteis (4, 13, 7. 4, 20, 8. 4, 23, 2. 3. 10, 38, 6 VOPISC. Aurelian. 1, 7, 10. 8, 1). VOPISC. Tac. 8, 1 elephantinum (8, 2). ADNOT. Lucan. 3, 222 Memphis urbs Aegypti, quae papyro -os fieri instituit. MART. CAP. 2, 136 qui -i quantaque volumina . . . ex ore virginis diffluebant; alia ex papyro, quae cedro perlita fuerat, videbantur, alii carbasinis voluminibus implicati -i, ex ovillis multi quoque tergoribus, rari vero in philyrae cortice subnotati. TAVRENT. ad Ruric. epist. 3 p. 446, 10 chartaceus. *δ scriptura sim.*: SEN. dial. 4, 26, 1 minutioribus litteris scriptum. PETRON. 46, 7 -a rubricata. APVL. met. 11, 22, 8 litteris ignorabilibus praenotatos. CAPITOL. Maximin. 30, 4 -os ⟨H⟩omericos . . . purpureos . . . aureis litteris scriptos (*cf.* HIER. praef. Vulg. Iob p. 73, 9 habeant qui volunt veteres -os vel in membranis purpureis auro argentoque descriptos vel uncialibus . . . litteris onera magis exarata quam codices, dum mihi meisque permittant pauperes habere scedulas et non tam pulchros codices quam emendatos). MART. CAP. 2, 137 erant quidam sacra nigredine colorati, quorum litterae animantium credebantur effigies. *ε partes voluminis*: OV. trist. 1, 1, 8 fronte *-i* (*v. vol. VI 1, 1363, 3 sqq.*). MART. 11, 107, 1 explicitum . . . usque ad sua cornua -um (*cf. p. 1273, 73*). IVV. 1, 5 Telephus . . . summi plena iam margine -i scriptus et in tergo necdum finitus Orestes. ITALA psalm. 39, 8 (Veron. *al.* = VVLG.) in capite -i (*gr. ἐν κεφαλίδι βιβλίου,* HIER. psalt. sec. Hebr. in volumine -i. *al. v. vol. III 416, 22*). FILASTR. 142, 4 interpretationes eius *Aquilae* in medio -orum numquam ponuntur, sed dextra laevaque adsignantur. HIER. vita Hilar. 47 in calce -i.

b *locutiones formam convolutam indicantes* (*cf. p. 1277, 15*): *α proprie*: CIC. Verr. II 2, 190 -r explicetur (*al. v. vol. V 2, 1727, 69 sqq. cf.* ITALA Luc. 4, 20 [cod. b *al.* = VVLG.] cum plicuisset -um [cod. a revolvens, cod. d volvens, *gr. πτύξας τὸ βιβλίον*]). Brut. 298 volvendi . . . sunt -i (PORPH. Hor. epist. 1, 20, 2 AVSON. 146, 7 p. 12 P. *al. cf. l. 39 et* CIC. Tusc. 1, 24 evolve [*al. v. vol. V 2, 1069, 11 sqq.*]. Att. 5, 12, 2 pervolutas. SEN. contr. 10 praef. 8 magnam partem illum -i convolvisse et dixisse: haec, quae transeo *eqs.* [*al. v. vol. IV 888, 77*]. suas. 6 -um . . . usque ad umbilicum revolvere [PLIN. epist. 5, 5, 5 ad extremum. *al.*]). VVLG. Is. 37, 14 expandit (Ezech. 2, 9 manus missa ad me, in qua erat involutus -r, et e. illum coram me). *huc pertinere putant etiam*: TAC. dial. 3, 1 *Maternum* sedentem . . . -um inter manus habentem. PLIN. epist. 2, 1, 5 -r . . . stanti . . . elapsus est; hunc dum sequitur colligitque *eqs.* *β per comparationem de caelo*: ITALA Is. 34, 4 (Tert. adv. Hermog. 34 p. 163, 11) caelum convolvetur ut -r (*gr. ἑλιγήσεται . . . ὡς βιβλίον,* VVLG. conplicabuntur sicut -r caeli). apoc. 6, 14 (Ps. Cypr. ad Novat. 17) caelum recessit ut -r, cum involvitur (*gr. ὡς βιβλίον ἑλισσόμενον,* VVLG. sicut -r involutus). PRVD. perist. 10, 536 caelum ceu -r plicabitur (*respicitur alteruter locus sacrae scripturae ut*: CONSVLT. Zacch. 3, 10 p. 117, 22 sicut -r). caeli -r: HIL. gen. 40 c. pansus -r omnia mundi conplectens spatia.

4 *officiales, qui -os custodiunt, administrant*: APVL. apol. 53, 8 libertus . . ., qui claves eius loci . . . habet, . . . promus -orum, qui illic erant conditi. CIL VI 2195 (= 5885) b Ti. Claudius Natalis a -is pontifical(ibus) (*inter 'apparitores . . . sacerdotum' edd.*). 8877 ad -os (*inter titulos 'officialium ex familia Augusta' ut*: 8878 T. Aelio Aug(usti) lib(erto) Titiano prox(imo) a libr(is) sacerdotal(ibus)). XIV 376 (*s. II med.*) P. Lucilio . . . Gamala⟨e⟩ . . . tabular(um) et -orum curatori primo constitu⟨t(o)⟩ (*ad rem cf. Mommsen, Staatsr. II² 558*). **5** *perlucet notio chartae nondum perscriptae* (*cf. l. 23. 26. p. 1273, 26*): PLAVT. Pseud. 544a quasi in -o cum scribuntur calamo litterae, stilis me totum usque ulmeis conscribito (ITALA deut. 17, 18 *et* 28, 58 [Lugd., *Vulg.* volumine]. Ios. 18, 9 [*ibid., Vulg. ut supra*]. OPTAT. 7, 1 p. 162, 28 SERV. Aen. 11, 554. VVLG. Is. 8, 1 sume tibi -um grandem et scribe in eo. Ier. 36, 2 tolle volumen -i et scribes in eo. *al.*). CIC. Verr. II 2, 189 litterae . . . in -os transferuntur (AVG. ord. 1, 10, 30 p. 142, 15. *cf.* TAC. ann. 15, 73, 1 conlata in -os indicia confessionesque damnatorum. HIL. myst. 2, 14, 2 quae ex sententia dei in -os relata sunt [SERV. auct. Aen. 1, 373]).

B *usu communi de operibus poetarum, scriptorum*: **1** *in univ.*: **a** *absolute*: *α exempla selecta usum illustrantia*: PLAVT. Bacch. 433 ubi . . . apud magistrum adsideres, cum -um legeres *eqs.* (cum -o, cum legeres *Leo metri causa. cf.* PETRON. 59, 3 cum Homeristae Graecis versibus colloquerentur, . . . ille canora voce Latine legebat -um). Curc. 289 isti Graeci palliati . . ., qui incedunt suffarcinati cum -is, cum sportulis *eqs.* (CIC. Verr. II 2, 87 Stesichori poetae statua senilis incurva c. -o). Persa 392 -orum . . . plenum soracum. Stich. 400 ibo intro ad -os et discam de dictis melioribus (*idem* 454 -os inspexi; . . . confido . . . me meum optenturum regem ridiculis logis. *locutiones fere ad -os sacros pertinentes, cf. p. 1278, 32. 37*). CIC. div. in Caec. 47 si ab isto -o, quem tibi magister ludi . . . ex alienis orationibus compositum dedit, verbo uno discesseris (*cf.* 52 non te, sed hunc -um responsurum. *respiciuntur orationes litteris mandatae ut p. 1275, 35. 44 sq. 1276, 14. 25. 27 et* Vatin. 3 [*antea*: contiones . . . scriptas]. Att. 1, 13, 5 TAC. dial. 12, 6. 21, 1. 25, 4. 26, 4. 38, 2 oratoris -r apud centumviros dictus. 39, 5. PLIN. epist. 3, 13, 1 quo . . . principi . . . gratias egi. 4, 21, 3 *opp.* actio

[v. Kamptz]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

[5, 20, 2. 3. 9, 13, 24]. *al. cf. maxime* CASSIOD. hist. 11, 2, 5 -os faciebat et meditatos coram ecclesia recitabat [*Socr. 7, 2 λόγους*]). Cael. 40 haec genera virtutum non solum in moribus nostris, sed vix iam in -is reperiuntur (*cf.* PS. VARRO sent. 60 multum interest, utrum rem ipsam an -os inspicias). Tusc. 1, 24 dum lego adsentior, cum posui -um ... adsensio ... elabitur. HOR. ars 345 hic meret aera -r Sosiis, hic et mare transit. PROP. 3, 21, 28 -orum (libabo *Suringar aliique fort. recte, v. Enk ad l.*) ... tuos, docte Menandre, sales (*de fabulis ut* PERS. 1, 76 venosus -r Acci. QVINT. inst. 1, 10, 17 *Sophronis* -os. 1, 10, 18 Aristophanes ... non uno -o ... demonstrat. TAC. dial. 3, 1. 2. 3 AVR. Fronto p. 28, 18 v. d. H. [p. 34 N.]. GELL. 2, 23, 11). SEN. benef. 7, 6, 1 -os dicimus esse Ciceronis; eosdem Dorus librarius suos vocat ...: alter illos tamquam auctor sibi, alter tamquam emptor adserit. *β -r est pars operis maioris*: COEL. hist. 24 B in priore -o (RHET. Her. 2, 1, 1 VARRO ling. 6, 1. *al. cf.* RHET. Her. 1, 17, 27 altero. 2, 1, 1 primo [2, 1, 2. 2, 17, 26. *al.*]. 3, 1, 1 superioribus [4, 1, 1. CIC. inv. 2, 178 hoc ac superiore -o. *al.*]. 3, 4, 8 secundo [3, 9, 16. 4, 44, 56. *al.*]. CIC. inv. 2, 178 reliquis. VARRO ling. 5, 93 proximo [7, 90. *al.*]. *et talia passim*). CIC. Tusc. 1, 8 dierum quinque scholas ... in totidem -os contuli. 1, 21 Dicaearchus .. n eo sermone, quem Corinthi habitum tribus -is exponit. div. 1, 6 *Chrysippus* totam de divinatione duobus -is explicavit sententiam. Att. 13, 19, 3 absolvi ... Academicam omnem quaestionem -is quattuor. *et passim.*

β varia: Ⓘ *praevalente respectu dignitatis, honestatis, magnanimitatis sim.*: Cic. Arch. 16 hanc animi remissionem humanissimam ac -issimam iudicaretis (*respiciuntur studia ut*: Att. 12, 38a, 1 si ... hanc aberrationem a dolore delegerim, quae maxime -is sit doctoque homine dignissima. Gell. praef. 16 delectatio in otio atque in ludo -ior). Brut. 330 quoniam post Hortensi ... mortem orbae eloquentiae quasi tutores relicti sumus, domi teneamus eam saeptam -i custodia. parad. 40 illa cupiditas, quae videtur esse -ior, honoris (*39* quid horum est liberi?). off. 1, 150 de artificiis et quaestibus, qui -es habendi, qui sordidi sint *eqs.* (*1, 151* nihil est agri cultura melius, ... nihil homine libero dignius). 2, 64 est ... non modo -e paulum ... de suo iure decedere, sed interdum etiam fructuosum. *al.* Liv. 22, 22, 20 Romanus ... ab re clementi -ique initium fecerat (*opp. Carthaginienses* gravis superbos; *Polyb. 3, 99, 7 πραότητα καὶ μεγαλοψυχίαν*). 22, 26, 1 *Varronis* patrem lanium fuisse ferunt ... filioque ... in servilia eius artis ministeria usum; is iuvenis ut primum ... animos ad spem -ioris fortunae fecit *eqs.* 23, 46, 6 ob ... spem -ioris militiae ... transfugerunt (*cf. 32, 23, 9* ad spem honoratioris m. transgressi). Val. Max. 3, 8 ext. 2 placidi et misericordes et -es omnique suavitate temperati mores. 4, 1 ext. 2 nimis -is Archytae moderatio, temperatior Platonis. 7, 8, 8 amantissimum animum -issimamque amicitiam. Sen. benef. 4, 14, 3 ad beneficium dandum non adducit cogitatio avara nec sordida, sed humana, -is, cupiens dare *eqs.* dial. 9, 9, 4 studiorum ... quae -issima impensa est. Colvm. 1 praef. 10 (*de agricultura*) genus -e et ingenuum rei familiaris augendae (*1 praef. 7 genus* omni crimine caret. *cf. p. 1291, 72*). Qvint. inst. 12, 9, 7 fastidio ... non agendi causas minores, tamquam ... detractura sit opinioni minus -is materia. Ps. Cic. exil. 2 est ... -e officium serere beneficium (Tert. apol. 14, 2 quibus *litteris* informamini ad prudentiam et -a o.). *al.* Ⓘ *praevalente respectu lautitiae, elegantiae sim.*: Cic. Flacc. 14 largo et -i viatico. Phil. 9, 6 hospitum invitatio -is pro dignitate summi viri (Att. 9, 12, 1 suavis, ... -is). or. frg. B 23 obiecta est paulo -ior vita (*i. luxuriosa*). de orat. 2, 234 (*in imag.*) non nimis -e hospitium meum dices; nam te in viam, simulac perpaulum gustaris, extrudam et eiciam. off. 2, 42 quae *pecunia* perpetuos sumptus suppeditet nec solum necessarios, sed etiam -es. Liv. 41, 2, 13 ut quibus insuetus -ior victus esset, avidius vino ciboque corpora onerant barbari (Amm. 27, 12, 9 Arsacis filium ... -i victu curandum et cultu). 45, 28, 11 *Persei filiam* omni -i cultu habuit *Paullus* (Amm. *l. c.*). Sen. epist. 18, 11 non ... iucunda res est aqua et polenta ...; liber⟨al⟩iora alimenta sunt carceris. Colvm. 7, 2, 1 *ovillum pecus* nos contra frigoris violentiam protegit corporibusque nostris -iora praebet velamina. Mart. 7, 79, 2 potavi ... consulare vinum; quaeris, quam vetus atque -e? Frontin. strat. 1, 11, 19 -issimas ... epulas (Tac. ann. 15, 55, 3). Apvl. met. 10, 15, 3 cenis. Tert. anim. 32, 6 pabulis -bus et delicatis atque curatis.

2 *speciatim respicitur*: **a** *formositas* (Pavl. Fest. p. 121 -es dicuntur non solum benigni, sed etiam ingenuae formae homines): Plavt. Epid. 43 forma lepida et -i captivam adulescentulam (*cf. vol. VI 1, 1067, 3sqq., adde*: Gell. 2, 18, 3). Mil. 64 pulcher est ... et -is; vide caesaries quam decet. Persa 546 haecine illast furtiva virgo? :: iuxta tecum aeque scio, nisi specie quidem edepol -ist, quisquis est (Cic. Cael. 6 quorum in adulescentia forma et s. fuit -is). Ter. Eun. 473 em eunuchum tibi, quam -i facie, quam aetate integra! (682 honesta f. et -i. Plin. epist. 1, 14, 8 est illi *Aciliano* f. -is, ... est ingenua totius corporis pulchritudo et quidam senatorius decor. Svet. Aug. 94, 9 Lact. mort. pers. 38, 2 Schol. Cic. Bob. p. 114, 24. *cf.* Calp. decl. 16 iuvenis ... facie -is. Sidon. epist. 4, 24, 3 voce liberum, facie -em). Val. Max. 5, 1, 7 puer eximiae formae et -is habitus. Apvl. apol. 4, 6 licere ... philosophis esse voltu -i: Pythagoram ... excellentissima forma fuisse. met. 4, 23, 3 unicam virginem fil[i]o -em et ... summatem. *transfertur ad bestiam*: Apvl. met. 10, 15, 3 -bus cenis inescatus et humanis adfatim cibis saginatus ... pilum -i nitore nutriveram.

b *largitas, munificentia*: *α usu vario* (*exempla selecta*): Cic. Q. Rosc. 21 *num fraudavit* probus improbum, ... -is avidum? (*idem opp.* Sall. Catil. 7, 6). 22 avarus erat? immo ... semper -issimus munificentissimusque fuit (Lact. inst. 3, 26, 5 da cupidum avarum tenacem, iam tibi eum -em dabo et pecuniam suam plenis manibus largientem). Flacc. 89 qui tam fuerit in hereditate concedenda -is (*c. gerund.*: Plin. epist. 6, 34, 2 quod tam facilis, tam -is in edendo *gladiatorio munere* fuisti. Tert. anim. 33, 2 *deus* -ior in largiendo. *cf.* Ps. Avr. Vict. epit. 20, 5 ad quaerendum diligens, ad largiendum -is). Rab. Post. 45 tune ille in omnis tuos -is, cuius multos bonitas locupletavit, qui nihil profudisti *eqs.*? off. 2, 55 duo sunt genera largorum, quorum alteri prodigi, alteri -es; prodigi, qui ... pecunias profundunt ...; -es autem, qui suis facultatibus aut captos a praedonibus redimunt *eqs.* (*item distinguitur*: Sen. epist. 120, 8 sic mentitur p. -em; ... non voco ego -em pecuniae suae iratum. Qvint. inst. 3, 7, 25 ut pro ... prodigo -em, avaro parcum vocemus. Lact. inst. 6, 17, 18 ita -em distinguunt a prodigo, quod is -is sit, qui et bene meritis et cum oportet et quantum satis est largiatur, prodigus vero *eqs. al.; iuxtaponitur* Mart. 1, 99, 2 tam prodigus atque -is et tam lautus eras, ut *eqs.*). Sall. Catil. 52, 12 (*oratio Catonis*) sint ... -es ex sociorum fortunis ([*antea* quia bona aliena largiri liberalitas ... vocatur]. Qvint. decl. 306 p. 201, 23 -is erat populus ex praeda). Rvt. Lvp. 1, 18 (*frg. Lycurgi*) *Alexander*, cum ... praemium dignis tribuendum *esset*, -issimus. Epist. imp. Aug. Suet. Aug. 71, 3 ego perdidi viginti milia nummum meo nomine, sed cum effuse in lusu -is fuissem. Val. Max. 5, 2 ext. 3 -is populus Romanus magnitudine muneris. Phaedr. 1, 23, 1 repente -is stultis gratus est. Sen. benef. 5, 9, 2 nec -is est, qui sibi donat, nec clemens, qui sibi ignoscit. clem. 1, 20, 3 non est magni animi, qui de alieno -is est (epist. 16, 7. *cf.* 77, 8 erat Marcellinus ... -is, etiam cum de suo fieret). rem. fort. 16, 2 quam multas ... videmus ..., ex -issimis rapacissimas. Petron. 103, 4 implevit Eumolpus frontes ... litteris et notum fugitivorum epigramma per totam faciem -i manu duxit. Mart. 4, 64, 27 tam non invida tamque -is, tam comi patet *domus* hospitalitate. Qvint. decl. 260 p. 64, 11 quandoque locupletem fecisset nescioquem mors -is. Tert. adv. Hermog. 8, 1 *materia* egenti se (eguisse *trad.*) deo praestitit divitem, locupletem et -em. Spart. Hadr. 14, 11 idem ... tenax -is (*cf. l. 45*). Vvlg. prov. 28, 8 qui coacervat divitias ... fenore, -i in pauperes congregat eas. *al.* *per analogiam coniungitur c. gen.*: Sall. Catil. 7, 6 laudis avidi, pecuniae -es erant. Ambr. in psalm. 118 serm. 20, 4, 2 cum abstemius et parcus esset alieni, -is sui, *eqs.*

β per enallagen quandam de rebus liberaliter praebitis (*vix ad II*): Sen. epist. 117, 32 non tam benignum ac -e tempus natura nobis dedit, ut aliquid ex illo vacet perdere. Cvrt. 4, 11, 19 (*ironice*) quae post Euphraten sunt, liberaliter donat *Dareus*; ... *sed* -issimum (liberatissu-

[Meijer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

mum, liberalitati summum *trad.*) . . . dotis, quam promittit, terminum castra mea transeunt.

c *eruditio* (*cf. p. 1291, 65*): α *specimina rem illustrantia* (*fusius* SEN. epist. 88 COD. Theod. 14, 9. *v. Fuchs, RAC V 365 sqq.*): CIC. de orat. 3, 127 has artis, quibus -es doctrinae atque ingenuae continerentur, geometriam, musicam, litterarum cognitionem et poetarum, atque illa, quae de naturis rerum, quae de hominum moribus, quae de rebus publicis dicerentur. ac. 2, 1 omnis -is et digna homine nobili . . . doctrina (*cf. de orat. 1, 17* eruditio libero digna). Tusc. 2, 27 *poetae* a Platone eiciuntur ex . . . civitate . . .; at vero nos . . . haec . . . ediscimus, hanc eruditionem -em et doctrinam putamus (*item non recte -es dici putantur artes*: SEN. epist. 88, 2 *infra*. 88, 23 pueriles sunt et aliquid habentes -bus simile hae artes, quas ἐγκυκλίους Graeci, nostri autem -es vocant; solae autem -es sunt, immo, ut dicam verius, liberae, quibus curae virtus est. AVG. epist. 101, 2 absit . . ., ut istorum vanitates . . . recte -es litterae nominentur hominum scilicet infelicium, qui dei gratiam . . ., qua sola liberamur de corpore mortis huius, non cognoverunt. *al. ibidem*). SEN. epist. 88, 2 quare -ia studia dicta sint, vides: quia homine libero digna sunt; ceterum unum studium vere -e est, quod liberum facit, hoc est sapientiae (*cf. l. 9 nec non* PLIN. nat. 14, 5 omnes . . . a maximo bono [*i. libertate*] -es dictae artes in contrarium cecidere ac servitute sola profici coeptum. GLOSS. -es a libertate dictae, ut sunt litterae -es). 88, 18 non . . . adducor ut in numerum -ium artium pictores recipiam *eqs.* 88, 21 quattuor ait esse artium Posidonius genera: sunt vulgares et sordidae, sunt ludicrae, sunt pueriles, sunt -es. SVET. Iul. 42, 1 omnis . . . medicinam Romae professos et -ium artium doctores . . . civitate donavit. Tib. 70, 1 artes -es utriusque generis *i. Latinas et Graecas* . . . coluit (*cf.* CIL VIII 8500 [*a. 229*] summarum artium -ium litterarum studiis utriusque linguae perfecte eruditus). Nero 52 -is disciplinas omnis fere puer attigit; sed a philosophia eum mater avertit . . ., a cognitione veterum oratorum Seneca. VLP. dig. 50, 13, 1 pr. -ia . . . studia accipimus, quae Graeci ἐλευθέρια appellant: rhetores continebuntur, grammatici, geometrae (*ab his professoribus distinguuntur postea* medici, philosophi, iuris civilis professores *al.*). LACT. inst. 1, 21, 5 ii . . . potius scelerati sunt habendi, qui cum sint -ium disciplinarum studiis expoliti, ab humanitate desciscunt. AVG. civ. 6, 2 p. 247, 3 D. in omni eruditione, quam nos saecularem, illi autem -em vocant. serm. 37, 3 -bus disciplinis et mysteriis legis instructus. VITA Amator. (BHL 356) 1 hunc . . . litteris non solum communibus, verum etiam -bus tradiderunt (ISID. orig. 1, 4, 2 communes dictae *litterae*, quia multi eas in commune utuntur, ut scribere et legere; -es, quia eas tantum illi noverunt, qui libros conscribunt recteque loquendi dictandique rationem noverunt). ISID. orig. 1, 2, 1 disciplinae -ium artium septem sunt (*enumerantur*: grammatica, rhetorica, dialectica, arithmetica, musica, geometrica, astronomia).

β *exempla*: Ⓘ *adi.*: CIC. inv. 1, 35 artium -um magistros (*v. vol. II 662, 49 sqq.*). Arch. 4 Antiochiae . . ., urbe . . . eruditissimis hominibus -issimisque studiis adfluenti (de orat. 1, 11 FEST. p. 214. 347 VELL. 1, 13, 3 SEN. nat. 7, 32, 1 epist. 88, 2. *al.* PLIN. epist. 10, 4, 4 VENVL. dig. 21, 1, 65, 2. *et saepe*). de orat. 1, 11 quiqui in harum artium -issimis studiis sint doctrinisque versati (*v. vol. V 1, 1789, 49 sqq. 77 sqq., addas* AVG. civ. 18, 9 p. 267, 1 D.). Tusc. 2, 27 eruditionem (AVG. civ. 6, 2 p. 247, 3 D. ENNOD. dict. 7, 2 p. 443, 14). VELL. 2, 59, 4 ad erudiendam -bus disciplinis . . . indolem (*v. vol. V 1, 1321, 39*). SEN. benef. 3, 34, 1 quod institutis -bus profeci (*v. vol. VII 1, 1995, 66 sqq.*). GELL. 9, 3, 2 a -i Musa et a studiis humanitatis. PANEG. 9, 5, 1 *Augustodunum* sedem illam -ium litterarum (SCHOL. Cic. Bob. p. 176, 12 RVFIN. Orig. in exod. 12, 2 p. 263, 22 Orig. in Ios. 6, 1 p. 323, 9 AVG. civ. 18, 52 p. 339, 14 D. epist. 101, 2 COD. Theod. 13, 4, 1 CIL XIII 1910. *al.*). AVG. serm. coll. Morin p. 526, 11 qui -es qui vocantur libros non nostis (*opp.* qui litteras nostis). Ⓘⓘ *plur. pro subst.* (*dubium utrum per ellipsin vocum q. s.* studium, ars *sim., ut fortasse ap.* SEN. *et* PLIN., *an nulla per neutr. subaudita voce*): SEN. epist. 95, 23 cessat omne studium et -ia professi . . . desertis angulis praesident. PLIN. nat. 35, 77 *ut* reciperetur . . . ars ea *sc. graphice* in primum gradum -ium. Ps. CATO brev. sent. 57 (38a) -bus stude. AVR. VICT. Caes. 20, 22 cunctis . . . -ium deditus studiis. EVTR. 10, 10, 2 *Vetranionem* omnium -ium (litterarum *Mommsen*, artium *addunt codd. dett. aliqui*) expertem adeo, ut ne elementa quidem primarum litterarum (privatarum l. *var. lect.*, prima l. *Schonhoven*, prima earum *Mommsen*) nisi grandaevus . . . acceperit. CASSIOD. Ios. antiq. 2, 39 doctrinam . . . -ium edocebat (artium *addidit cod. Viterbensis, gr.* παιδείαν . . . τὴν ἐλευθέριον).

II *usu deflexo, sc. neglecto respectu hominis liberi, fere i. q. copiosus, amplus sim.* (*cf. p. 1292, 81*): CELS. 3, 3, 6 tempora . . . remissionum modo -ia, modo vix ulla sunt (*cf.* 3, 21, 16 qui vel ex toto carent febre, vel certe satis -es intermissiones habent). 3, 6, 14 uti cibo serius et rarius . . .; at potio esse debet magis -is et . . . ultra quam sitis coget (5, 28, 4[D] p. magis -is esse quam cibus debet. 7, 4, 4[E]. SEN. dial. 9, 17, 8 vigorem dabunt convictus . . . et -ior p.; non numquam et usque ad ebrietatem veniendum). 4, 15, 4 perfusio corporis multa prodest . . .; item -is unctio. 8, 10, 7[A] primis diebus fames; deinde . . . -ius alimentum; . . . fomentum aquae calidae, dum inflammatio est, -e; ⟨ubi⟩ ea desit, modicum. SEN. epist. 122, 1 *dies* resiluit aliquantum, ita tamen ut -e adhuc spatium sit, si quis cum ipso . . . die surgat (*cf. p. 1292, 82*). APVL. met. 10, 15, 6 tantus . . . ac tam -is cachinnus (*10, 16, 1* risu . . . latissimo). AVSON. 419, 82 p. 375, 570 P. nulla requie otii, ne somni quidem aut cibi munere -i.

pro subst. de rebus p. 1290, 53. 1293, 61, de hominibus p. 1291, 41. 1292, 78.

adv. ˣlīberāliter, -ius, -issimē. GLOSS. -r: humaniter. humane, munifice. humaniter, benigne, commode (-do *var. l.*). gratiose. *cf.* II 295, 3 ἐλευθερίως libere, -r. *inde a* PLAVTO.

i. q. more vel modo liberali (*fere c. verbis vel partic.; c. adi. infra l. 77. p. 1295, 10; absolute infra l. 49; oxymoron* -r servire *infra l. 80. 83* [*sed notionibus non repugnantibus* AVG. civ. 2, 1 p. 54, 6 D. CASSIOD. var. 7, 14, 1]; *ironice l. 47*): **I** *usu originario*: **A** *vario respectu*: **1** *generatim*: PLAVT. Rud. 408 ut lepide, ut -r, ut honeste atque haud gravate timidas, egentes . . . accepit ad sese *sacerdos* (CIC. Att. 16, 6, 1. AMM. 26, 7, 9 blande . . . et -r. PROB. Verg. georg. 3, 19). CIC. Verr. I 23 quam -r eos tractasset (II 2, 12 -r ex istius cibariis tractati. Cluent. 161. Att. 14, 13b, 3 -issime atque honorificentissime. *al.* CAEL. Cic. fam. 8, 8, 10. VARRO rust. 1, 17, 7 *servos* -ius tractando aut cibariis, aut vestitu largiore, aut remissione operis *eqs.* PANEG. 2, 36, 3 blande -rque). II 5, 70 ut is victu ceterisque rebus quam -issime commodissimeque haberetur ([adhib- *var. l.*]. SALL. Catil. 11, 5 luxuriose nimisque -r habuerat *exercitum*. LIV. 2, 22, 7 -r habiti cultique. 37, 34, 7 neque -ius neque benignius haberi colique adulescentem . . . potuisse. OROS. hist. 5, 6, 4). de orat. 2, 46 quid -r, quid fortiter . . . fecerit (fam. 6, 10, 5 cotidie . . . aliquid fit lenius et -ius *a Caesare* quam timebamus. SEN. benef. 6, 4, 3 qui aliquid benigne adversus me fecit, aliquid -r, sed postea multa superbe, contumeliose, crudeliter. epist. 98, 15. CVRT. 4, 11, 16 clementer et -r. *al.*). parad. 42 quoi tanta possessiost, ut ad -r vivendum facile contentus sit (fin. 4, 12 honeste ac -r. Lael. 86 ad Q. fr. 2, 5, 1 [2, 4, 3]. QVINT. decl. 260 p. 66, 13. 69, 20 -ius et frugalius). nat. deor. 1, 62 vide quam tecum agam -r; . . . non pugno (Att. 10, 5, 3. 13, 6, 2 CELS. 2, 16, 2 SEN. dial. 7, 5, 1 epist. 122, 11). Att. 2, 18, 3 valde -r invitor in legationem illam (NEP. Att. 13, 6 domum suam). 5, 13, 2 -issime erat pollicitus tuis omnibus (fam. 13, 42, 1 cumulatissime et -issime. CAES. Gall. 4, 21, 6 BELL. Alex. 71, 1 NEP. Lys. 4, 2). 13, 50, 5 sibi Murenam -issime respondisse (fam. 13, 18, 1 CAES. Gall. 4, 18, 3 civ. 3, 104, 1). *al.* CAES. Gall. 2, 5, 1 Caesar Remos cohortatus -rque oratione prosecutus. civ. 3, 61, 1 quod erant . . . instructi -r magnoque comitatu . . . venerant. 3, 104, 3 appellatus. NEP. Chabr. 3, 2 vivebat laute et indulgebat sibi -ius. LIV. 1, 34, 12 -r dextereque obeunda officia (*cf.* CIL V 5304 ob quaesturam fideliter ac -r gestam. 5305 ob curam integre ac -r gestam). 25, 18, 4 -r comiterque curatus. VELL. 2, 105, 2 *Saturninum* -r lauteque eo *otio* abutentem. VAL. MAX. 5, 2 ext. 4 beneficio . . . Scipionis . . . regni modo -ius (*dett.*; liberius, uberius *cett.*) auctus *Masinissa*. SEN. dial. 5, 30, 4 *Caesare nemo* -ius victoria usus est. CVRT. 8, 7, 8 (*ironice*) quam -r . . . pueris . . . agere permittis. PLIN. nat. 23, 45 saluberrimum -r genitis Campaniae quodcumque tenuissimum *vinum*, vulgo vero quod quemque maxime iuverit validum. *al.* *absolute* (*cf. l. 60*): CIC. Verr. II 3, 196 frumentum . . . me abs te emere oportet. :: optime! :: denario modium. :: benigne ac -r!

2 *speciatim pertinet ad*: **a** *largiendum, donandum*: CIC. Verr. II 1, 38 praemia . . . -r tribuit. SEN. contr. 4 praef. 2 non . . . exspectationem vestram macerabo singulos *oratores* producendo: -r hodie et plena manu faciam. VAL. MAX. 5, 1, 1d *ut* impensae . . . -r . . . praestarentur. 8, 7 ext. 12 Sophocles . . . gloriosum cum rerum natura certamen habuit, tam benigne mirifica illi opera sua exhibendo quam illa operibus eius tempora -r summinstrando: prope enim centesimum annum attigit. 8, 13 ext. 7 Alexander . . . adfirmat Dandonem quendam ad quingentesimum usque annum . . . processisse; sed multo -ius Xenophon . . .: insulae enim Latmiorum regem octingentis vitae annis donavit (*cf.* APVL. apol. 89, 4 -ius agam, nam et ipse Pudentillae multos annos largitus est, redonabo igitur vicissim decem annos). CVRT. 4, 11, 19 donat. QVINT. inst. 1, 2, 2 praeceptor -ius tempora sua impensurus uni *discipulo* videtur quam si eadem in plures partiatur. decl. 345 p. 364, 29 *opp.* sordide. PLIN. paneg. 48, 2 tanto -ius ac diutius voluptatis huius (*sc. te videndi*) copiam praebes. APVL. met. 10, 23, 6 *ut puellam* contubernali largitus de proprio dotem -issime traderet. **b** *eruditionem*: CIC. Planc. 81 -r educatus (de orat. 1, 137 quod est homine ingenuo -rque educato dignum [fin. 3, 57 hominis ingenui et -r educati]. LIV. 26, 2, 11 Cn. Fulvium Quiritium Romanorum exercitum, honeste genitos, -r educatos, servilibus vitiis imbuisse. SEN. benef. 3, 21, 2 indulsit, -ius educavit, artes quibus erudiuntur ingenui, tradidit *servo*. FLOR. epit. 1, 6, 1. *al.*). de orat. 2, 162 doctrina -r institutus (3, 125 SVET. vita Ter. 1 GELL. 6, 3, 8. 18, 10, 8. PASS. Perp. 2, 1 [*gr.* πολυτελῶς]). Tusc. 2, 6 -r eruditi (AVG. c. Faust. 12, 39 Philo . . ., vir -r eruditissimus).

B *praevalente respectu condicionis iuris*: **1** *proprie* (*vix huc* PLIN. nat. 23, 45 *l. 48*): TER. Andr. 38 ex servo ut esses libertus mihi, propterea quod servibas -r. **2** *per comparationem respicitur liberum arbitrium, libertas Christianorum*: AVG. agon. 7, 7 p. 108, 26 tota voluntate serviamus domino . . ., quoniam iustus -r, iniustus autem compeditus servit (divers. quaest. 66, 1. enchir. 9, 30 -r . . . servit, qui sui domini voluntatem libenter facit. spir. et litt. 31, 56). in psalm.

[Meijer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

67, 18 ut amando -r faciamus, quod timendo qui facit, serviliter facit (118 serm. 17, 1 spir. et litt. 14, 26). quaest. hept. 2, 170 p. 201, 6 non adtractus ad opus serviliter animus, sed -r sponte devotus. serm. 212, 2 non serviliter timendo poenam, sed -r amando iustitiam. *inde vergit in notionem q. e. sponte* (*cf. l. 3*): Avg. serm. 266, 4 p. 1227 Philippus . . . baptizavit *eunuchum* nec manus imposuit: sed ut ostenderet spiritus, non verum suspicatum esse Simonem, quod hominum donum esset spiritus dei, in hominem venit -r et liberum fecit.

II *usu deflexo fere i. q. copiose, abunduntur sim.*: Cels. 3, 5, 2 *febrium* tertianarum quartanarumque, ⟨quarum⟩ . . . -r quieta tempora sunt, expeditior ratio est. 3, 6, 15 -r oportet aquam tepidam potui dare (3, 19, 4. Ps. Qvint. decl. 9, 2 alimenta uni seni, parce vivere assueto, nec -r data nec diu danda). 4, 17, 1 abstinere ab omnibus salsis . . .; bibere -r (5, 28, 1[D] abstinendum . . . a vino est; aquam -r bibere expedit. 6, 6, 15 bibendum . . . -ius quam edendum est. Sen. dial. 5, 14, 2 *opp.* parcius. Qvint. decl. 301 p. 187, 24). Sen. epist. 86, 20 -ius sternenda vitis. Colvm. 9, 14, 17 post confectam brumam . . . quidquid est repositi mellis, nisi -ius relictum, consumunt *apes*. Qvint. inst. 6, 3, 19 *sal* in cibis paulo -ius adspersus, si tamen non sit immodicus, adfert aliquid propriae voluptatis. Oribas. eup. 4, 13, 3 Aa p. 538 civum minus utantur; potionem vero . . . -r utantur et somnum habundantius similiter (*gr.* ποτῷ . . . πλείονι χρῆσθαι, *La* amplius).

homoeoprophora: largus (Cic. Flacc. 14 Deiot. 26), laute (Nep. Chabr. 3, 2 Vell. 2, 105, 2. *cf.* Nep. Att. 13, 6), lenius (Cic. fam. 6, 10, 5), lepidus (Plavt. Epid. 43 Mil. 967 Persa 130 Rud. 408), luxuriose (Sall. Catil. 11, 5).

deriv.: liberalitas.

compos.: il-, perliberalis.

***lībĕrālĭtās,** -ātis *f. a* liberalis. *scribitur* liv- CIL III 13569, 3 (*lectione parum certa*). *notatur: in titulis* lib CIL VIII 11348. liberal III 6837. *?* liberali VIII 20749. liberalit Inscr. JRS 3, 1913, 237. *in nummis* lib Inscr. numm. Mattingly-Sydenham III p. 45 n. 155 *et passim*. liberal *ibid*. II p. 355 n. 129 *et passim*. liberalit *ibid*. V 1 p. 151 n. 228. p. 290 n. 229. Not. Tir. 34, 34. *legitur sing. inde a* Ter. (*ceterum in poesi non nisi* Catvll., Mart.), Rhet. Her., Cic.; *plur. inde a* Svet., *inscriptionibus aetatis Hadriani*, Apvl., Scaev. dig. [*confunditur in codd. passim c.* libertas (*v. etiam sub II*).]

I *usu genuino* (in *aliquem*: Cic. Verr. II 4, 136 Lael. 11 fam. 1, 9, 18 *et saepius*. Frg. Vat. 280 CIL VIII 26590. *al.* erga: Cic. fam. 10, 3, 1 Tac. ann. 3, 8, 1 CIL XIV 4235 [*a. 135*]. *al.* circa: Apvl. apol. 99, 8 Evtr. 8, 8, 3): **A** *i. q. natura, qualitas sim. liberalis* (*sing. praeter p. 1297, 57*): **1** *animantium: respectu condicionis iuris fere evanido* (*cf.* Sen. *p. 1296, 6.* Isid. *l. 46*) *non nisi de moribus, habitu sc. tam ingenuis, honestis, benevolis sim. quam largis, munificis; cf.* Cic. off. 1, 20 beneficentia, quam eandem vel benignitatem vel -em appellari licet. Isid. diff. 1, 324 libertas condicionis est, -s vero beneficentiae et largitatis, ut nudum vestire *eqs.* Gloss. -s: humanitas. largitas. *cf.* Gloss. II 295, 2 ἐλευθεριότης -s. 471, 61 φιλοτιμία munificentia, -s, hoc munus. *virtutem -is fusius tractat* Cic. off. 1, 42 sqq., *exempla affert* Val. Max. 4, 8. *hic illic '-s hominis' fere pro 'homo liberalis' poni videtur, maxime ubi ipsa -s tamquam agens inducitur p. 1297, 23; ceterum cf. p. 1296, 50.*

a *hominum, animi sim.*: α *generatim* (*exempla selecta*): Ter. Ad. 57 pudore et -e liberos retinere satius esse . . . quam metu ([Don.: -e . . . regendi sunt, propter quod liberi dicuntur; '-e' autem 'bonitate' dicit]. Avg. serm. 13, 9 ut . . . p. et -e erudiatur). Rhet. Her. 4, 38, 50 largissimus fuit in amicos; quod signum -is est, quae contraria est avaritiae (Cic. Flacc. 89 non solum avaritiae crimen effugere, sed etiam -is laudem adsequi. Plin. epist. 1, 8, 9. 9, 30, 2 quod huic donant, auferunt illi famamque -is avaritia petunt. paneg. 3, 4. Apvl. Plat. 2, 4 p. 227 avaritia atque lascivia, quarum altera -em coercet, altera . . . prodigit facultates [*cf. Aristot. eth. Nicom. 1107 b 9* ἐλευθεριότης]). Cic. Quinct. 41 *opp.* bonitatem. Q. Rosc. 24 qui tantas . . . pecunias non propter inertiam laboris, sed propter magnificentiam -is repudiarit. part. 77 *animi magnitudinis* est -s in usu pecuniae. 81 et prudentiam malitia et . . . -em effusio . . . imitatur (Ambr. off. 2, 21, 109 largitatis . . . duo sunt genera: unum -is, alterum prodigae effusionis. Avg. conf. 2, 6, 13 e. -is obtendit umbram. *cf. p. 1296, 27. 29*). off. 1, 48 cum duo genera -is sint, unum dandi beneficii, alterum reddendi. 1, 92 nec libidini potius luxuriaeque quam -i et beneficentiae pareat *res familiaris* (Qvint. inst. 4, 2, 77 luxuria -is, avaritia parsimoniae . . . nomine lenietur. 8, 6, 36 *catachresin non esse*, cum . . . pro luxuría -s dicatur; . . . *nemo enim* putat [et] luxuriam et -em idem significare, verum id, quod fit, alius luxuriam esse dicit, alius -em. Tac. hist. 1, 30, 1 falluntur, quibus luxuria specie -is imponit. Novell. Theod. 22, 1, 1). 2, 63 temeritate . . . remota gratissima est -s. Att. 12, 7, 1 velim magis (*corruptum; coniecerunt alii alia*) -e uti mea quam sua libertate *filium*. fam. 10, 3, 1 summam erga se -em. 13, 78, 1 est . . . in eo summa probitas, . . . summa in hospites -s et observantia. Sall. Catil. 35, 3 non quin aes alienum meis nominibus . . . solvere non possem; et alienis nominibus -s Orestillae . . . persolveret. 52, 11 (*verba Catonis*) vera vocabula rerum amisimus: quia bona aliena largiri -s . . . vocatur. Nep. Att. 11, 3 illius -em neque temporariam neque callidam fuisse. Val. Max. 4, 8, 1 *-is* duo sunt maxime probabiles fontes, verum iudicium et honesta benivolentia. Sen. benef. 1, 9, 1 vides, quomodo animus inveniat -is materiam etiam inter angustias? (7, 4, 5. *cf. infra l. 37*). 1, 14, 2 tamquam reducam -em et frenis artioribus reprimam; illa vero, in quantum libet, exeat, sed eat, non erret (*simili imagine*: Plin. epist. 5, 11, 3 nescit . . . semel incitata stare). dial. 7, 24, 3 -em exercere, quae non quia liberis debetur, sed quia a libero animo proficiscitur, ita nominata est (*cf. p. 1295, 55*). epist. 81, 14 interest, donaveris an succurreris, servaverit illum tua -s an instruxerit. Petron. 47, 7 gratias agimus -i indulgentiaeque *Trimalchionis*. Mart. 8, 38, 2 qui praestat pietate pertinaci . . . bona -is. Qvint. decl. 298 p. 179, 21 tu vivis aliena -e. Plin. epist. 2, 4, 3 *-s* ita temperanda est, ne nimia profusione inarescat. Apvl. met. 3, 20, 3 mihi . . . de propria -e Photis puerile obtulit corollarium (CIL VIII 16812 [*aet. Diocletiani*] sua p. et civium -e. 17655 [*aet. eiusdem*]. Inscr. Afr. Gsell I 4011, 18 [*s. IV*] *statuam* p. -e posuerunt. Firm. math. 6, 16, 4 cuicumque aliquid p. -e contulerint. Clavd. Don. Aen. 5, 305 p. 457, 12). Papin. dig. 33, 1, 10, 1 ea videntur relicta, quae certam formam erogationis annuae, non incertam -is voluntatem habuerant. Clavd. Don. Aen. 5, 305 p. 457, 14 benignitate ipsa -is suae. *al.* *-s prava, nimia sim.* (*cf. l. 77. p. 1297, 82*): Rhet. Her. 3, 3, 6 quam is, qui contra dicet, iustitiam vocabit, nos demonstrabimus ignaviam esse et inertiam ac pravam -em. Cic. Verr. II 4, 136 nimia in istum non modo lenitudine, sed etiam -e (Qvint. decl. 260 p. 68, 22 Firm. math. 5, 1, 2 Vir. ill. 66, 5). off. 1, 44 inest . . . in tali -e (*sc. in qua benignitas maior sit quam facultates*) cupiditas plerumque rapiendi . . ., ut ad largiendum suppetant copiae. ad Brut. 1, 3 (9, 9 Sj.), 3 dissolutior. Plin. epist. 9, 30, 4 inperfectae -is exemplar. paneg. 38, 4 ambitio . . . et iactantia et effusio et quidvis potius quam -s existimanda est, cui *sc. -i* ratio non constat. Apvl. apol. 99, 8 prolixam. Cod. Iust. 3, 29, 4 (*a. 286*) inmoderatae -is effusione. *al.*

β *speciatim in vita publica*: Ⓘ *magistratuum variorum, regum, gentium* (*exempla selecta*): Rhet. Her. 4, 9, 13 cui imperio omnes gentes, reges, nationes partim vi, partim voluntate consenserunt, cum aut armis aut -e a populo Romano superati essent (4, 13, 19 Poenos populus R. iustitia vicit, armis vicit, -e vicit. Liv. 42, 38, 4 si male meriti clementiam populi R. experti essent, bene merendo -em experirentur. Plin. epist. 8, 6, 7 [*verba senatus consulti*] cum senatui populoque R. -is gratior repraesentari nulla materia possit, quam si *eqs. cf.* Val. Max. 4, 8, 5 Romanae -is). Cic. Verr. II 3, 189 ex -e et accommodatione magistratuum consuetudo aestimationis introducta est. Mur. 72 quod . . . tempus fuit . . ., quo haec, sive ambitio est sive -s, non fuerit, ut locus et in circo et in foro daretur amicis et tribulibus? (*cf.* de orat. 2, 105 -em atque benignitatem ab ambitu atque largitione seiungere). 77 nec candidatis ista benignitas adimenda est, quae -em magis significat quam largitionem. Planc. 45 neque vero tam durus in plebem noster ordo fuit, ut eam coli nostra modica -e noluerit (*cf.* 47 noli tollere ex ordine nostro -em). Tusc. 5, 91 *Xenocrates* triginta minas accepit, ne aspernari regis -em videretur (*Alexandri ut*: Cvrt. 6, 6, 11 gratiam -e donisque reparare temptabat. 7, 11, 12. 8, 8, 9. 8, 12, 17. 10, 5, 28 -s saepe maiora tribuentis quam a dis petuntur, clementia in devictos *eqs.*). ad Q. fr. 1, 1, 12 rudis cum esses, videtur potuisse tua -s decipi *a cohorte praetoria*. Brvt. Cic. ad Brut. 1, 4a (9, 12 Sj.), 2 cautiorem ac moderatiorem -em desiderant; nihil enim senatus cuiquam dare debet, quod male cogitantibus . . . praesidium sit. Planc. Cic. fam. 10, 8, 6 legiones . . . nostra -e nobis obsequentes. Caes. Gall. 1, 18, 3 Dumnorigem . . . magna apud plebem propter -em gratia. civ. 2, 28, 3 pauca ad spem largitionis addidit *Varus*, quae ab sua -e . . . expectare deberent *milites*. Bell. Alex. 49, 1 Cassius . . . aes alienum gravissimis oneribus provinciae constituit exsolvere; et ut largitionis postulat consuetudo, per causam -is speciosam plura largitori quaerebantur. Pomp. Trog. Iust. 38, 7, 10 iustitiae atque -is (*Mithridatis*). Val. Max. 4, 3, 9 Ptolemaei (Amm. 22, 16, 24 Cyrenas . . . P. -e suscepimus). *al.*

Ⓘ *Caesaris*: Cic. prov. 42 me, ut sibi essem legatus, . . . rogavit *Caesar*; ne id quidem accepi; . . . ergo . . . est mihi verendum, ne mea superbia in illius -e . . . reprendatur. Rab. Post. 41 C. Caesaris summa in omnes, incredibilis in hunc eadem -s (Marcell. 19 fam. 7, 17, 2). 44 ego . . . hanc in tantis opibus, tanta fortuna -em in suos, memoriam amicitiae reliquis virtutibus omnibus antepono. Marcell. 16. Lig. 6 lux -is et sapientiae tuae. 23 vide, quid licentiae, Caesar, nobis tua -s det vel potius audaciae. 31. Att. 9, 3, 2. 9, 11[a], 3 *litteras* de tua -e beneficioque misit (Caes. Gall. 1, 43, 5 b. ac -e sua ac senatus. *cf.* Cic. fam. 7, 5, 3 *Trebatio* neque tribunatum . . . neque ullius beneficii certum nomen peto, benevolentiam tuam et -em peto). fam. 1, 9, 12 humanitas eius ac -s. 1, 9, 18 divina Caesaris in me fratremque meum -s. 4, 9, 4. 7, 8, 1 studii, officii, -is. 9, 13, 4 eis Caesar vitam sua -e concessit. Catvll. 29, 15 eone nomine, imperator unice, fuisti in ultima occidentis insula, ut . . . *Mamurra* ducenties comesset aut trecenties? quid est alid sinistra -s? Caes. Cic. Att. 9, 7[c], 1 haec nova sit ratio vincendi, ut misericordia et -e nos muniamus. civ. 3, 6, 1. Sall. Catil. 49, 3 privatim egregia -e, publice maxumis muneribus grandem pecuniam debebat. Svet. Iul. 38, 2 adiecit . . . duo prandia; nam cum prius parce neque pro -e sua praebitum iudicaret, . . . aliud largissimum praebuit. Ⓘ *imperatorum* (legis *p. 1297, 22*): Ⓐ *vario usu*: Vell. 2, 81, 2 *militum seditio* partim severitate, partim -e discussa principis. 2, 130, 2 qua -e . . . iacturae patrimonio succurrit suo! Inscr. Rostowzew, tess.

[Meijer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

plumb. 10 ex -e Ti. Claud(ii) Cae(saris) Aug(usti). SEN. benef. 2, 8, 2. 3, 27, 4 -em clementiae adiecit. PLIN. nat. 18, 37 divi Augusti. EPIST. imp. Dom. Plin. epist. 10, 58, 5 summam expensam -i meae feres. TAC. dial. 9, 5 eximiam Vespasiani -em, quod quingenta sestertia Basso donasset. hist. 3, 86, 2 *Vitellio* inerat . . . simplicitas ac -s. PLIN. paneg. 25, 3 ne quis expers -is tuae fieret (27, 3. 51, 5. PANEG. 3, 18, 2 in me. *al.*). 33, 2 quam . . . in edendo *munere* -em, quam iustitiam exhibuit. *al.* SVET. Nero 10, 1 neque -is neque clementiae, ne comitatis quidem exhibendae ullam occasionem omisit. *al.* CIL XIV 95 (= VI 972) colonia Ostia conservata et aucta omni indulgentia et -e eius *Hadriani*. LEX met. Vipasc. frg. 2, 5 secundum -em . . . Hadriani. PANEG. 9, 3, 2 divina principum -s (COD. Iust. 11, 43, 5 *a. 440/1. cf. p. 1296, 73*). EPIST. impp. de Asia (Bruns, fontes[7] p. 270) I 11 nostra iam -e detentat *fundum* (COD. Theod. 6, 27, 13 illud beneficio n. -is adiungimus. 10, 10, 12 pr. qui . . . facultates *caducas* ex consensu n. -is acceperit [*eadem fere* 10, 10, 27 pr.]. 10, 10, 24. *al.*). COD. Theod. 11, 20, 1 sacra (11, 20, 2. 11, 28, 15). COD. Iust. 11, 25, 2 pr. (*a. 392*) *frumentum* insita nostrae pietatis -e tribuimus (12, 20, 6, 1 [*imp. Anast.*]. *cf.* 1, 51, 11 [*a. 444, eiusdem anni* 12, 9, 1 pr.] nostrae benevolentiae. 2, 7, 13, 1 [*a. 468*] nostrae serenitatis. 10, 15, 1, 1 [*a. 474*] imperatoriae magnanimitatis. 12, 20, 5, 1 [*imp. Leo*] nostrae mansuetudinis). *et saepius. transfertur ad legem ab imperatore datam*: COD. Iust. 8, 53, 36, 2 eandem -em nostrae legis indulgemus etiam his *eqs.* Ⓑ *inducitur -s tamquam agens* (*cf. p. 1295, 81. 1296, 8. 68*): TAC. ann. 14, 56, 1 (*verba Neronis*) nisi . . ., quantum Volusio longa parsimonia quaesivit, tantum in te mea liber⟨ali⟩tas explere non potest. PLIN. paneg. 28, 4 *tot milia ingenuorum* -s principis nostri . . . adscivit, *ut alerentur* (*cf.* PAVL. dig. 49, 16, 10, 1 donativa *non* accipit, nisi hoc -s principalis ei specialiter indulserit [NOVELL. Anth. 3, 1 quam *rem* principalis in eum -s iure contulerit]). 34, 3 licet . . . cum fortuna tum -s tua visenda nobis praebuerit . . . ingentia robora virorum *eqs.* (38, 2 muneri eius *Nervae* -s t. adstruxit, ut *eqs.*). COD. Theod. 5, 12 (15), 31, 1 *etsi* ultro -s ⟨nostra pr⟩ocesserit (6, 8, 1, 1 constituit. 10, 8, 4 quamvis facultates eorum . . . -s n. largita sit. NOVELL. Theod. 25, 5 = COD. Iust. 12, 40, 9, 3 honor . . . additus a n. -e. *al.*). NOVELL. Valent. 10, 3 haec . . . superioris aetatis principes et divorum parentum nostrorum -s . . . conferebant. © *mera fere appellatione honorifica* (*huc vergunt exempla quaedam supra allata*): AVELL. p. 334, 22 (*ad Iustinianum*) piissima vestrae -is eloquia.

b *dei* (Sophiae *l. 41*): MIN. FEL. 38, 4 *nos* quieti, modesti, dei nostri -e securi. TERT. anim. 11, 3 spiritale semen . . . de Sophiae matris occulta -e conlatum. adv. Marc. 4, 14 p. 461, 2 qui numquam de minoribus *promissionibus* prius fidem -is suae struxit. 4, 29 p. 519, 21 curam eorum (*victus sim.*) tamquam aemulam -is suae prohibet *deus*. 4, 39 p. 556, 22 (libertate *codd.*). orat. 7 p. 185, 17 ut observata dei -e (libertate *cod. Agobardinus*) etiam clementiam eius precaremur. paenit. 6, 11 quidam . . . sic opinantur, quasi deus necesse habeat praestare etiam indignis quod spopondit, et -em (libertatem *var. l.*) eius faciunt servitutem. patient. 4 p. 5, 13. resurr. 57 p. 117, 5 *resuscitandi mortuos* et potestatem et -em. scorp. 6 p. 156, 5 *opp.* acerbitas. uxor. 1, 8 l. 16 quaedam sunt divinae -is, quaedam nostrae operationis. ARNOB. nat. 1, 44 dei -s principis. FIRM. err. 2, 8 haec omnia divina summi dei -e donata sunt. FILASTR. 93, 8 in tanta copiosa clementia ac -e. RVFIN. Orig. in gen. 8, 8 p. 84, 5 deum magnifica cum hominibus -e certantem. 13, 3 p. 118, 26. in num. 9, 7 p. 64, 30 -em dei largiorem etiam ipsis suis promissionibus edocere. *plur.*: ARNOB. in psalm. 148 p. 566[D] *Christus*, qui in tantum -bus his affluit, ut ipse imperet quod petatur, petite, inquit, et dabitur vobis (*Luc. 11, 9*).

c *per similitudinem*: EVSTATH. Basil. hex. 8, 5, 7 -s . . ., quae senibus ciconiis a iunioribus exhibetur, sufficeret hominum filios . . . amatores suorum reddere genitorum (*gr.* πρόνοια). COD. Iust. 6, 61, 6, 1 quae ex -e fortunae vel laboribus suis ad eum perveniant.

d *per prosopopoeiam* (*cf. p. 1296, 4*): VAL. MAX. 4, 8 ext. 2 Gillian, quem propemodum ipsius -is praecordia constat habuisse.

2 *rerum* (*res pro persona positas vel animantium potius qualitatem illustrantes v. sub 1*): TERT. pall. 6, 2 (*loq. pallium*) nec . . . sola *philosophia* mecum est, habeo et alias artes . . .; omnis -s studiorum (*fere pro 'omnia studia liberalia'*) quattuor meis angulis tegitur. CLAVD. DON. Aen. 5, 255 p. 451, 12 laus chlamydis dicta est propter honorem dantis . . .; in praemiorum . . . -e (*fere i. q. magnificentia, vix ad B*) . . . largitor ipse laudatur, qui habere talia potuerit vel donare.

B *metonymice de actione hominis liberalis vel de ipsa re liberaliter concessa fere i. q. largitio, donatio vel beneficium, donum* (GLOSS. δωρεά. donatio, quae fit a divitibus. *afferuntur exempla certiora. accedit gen. rei donatae* TAC. ann. 2, 37, 1 PLIN. epist. 10, 4, 2 CIL VIII 6965, 7 TERT. anim. 47, 2. *al., maxime sub 3*): **1** *quorumlibet hominum*: **a** *sing.*: CIC. Att. 6, 6, 2 sed heus tu, πυρρὸς εἰς δῆμον Athenis? placet hoc tibi? . . . non enim ista largitio fuit in cives, sed in hospites -s. 12, 7, 1 *Marcum filium* velle Hispaniam, requirere -em; de -e, dixi . . ., quantum flamen Lentulus filio. NEP. Att. 2, 6 auxit hoc officium alia quoque -e: nam universos frumento donavit. VAL. MAX. 8, 2, 2 libidinosam -em (*i. summam amicae legatam*) debiti nomine colorando. PLIN. epist. 5, 11, 1 ut initium novae -is esset consummatio prioris. 10, 4, 2 mater Romani -em sestertii quadragies . . . nondum satis legitime peregerat (*cf. ibid.* 4). PAPIN. frg. Vat. 256 testamento -em confirmatam. 261 tacita -s defuncti. CALL. dig. 35, 3, 6 ut . . . a petitione -is ex testamento submoveantur. VLP. dig. 6, 2, 7, 3 qui -em accepit (42, 8, 6, 11. COD. Iust. 5, 16, 18 *a. 293*. COD. Theod. 16, 5, 58, 4 -em praedii vel domus). *al.* PAVL. dig. 22, 1, 16 -is in rem publicam factae usurae non exiguntur (COD. Iust. 8, 53, 24 [*a. 299*] facta . . . -e titulo donationis. 5, 16, 27 pr.). COD. Iust. 5, 16, 6 pr. (*a. 229*) cum donatio . . . mortua ea, quae -em excipit, irrita sit. 4, 6, 8 (*a. 294*) titulo -is res tuas in sponsam conferendo (8, 53, 19 *a. 294*. 8, 48, 6. COD. Theod. 16, 5, 7 pr. condito testamento vel cuiuslibet t. -is atque specie donationis. DONATIO Tiburt. a. 471 p. CXLVI[b] 11). 10, 34, 3, 1 (*imp. Zenone*) theatralis -is nomine. CIL VIII 6965, 7 (*s. II ex.?*) simulacrum aereum Veneris . . . ex -e . . . patris sui super aliam -em Romae aeternae . . . dedit. *al.* *sublucente colore indulgentiae*: TERT. pudic. 1 p. 220, 7 pontifex . . . maximus . . . edicit: 'ego et moechiae et fornicationis funes (fornicationis ⟨delicta paenitentia⟩ functis *Gelenius*) dimitto'; . . . et ubi proponetur -s ista? ibidem, opinor, in ipsis libidinum ianuis. **b** *plur.*: CIL II 4269 (*aet. Hadriani*) ob plurimas -es in rem public(am) suam. APVL. apol. 23, 2 crebris -bus modice imminutum *patrimonium*. TERT. adv. Val. 14 p. 193, 9 ex -bus quoque nomina accedere. VLP. dig. 38, 5, 1, 6 in ceteris . . . -bus, quas . . . admisit. IVL. VAL. 2, 29 p. 99, 24 frustra se illum *Darium* hisce in nos -bus iactitare, quod thesauros suos suaque regna pollicetur. FRG. Vat. 249, 9 (*imp. Constantin.*) -um honestas. DON. vita Verg. l. 41 Br. possedit prope centiens sestertium ex -bus amicorum. HEGES. 1, 35, 2 -es . . . suas usque ad quinquennalia diffundens certamina. 1, 44, 8 p. 118, 15 cui tantum -bus tuis se bonorum effuderat. COD. Theod. 16, 5, 58, 4 quae *leges* promulgatae sunt . . . circa interdictas novissimas voluntates aut -es (COD. Iust. 5, 3, 19 pr.). CASSIOD. var. 2, 2, 4 privata parcitas -es publicas enutrivit. COD. Iust. 1, 5, 19 pr. donationes seu alias -es . . . accipere. CIL VIII 16556 ob . . . -es, quas in cives suos exercuit. XI 6356 ob eximias -es et abundantissimas . . . largitiones (*eadem* 6357). *al.*

2 *imperatorum* (*plur.*: SVET. Claud. 29, 1 Galba 15, 1. CIL XIV 4235 *a. 135*. SCAEV. dig. 32, 35 pr.): **a** *respicitur congiarium populo distributum* (*cf. Barbieri apud Ruggiero, Diz. epigr. IV 838 sqq.*): QVINT. inst. 6, 3, 52 *Fabius Maximus* incusans Augusti congiariorum . . . exiguitatem, heminaria esse dixit; nam congiarium commune -is atque mensurae. INSCR. numm. Mattingly-Sydenham II p. 409 n. 552 (*a. 118*) -s Aug. (*item usque ad Constantinum imp., saepe addito numero, quo congiaria singula distinguebantur ut* p. 425 n. 648 -s Aug. IIII). **b** *respicitur donativum sim. militibus datum* (*cf. p. 1296, 83*): TAC. hist. 1, 18, 3 constat potuisse conciliari animos *militum* quantulacumque parci senis *Galbae* -e (*antea*: donativi necessitatem). CIL VIII 2554 a (*aet. Sept. Sev.*) ex largissimis stipendiis et -bus, quae in eos *optiones* conferunt (*item eiusdem fere aetatis* INSCR. Dessau 9099. 9100). TERT. coron. 1 l. 2 -s praestantissimorum imperatorum expungebatur in castris. CIL III 1378 ala . . . indulgentiis eius *Caracallae* aucta -busque ditata (*item* INSCR. ann. épigr. 1958, 232 [*eiusdem imp.*]. CIL III 797 [*aet. Alex. Sev.*]). SPART. Sept. Sev. 7, 7 cum eos *milites seditiosos* voluisset comprimere Severus nec potuisset, tamen mitigatos addita -e dimisit. **c** *varia*: TAC. hist. 1, 20, 1 bis et vicies milies sestertium donationibus Nero effuderat: appellari singulos iussit *Galba*, decuma parte -is apud quemque eorum relicta (*de eadem re* SVET. Galba 15, 1). ann. 2, 37, 1 *Marcus Hortalus* inlectus a divo Augusto -e decies sestertii ducere uxorem. 2, 48, 1 magnificam . . . largitionem auxit Caesar haud minus grata -e, quod bona Aemiliae . . . tradidit M. Servilio (3, 8, 1 iuvenem sueta erga filios familiarum nobiles -e auget). 4, 20, 1 saevitum . . . in bona *Silii*, . . . -s Augusti avulsa, computatis singillatim quae fisco petebantur. SVET. Tib. 46 comites peregrinationum . . . una modo -e ex indulgentia vitrici prosecutus, cum tribus classibus factis . . . primae sescenta sestertia, secundae quadraginta distribuit *eqs.* 48, 2 ne provincias quidem -e ulla sublevavit (SPART. Hadr. 10, 1 -bus). Claud. 23, 1 revocatas -es eius (Galba 15, 1). vita Hor. p. 46, 2 una . . . et altera -e locupletavit *Augustus Horatium*. CIL VI 967 (*a. 118*) qui . . . remittendo . . . debitum fiscis . . . cives . . . praestitit hac -es ecuros. XIV 4235 (*a. 135*) ⟨ob⟩ -es . . . ⟨erg⟩a prov⟨inciam⟩ Hispaniam Baetic⟨am⟩. SCAEV. dig. 32, 35 pr. commoda et principales -es, quas libertus ex . . . tribu . . . consecuturus fuisset. TERT. apol. 29, 3 illis *deis* aliquid aut -is aut privilegii confert *imperator*. SPART. Hadr. 7, 8 pueris ac puellis, quibus etiam Traianus alimenta detulerat, incrementum -is adiecit. PANEG. 3, 22, 3 imperatoris nostri posterior -s vincit priorem. EVTR. 8, 8, 3 *Antoninus Pius* opes . . . suas stipendiis militum et circa amicos -bus minuit. NOVELL. Theod. 19, 2 (=COD. Iust. 11, 66, 7, 3) quinquaginta pondo auri poenae nomine inferre . . . aerario, nulla -e nostrae clementiae (*cf. p. 1297, 18*), nulla sanctione . . . valitura, licet adnotatio vel divina pragmatica sit. COD. Iust. 1, 30, 3 (*a. 492*) officia et condiciones . . . nemini liceat . . . sine ulla subscriptionis -e peragere. MARCELL. chron. II p. 101, 521 famosissimum hunc consulatum Iustinianus consul . . . munificentior his -bus edidit. *al.*

3 *dei* (*plur.*: DIG.): TERT. anim. 47, 2 quorum (*sc. somniorum a deo missorum*) -s soleat et in profanos destillare. adv. Marc. 4, 17 p. 474, 28 *creator* pro tanta elementorum -e facilius idolis quam sibi debitum gratiae referentes homines . . . sustinet. resurr. 32 p. 71, 15 aut . . . nihil in hominem destinatur, non -s regni, non severitas iudicii, non

[Meijer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

quodcumque est resurrectio, aut *eqs.* Ps. Orig. tract. 1, 5 B. beneficio dei et -e resurrectionis immortalis efficitur *homo*. Ambr. hex. 4, 2, 6 deus pater ... omnibus -em fertilitatis impertit (*antea*: fertilitas ... divinae indulgentiae deputatur). Mvtian. Chrysost. hom. 10 p. 307/8 'confidimus de vobis meliora' (*Hebr. 6, 9*): ... sive de conversatione sive de -e haec dicit (*gr. περὶ πολιτείας ἢ περὶ ἀντιδόσεως*). Dig. de confirm. dig. pr. tanta circa nos divinae humanitatis est providentia, ut semper aeternis -bus nos sustentare dignetur.

? **II** *i. q. libertas* (*in versionibus e graeco factis, nisi erraverunt librarii ut saepe; apud ceteros auctores de confusione verborum non constat* [Cassiod. var. 3, 29, 2. 4, 24, 2 *inepte huc traxit Zimmermann, Vocab. of the Variae 184*]): Itala Hebr. 3, 6 (Lucif. non conv. 10 p. 20, 23) *dei* domus nos sumus, si tamen -em et exultationem spei tenuerimus (*gr. παρρησίαν, cod. d et alii* libertatem, *cf. Vulg.* fiduciam). Iac. 2, 12 (cod. ff) sic loquimini et sic facite, quasi a lege -is iuditium sperantes; iuditium autem non miserebitur ei, qui non fecit misericordiam (*gr. ἐλευθερίας, cf. Vulg.* libertatis. *fortasse 'legem misericordiae, humanitatis' sim. intellexit interpres vocem ἐλευθερία notione q. e. ἐλευθεριότης positam coniciens sicut e. g. Greg. Nyss. hom. in cant. 9 Migne gr. 44, 972*[A]).

in lusu verborum c. libertas Cic. Att. 12, 7, 1 *p. 1295, 77.*

compos.: illiberalitas. *cf. Onom.*

līberāliter *v.* liberalis. *Meijer.*

līberāmentum, -ī *n. a* liberare. *i. q. actus liberandi*: Avg. civ. 6, 9 p. 263, 4 D. Liberum a -o appellatum volunt, quod mares in coeundo per eius beneficium emissis seminibus liberentur (*sim.* Isid. orig. 8, 11, 43); hoc idem in feminis agere Liberam ..., quod et ipsam (ipsas *var. l.*) perhibeant semina emittere.

***līberātio,** -ōnis *f. a* liberare. Gramm. suppl. 298, 4 haec et his similia per t litteram, non per c scribi debet. *inde a* Cic.; *transit in gr. λιβερατίων.* [*dub. trad.*: Ps. Orig. tract. 5, 8 B. (*de Ioseph et Potiphar*) sine ullo conscio ... occasio, quae maxima voluntas (voluptas *trad.*) est admittendi sceleris, dum -is (*an fere i. q. licentiae?* deliberationis *ed.*) occurrit impunitas.]

1 *i. q. actus liberandi vel status liberati* (*cf.* Don. Ter. Andr. 351, 2 ['hoc me libera ... metu'] bene 'libera'; perfecta enim securitas -o nominatur. Gloss. II 294, 52 *ἐλευθερία* libertas, -o. *distinguitur a voce q. e.* libertas *p. 1300, 18. usurpatur tam singulari quam plurali numero*): **a** *in iure liberantur homines*: *α a damnatione, poena*: Cic. Pis. 87 acerbissimas damnationes, libidinosissimas -es. Decl. in Catil. 114 aut ... Catilinae supplicio ... aut illius -e. Avg. in euang. Ioh. 33, 6 (*ad 8, 11*) diceret: nec ego te (*adulteram*) damnabo; vade, vive ut vis; de mea -e esto secura; ego te ... ab omni poena ... liberabo. in psalm. 142, 17 patronum quaeram propter -em? Edict. imp. Iust. de fide p. 101, 2 quae ... de haereticis proferuntur in synodis et pars gestorum fiunt, non ad -em inseruntur, sed ad maiorem condemnationem eorum (*gr. ἐπὶ τῷ ἐλευθερωθῆναι*). *β ab obligationibus variis* (*cf.* Pavl. dig. 50, 16, 47 -is verbum eandem vim habet quam solutionis): Fest. p. 165 nexum est ... quodcumque per aes et libram geritur; ... quo in genere sunt haec: testamenti factio, nexi datio, nexi -o (liberanto *trad.*). Pompon. dig. 38, 1, 3, 1 nec ei *liberto ad operam diurnam obligato* ..., qui sex horis ... antemeridianis praesto fuisset, -o eius diei contingit. Scaev. dig. 34, 3, 28, 1 testamento facto debitoribus -em reliquerat. Vlp. dig. 4, 2, 9, 4 rescissa acceptilatione vel alia -e (*cf.* 4, 2, 9, 7 si acceptilatione -o intervenit). 34, 3, 3 pr. -em debitori posse legari ... certum est. 34, 3, 5, 2 maritum, cui uxor post divortium -em dotis legavit. Pavl. dig. 49, 14, 21 pignorum. Marcian. dig. 46, 3, 46, 1 res pro re soluta -em praestat. Vlp. frg. Vat. 195 nepotes ⟨non⟩ prodesse ad tutelae -em (*cf. Mod. dig. 27, 1, 2, 7 ἄφεσιν ἐπιτροπῆς*). Cod. Iust. 2, 3, 22 (*a. 293*) tutores ... praestant obligationis -em. *γ a servitute, captivitate*: Ps. Ambr. mans. 8 p. 19[A] de -e filiorum Israel a servitute Aegypti (Avg. civ. 18, 35 p. 311, 4 D. -is populi ex Babyloniae s. Hesych. in lev. 19, 20/22 p. 1032[D] -em servitutis Aegyptiae). Ps. Rvfin. Ios. bell. Iud. 3, 533 eorum *captivorum* -em detrimento futuram (*gr. ἄφεσιν*).

b *vario usu*: Cic. ad Q. fr. 1, 1, 35 commoditatem conficiendi negotii et -em molestiae (fin. 1, 37 cum privamur dolore, ipsa -e et vacuitate omnis m. gaudemus). Lig. 1 cum ... non -em culpae, sed errati veniam impetravissent. Qvint. inst. 5, 10, 33 bonorum ... conservationem ..., malorum evitationem, -em, imminutionem, tolerantiam. Decl. in Catil. 117 putate virgines Vestales atque ipsam maiestatem amplissimi numinis ob -em suam ... vobis congratulaturam. Itala num. 10, 9 (Lugd., *cf.* Ambr. exc. Sat. 2, 107 l. 27) -em habebitis ab adversariis vestris (*gr. διασωθήσεσθε ἀπό, Vulg.* ut eruamini de manibus). Iudith 12, 8 (Reg., *sim.* Vvlg.) orabat dominum ..., ut dirigeret viam eius in -em populi sui (*gr. εἰς ἀνάστημα*). Arnob. nat. 2, 77 ista quam dicitis persecutionis asperitas -o nostra est ..., nec poenam vexatio inferet, sed ad lucem libertatis educet. Ivst. 5, 8, 12 ne ... rem publicam sub obtentu -is invaderet *Alcibiades*. Avg. catech. rud. 21, 15 quem *liberatorem* non spiritaliter liberaturum intelligebant, sed pro -e carnali desiderabant *Iudaei*. *al.*

b *speciatim a periculis, malis imminentibus* (*c. colore salvandi, servandi sim.*): *α usu profano et communi*: CIC. Catil. 3, 15 quod urbem incendiis, caede cives, Italiam bello -assem (*cf.* Sull. 33 incensione urbem, internicione cives, vastitate Italiam, interitu rem publicam -vi. Phil. 1, 30 fam. 5, 2, 8). ad Brut. 1, 10 (9, 18 Sj.), 4 rem publicam . . . exitu (exercitu *Studemund*) -a (PLIN. nat. 22, 7 -tis obsidione abominandoque e. . . . castris. *cf.* APVL. met. 7, 20, 2 exitio [TERT. ieiun. 7 p. 282, 17]). SEN. benef. 3, 35, 2 mortis periculo (*cf.* SCRIB. LARG. 70 medicamentum . . . multos . . . a summo discrimine mortis -vit. PLIN. nat. 27, 7 *pantheras* -ari morte excrementorum hominis gustu. *al.*). APVL. met. 1, 9, 2 *castor* captivitati metuens ab insequentibus se praecisione genitalium -at. 4, 3, 4 fuga me -vi (MAR. AVENT. chron. II p. 239, 574, 2 paene ad integrum interfecti sunt, pauci f. -ti. *cf.* ITALA I Macc. 2, 44 [recc. LB] fugierunt ad gentes, ut se -rent [*gr. σωθῆναι, Vulg.* ut evaderent]. *al.*). 7, 21, 5 nisi . . . de mediis ungulis *asini* . . . esset erepta -taque. 8, 2, 4 praedonum infestis mucronibus puella fuerat . . . -ta. 9, 20, 4 *adultero* iam pro limine (*i. extra domum*) -to. TERT. adv. Iud. 2, 13 de diluvio (*cf. et l. 45*) 2, 14 *quod Loth* de Sodomitarum incendio sit -tus. paenit. 7, 5 naufragio -ti (HERMOG. dig. 14, 2, 5 pr. merces suas n. -verant. SERV. auct. Aen. 3, 12 CLAVD. DON. Aen. 1, 515 p. 102, 23. *cf.* IREN. 3, 14, 1 quemadmodum naufragium fecerunt et in qua -ti sunt insula [*Vulg. act. 27, 44* ut omnes animae evaderent ad terram]). ITALA Esth. 4, 11 (p. 47, 22 Motzo) non est illi salus, praeter hunc . . .; hic -bitur (*var. l.* salvabitur; *Vulg.* possit vivere, *gr. σωθήσεται*). psalm. 21, 9 (cod. 136 Cas.) *deus* -et eum, salvet eum (*gr. ῥυσάσθω . . . σωσάτω, cod. 304* eruat . . . salvum faciat). II Macc. 8, 35 (recc. BM) Nicanor . . . magnifice -tus post perditionem exercitus sui (*gr. εὐημερηκώς*). Matth. 14, 30 (cod. e) cum iam mergeretur *Petrus*, exclamavit dicens: domine, -a me (*gr. σῶσον, Vulg.* salvum . . . fac). FIRM. err. 16, 4 exitium suum . . . desiderant; sed subvenite miseris, -ate pereuntes. SEN. contr. exc. 10, 6 si bene furto evertuntur urbes, quanto melius -antur! (*Sen. contr. 10, 6, 2* servantur). SERV. Aen. 6, 772 querceam . . . coronam accipiebant qui in bello civem -assent. 12, 538 quem Turnus interimit, fortitudo sua -are non potuit. SCHOL. Hor. carm. 3, 8, 1 hac . . . die se casu arboris commemorat -tum et servatae salutis uti festivo. AVG. civ. 3, 21 p. 132, 28 D. *patriam* -vit *Scipio* (*antea*: salvam et liberam reddidit). epist. 140, 28 ut *deus* Noe -ret de diluvio, Loth de caelesti incendio, Isaac de imminenti gladio *eqs.* *β apud Christianos a pernicie, quae animis peccatorum vel infidelium imminet*: TERT. bapt. 1 p. 201, 4 qua *aqua* ablutis delictis . . . in vitam aeternam -amur. 5 p. 205, 13 immundus *diabolus* emundat, perditor -at, damnatus absolvit. carn. 14 l. 14 qui *Christus* solus hominem -ret (*antea*: homo perierat, hominem restitui oportuerat). adv. Iud. 13, 19 duritia huius saeculi mersa in profundo erroris et a ligno Christi . . . in baptismo -atur. adv. Marc. 4, 12 p. 455, 12 in causa animae -andae (p. 456, 19. ITALA Luc. 6, 9 [Tert. adv. Marc. 4, 12 p. 455, 17] licetne sabbatis . . . animam -are an perdere? [*gr. σῶσαι, cod. a al. = Vulg.* salvam facere, *cod. c al.* salvare]. *al.*). paenit. 7, 13 pigeat sane peccare rursus, sed rursus paenitere non pigeat; pudeat iterum periclitari, sed iterum -ari neminem pudeat. pudic. 22 p. 272, 4 in ipsa passione -vit latronem. scorp. 6 p. 156, 10 qui gaudeamus -ti (*antea*: evulsum hominem de diaboli gula . . . vocaverat in salutem). ITALA Matth. 24, 22 (Cypr. Fort. 11) non -retur omnis caro (*gr. ἐσώθη, cod. l al. = Vulg.* fieret salva). Rom. 6, 18 (cod. q *al.* = VVLG.) a peccato. 8, 21 (cod. g *al.* = VVLG.) creatura -bitur a servitute corruptionis in libertatem gloriae filiorum dei ([*gr. ἐλευθερωθήσεται*]. LACT. inst. 7, 15, 4 -bit . . . plebem suam de . . . s. mundi. FVLG. RVSP. praedest. 3, 18 de qua s. *peccati*). FIRMIL. Cypr. epist. 75, 2 p. 811, 10 ut per illum *Iudam* mundus et gentium populus passione domini -retur. PACIAN. epist. 3, 24 p. 92 Noe . . . et Daniel et Iob filios et filias -are non potuerunt (*cf.* AVG. civ. 21, 27 p. 551, 30 D. ut sancti . . . tricenos homines -ent. VICT. VIT. 3, 22 *martyr* suo sancto exemplo . . . suam patriam -vit). AVG. epist. 194, 28 nemo -at venundatos sub peccato a vinculis captivitatis nisi gratia redimentis.

2 *a se ipso tamquam onere* (*fere i. q. e potestate dimittere, relinquere sim.*): **a** *in vita publica* (*exempla quaedam ad p. 1305, 48 referri possunt, si quidem sola vectigalium remissio intellegitur*): CATO or. frg. 33 (161 M.) tit. de Macedonia -anda (*cf. Spart. Hadr. 5, 3* omnia trans Eufraten ac Tigrim reliquit exemplo, ut dicebat, Catonis, qui Macedonas liberos pronuntiavit, quia tueri non poterant [poterat *Bährens*]). CIC. Verr. II 2, 76 -et Byzantios. dom. 23 Pisoni . . . populos liberos multis senatus consultis, etiam recenti lege . . . -tos vinctos et constrictos tradidisti (Phil. 5, 12). prov. 7 civitas libera et . . . a senatu et a populo Romano -ta (Phil. 3, 30 qui . . . vendiderit immunitates, civitates -verit, provincias . . . ex imperii populi Romani iure sustulerit. off. 3, 87 quas c. L. Sulla . . . -visset, ut eae rursus vectigales essent). 10 vectigales multos ac stipendiarios -vit. Att. 16, 16, 11. NEP.

[Bader]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Pelop. 1, 3 neque . . . arcem Thebanis reddiderunt *Lacedaemonii*, quod . . . satius ducebant eos obsideri quam -ari. Liv. 32, 10, 4 quas *urbes* ipse *Philippus* cepisset, eas -turum; quae sibi traditae a maioribus essent, earum . . . possessione non excessurum. 32, 33, 7 *Rhodii postulabant* praesidia deduci ab Iaso . . . et -ari omnia Asiae emporia portusque *a Philippo* (*Polyb. 18, 2, 4* παραχωρεῖν . . . τῶν ἐμπορίων καὶ λιμένων). 33, 31, 8 Quinctius *dixit* -andam omnem Graeciam (*Polyb. 18, 45, 9* ἐκχωρητέον . . . πάντων τῶν τόπων καὶ πάσας ἐλευθερωτέον τὰς πόλεις), . . . si fidem facere *vellent* ad -andam Graeciam (*ibid.* ἕνεκεν . . . τῆς τῶν Ἑλλήνων ἐλευθερίας), non ad transferendum a Philippo ad se imperium sese mare traiecisse. 39, 33, 4 iisdem *legatis Romanis* mandatum, ut ab Aeno . . . praesidia deducerentur maritimaque omnis Thraciae ora a Philippo et Macedonibus -retur (*Polyb. 22, 11, 4* τὰς φρουρὰς ἐξάγειν . . . καὶ . . . ἀποβαίνειν ἀπὸ τῶν . . . τόπων). Evtr. 3, 21, 1 ipse *Hannibal* a Carthaginiensibus redire in Africam iubetur . . .; ita . . . ab Hannibale Italia -ta est (*vertit Paeanius* ἀπεχώρησε). **b** *peculiariter dicta*: Liv. 6, 16, 8 amotus . . . terror et linguam et animos -verat hominum. Cels. 4, 29, 1 *vis pestifera* ut illas partes *corporis* -at, sic hanc . . . prehendit. Cvrt. 10, 2, 27 (*Alexander ad milites*) neminem teneo: -ate oculos meos *abeuntes*. Plin. nat. 5, 58 ut quaeque -ta est terra *Nilo cedente*, seritur (*cf. p. 1306, 83*). Qverol. p. 51, 6 R. (*ad Euclionem*) thesaurum servasti vivus, -asti mortuus.

C *appendix stilistica* (*ad A et B*): **1** *indicatur id (is), a quo quis (quid) -atur*: **a** *abl.*: **α** *nudo: rebus*: Plavt. Asin. 659 Pseud. 204 Ter. Andr. 351. *et passim. hominibus* (*ap.* Cic. *nonnisi per attractionem*): Inscr. Plin. nat. 7, 98. Cic. Tusc. 1, 48 gravissimis dominis, terrore . . . ac . . . metu (Cvrt. 7, 6, 27 Paneg. 11, 3, 6). fam. 11, 8, 1 ut . . . rege, sic . . . regno (12, 1, 1 ad Brut. 2, 7 [9, 5 Sj.], 1). Mart. 9, 27, 11 Plin. paneg. 42, 3 Cod. Iust. 12, 40, 10, 3 (*a. 450/455*). **β** *c. praepos.*: ex: *rebus*: Cic. Verr. II 5, 23 Vitr. 7, 3, 6 Fest. p. 142 Sen. dial. 3, 8, 3 Plin. nat. 18, 41. *al. hominibus*: Itala psalm. 43, 8 (cod. 304 *al.*). 68, 15 (cod. 325 *al.*; Vvlg. ab). ab: *hominibus, deis*: Cic. div. in Caec. 55 rep. 2, 57 fam. 13, 52 ad Q. fr. 3, 1, 9 Nep. Thras. 1, 2. Lex Iul. de vi (Vlp. coll. Mos. 9, 2, 2). Liv. 2, 13, 10. 32, 21, 36. *et saepe. rebus*: Cic. Marcell. 13 (ab *om. pars codd., Klotz*). Tim. 19 Att. 10, 15, 4 Planc. Cic. fam. 10, 9, 1 Sall. (?) rep. 2, 11, 3 Liv. 28, 40, 9. 42, 50, 9 Vitr. 1, 7, 1. *et saepe.* de: *rebus* (*falsa var. l.* Ter. Andr. 351): Gaivs inst. 3, 175 Apvl. met. 7, 21, 5 Tert. bapt. 9 p. 208, 10 idol. 1 p. 30, 24 ieiun. 7 p. 282, 17 Ps. Philo antiq. 10, 1 Ambr. epist. 40, 25 Avx. Maximin. c. Ambr. 59 Hier. epist. 22, 5, 2. *al. hominibus*: Itala psalm. 7, 2 (Sangerm.). 17, 12 (*ibid.*). 142, 9 (Veron.). Filastr. 149, 6. **b** *gen.* (*rerum*): Bell. Hisp. 42, 2 Liv. 5, 28, 1. 41, 19, 6 Flor. epit. 1, 26, 8 Vlp. dig. 21, 1, 29, 1. 32, 50, 2 Cod. Iust. 9, 51, 3 pr. (*a. 222/235*). *var. l.*: Hyg. astr. 2, 9 p. 45, 17. **c** *inf.* (*respicitur crimen obiectum*): Cic. Mil. 47 -atur Milo non eo consilio profectus esse, ut insidiaretur . . . Clodio. **d** *enunt. secund.* (*respiciuntur pericula imminentia*): Min. Fel. 24 (23), 4 Iovem narrat *Homerus* (*A 398sqq.*) Briareo -tum, ne a diis ceteris ligaretur (Tert. apol. 14, 3 ne . . . vim . . . experiretur, opera cuiusdam monstri -tum. Evgipp. Sev. 1, 5. *al.*). Vvlg. I reg. 14, 45 -vit . . . populus Ionathan, ut non moreretur. **e** *adv.*: inde: Itala deut. 24, 18 (Lugd. *al.*). Avg. civ. 14, 1 p. 3, 20 D. 21, 17 p. 521, 14 (*cf.* exinde 21, 12 p. 514, 26). pecc. orig. 29, 34 Comm. apol. 824. unde: Iren. 3, 20 (21 H.), 2 Barnab. 14, 7. hinc: Avg. civ. 22, 22 p. 605, 9 D. Rvstic. Conc.^{S} I 4 p. 70, 3 (*gr. I 1, 7 p. 80, 12* ἐντεῦθεν).

2 *indicatur effectus -andi*: **a** *praepos. c. acc.*: ad: Cic. fin. 3, 7, 2 Avg. civ. 10, 10 p. 417, 11 D. in: Tert. bapt. 1, 1 p. 201, 4. Itala Rom. 8, 21 (cod. g *al.* = Vvlg.). Hier. quaest. Hebr. in gen. p. 30, 5. *al.* **b** *acc.* (*sc. praedicative posito*): Cypr. epist. 76, 7 p. 833, 17 ut de istis tenebris . . . nos . . . integros et gloriosos deus -et. **c** *abl.*: Itala Gal. 5, 1 (cod. f *al.* = Vvlg.) libertate (*gr. dat.*) nos Christus -vit (*cf. 5, 13* in libertatem [-e *var. l.*] vocati. *dub.* (*contextu vix sano*): Pap. Corp. 104 II 17 om⟨ni⟩ immunitate -ti apsolutique sint (in omnem immunitatem *coni. Lesquier*).

3 *indicatur instrumentum -andi: abl. passim.* in *c. abl.* (*sec. graec.*): Itala iud. 6, 37 (Ambr. spir. 1 prol. 5) in manu mea . . . populum -bis (Vvlg. per manum meam). psalm. 30, 2 (cod. 333 *al.*) in tua iustitia -a me et eripe me ([cod. 136 Cas. per iustitiam tuam]. *eadem* 70, 2 [cod. 304 *al.*; in *om.* Hier. psalt. sec. Hebr. 71, 2]). 53, 3 (Sangerm.) in nomine tuo salvum me fac et in virtute tua -a me ([*gr.* κρῖνον, *Hier. psalt. sec. Hebr. 54, 3* ulciscere]. Ps. Philo antiq. 27, 7 non multitudine militiae neque in v. equitum -at dominus). 76, 16 (Veron. *al.*) -asti in bracchio tuo populum tuum. I Macc. 3, 18 (rec. L codd. XG = rec. B) -are in multis *viris* aut in paucis (Vvlg. iud. 7, 7). Optat. 3, 7 p. 89, 24 in passione Christi videretur . . . populus -ari. Hier. psalt. sec. Hebr. 33, 16 non salvatur rex in multiplicatione exercitus, nec fortis -bitur in multiplicatione virtutis. Vvlg. iud. 6, 15 in quo -bo Israhel?

4 *gerund.*: *in coniug. periphrastica passiva*: Salv. gub. 5, 61 -andus . . . a deo . . . non eris (*i.* -beris). *pro part. fut. act.*: Ven. Fort. Germ. 72, 196 crederes hominem . . . se ipsum . . . -andum (*i.* -turum).

5 *lusus verborum*: Cic. Att. 14, 14, 5 et -ti ab egregiis viris nec liberi sumus.

II *structura inversa 'aliquid' i. q. tollere, demere*: **A** *vario usu*: Cic. rep. 2, 59 cum sunt . . . omnia nexa civium -ta (*sc. in aere alieno*) nectierque postea desitum (*cf. structuram sollemnem* [Liv.] perioch. 8 p. 14, 24 plebs nexu -ta est [*v. Liv. 8, 28, 1sqq.*]). off. 1, 32 *promissa metu data* pleraque iure praetorio -antur, nonnulla legibus. Liv. 7, 21, 8 tarda . . . nomina et impeditiora inertia debitorum quam facultatibus aut aerarium . . . dissolvit . . . aut aestimatio aequis rerum pretiis -vit, ut . . . sine iniuria . . . exhausta vis ingens aeris alieni sit. 26, 8, 5 non ad Romam obsidendam, sed ad Capuae -andam obsidionem ire (36, 25, 6 in obsidione -anda. *cf.* Tac. hist. 4, 37, 2 ad -andum Mogontiaci obsidium ducebantur [*4, 34, 1* solvere obsidium legionum]). Val. Max. 8, 1 absol. 12 crimen ('*malim* crimine eum' *Kempf, cf. p. 1307, 80*) libidinis confessio intemperantiae -vit. Colvm. 3, 3, 11 cum sola ea res (*sc. viviradices agro exemptas vendere*) omnem impensam terreni pretio suo (*abl. instr.*) -et. Frontin. (?) grom. p. 41, 26 uno edicto totius Italiae metum -vit. Scaev. dig. 40, 5, 41, 1 aere alieno -to ([*postea*: aes a. exsolveretur]. CIL II 1957, 5 qui . . . *pecuniam* d(edit), ut aes alien(um) rei p(ublicae) . . . lib(eraret)). Tert. paenit. 3, 12 *voluntas* cum . . . facti origo sit, non tanto potior ad poenam est quanto principalis ad culpam, quae *culpa* ne tunc quidem -atur, cum aliqua difficultas perpetrationem eius *culpae* intercipit. Vlp. dig. 50, 12, 2 pr. res . . ., quae vovetur, soluta . . . -at vota. Grill. rhet. p. 75, 14 M. in hoc statu paene videtur genus esse asystati . . .; nam et reus et defensor legibus se niti dicunt; sed ita -atur asystaton, ut videatur, quae lex antiquior sit. Favstin. trin. 5, 1 Iesus secundum carnem Christus factus est, quando primum forma illa servilis, quam acceperat de Adae peccato, -ta est. Schol. Stat. Theb. 6, 483 (505) 'Aonius nexūs . . . exuit' habenarum nexum . . . -vit. Conc.^{S} I 5 p. 325, 18 rec. Q deitas . . . peccata -vit (*Migne gr. 26, 1057^{B}* λυτρούμενος, *rec. B* redemit).

B *in re medica*: Veg. mulom. 3, 10, 2 confectio . . . -at passionem (passione *Lommatzsch, cf.* Chiron 211 ex his . . . passionibus . . . -antur). Damig. lapid. 1 p. 164, 3 continuo partus (partu *ed.*) -bitur. 34 p. 190, 11 *lapis* dolorem -at (Ps. Apvl. herb. 88 l. 4 -at [tollit *var. l.*] et persanat). Theod. Prisc. eup. faen. 17 singula accidentia propriis suis purgationibus -antur. 38 *medicamenta* caligines . . . -verunt (detersit *cod. b. antea*: obscuritates . . . expellimus). 74 *percussus* potionibus -antur. gyn. 28 quae *haemorragiae* . . . difficile -tae sunt (-ti *var. l.*, difficiles -tu *ed. Gelenii*). Oribas. eup. 2, 1 A 34 Aa p. 439 radices . . . antracas et serpentium morsos (-us *Ab*) et carcinon et omnibus pessimis passionibus -at (*om. gr.*, La andracas . . . et ad serpentum percussum et ad carcinos et ab omnibus serpentinis passionibus -at). 4, 73 Aa p. 594 quae in⟨h⟩aeserant guttori (*sc. spina piscis*) -antur (*gr.* συνεφέλκεσθαι, *La* extrahi). syn. 3 add. p. 896, 9 serpentes . . . de domo suffimugatus expellit et -at (*gr. 3, 14, 8* ἐξελαύνει). 9, 18, 19 Aa p. 312.

CAPVT ALTERVM: *notione deflexa i. q. transgredi, transnavigare* (*de ratione, quae intercedit inter sollemnem vocis usum et hunc, parum constat; cf. post alios Bendz, Echtheitsfrage . . . Frontin. strat., 1938, 164sqq.*): Petron. 136, 9 ire extra casam coepi; necdum -veram cellulae limen, cum *eqs.* Frontin. strat. 1, 4, 13 Philippus nullo prohibente angustias freti -vit (angustiis *H; antea*: cum angustias maris . . . transnavigare . . . non posset). 1, 5, 3 si flumen -asset, cuius ripam hostes tenebant ([*postea*: occasionem . . . f. traiciendi]. 4, 7, 28. Hyg. fab. 257, 8 -to flumine). Pass. Perp. 11, 4 (*2* coepimus ferri a quattuor angelis in orientem) et -to (-ti *var. l.*) primo mundo vidimus *eqs.*

deriv.: liberamentum, liberatio, liberator.

compos.: col-, 2. de-, di-, elibero. *cf.* 1. delibero. *Bader.*

cf. Onom. (Liberata).

līberta *v.* libertus.

***lībertās,** -ātis *f.* *a* 2. liber (*cf.* Prisc. gramm. II 128, 8. *al.*). *de scriptura*: loeb- Pavl. Fest. p. 121 (*v. s.* 2. liber). leib- *in titulis et nummis rei publicae liberae* (*iuxta* lib-), *ceterum in cod. A* Plavt. Poen. 1218. -erit- Inscr. numm. Mattingly-Sydenham IV 2 p. 92 n. 284 (*Sev. Alex. imp.*). V 1 p. 287 n. 206 (*Gallien.*). p. 216 n. 60 (*Claud. Goth. ut* p. 226 n. 184). p. 245 n. 65 (*Quintill.*). *plur. v. p. 1312, 8sqq. 1316, 44sqq.: gen.* -ium *e. g.* Ivlian. dig. 29, 4, 22 pr. Scaev. dig. 40, 7, 40, 7 Vlp. dig. 40, 5, 4, 2 Pavl. sent. 4, 7, 3. -um *e. g.* Gaivs epit. 1, 1 pr. 4 Cod. Iust. 6, 38, 4, 1^{b}. 7, 3, 1 Inst. Iust. 2, 9, 6. 3, 11, 5. 6. *c. apicibus*: leíb- CIL I^{2} 1570, -tát- *ibidem et* R. Gest. div. Aug. 1 Orat. imp. Claud. (Pap. Corp. 236) 1, 5. *notatur*: 1 Prob. litt. sing. gramm. IV 276, 48 CIL IX 4681 Inscr. RevA. VI 10, 1937 p. 387 n. 174 adn. lib CIL II 4186. 4187 III 6753. 7061. 7287 XI 5032. 5435. *al.* liber CIL X 3875 XI 5435. libert CIL VI 8452 Inscr. numm. Sydenham n. 918 (*a. 57 a. Chr.*). Mattingly-Sydenham I p. 203 n. 31 (*a. 68/69 ut* p. 205 n. 57). II p. 308 n. 795 (*Traian.*). *al.* liberta CIL X 3875. libertat CIL XII 2396. Not. Tir. 34, 32. *de notione et differentia* (*v. etiam p. 1315, 47sqq. 1315, 71sqq.*): Florent. dig. 1, 5, 4 pr. (= Inst. Iust. 1, 3, 1) -s est naturalis facultas eius, quod cuique facere libet, nisi si quid vi aut iure prohibetur. Isid. diff. 1, 324 -s conditionis est, liberalitas vero beneficientiae et largitatis. *legitur inde a* Naev., Plavto, Enn. [*confunditur in codd. imprimis c.* liberalitas (*passim, v. p. 1318, 82sqq.*), ubertas (Plavt. Poen. 1190 Colvm. 4, 20, 1 Cassiod. var. 10, 33, 3).]

CAPVT PRIVS: *i. q.* ἐλευθερία (*item* Gloss.; *quod ubi respondet, non adnotatur; imprimis respicitur status, sed qualitas animi significatur p. 1314, 36. 1316, 53, in vim actionis manumittendi vergunt e. g. p. 1311, 42sq. nec non plur. p. 1312, 10. metonymias v. p. 1311, 58. 1313, 42. 1317,*

[Kuhlmann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

5). *de ratione, quae intercedit c.* licentia: *iuxtaponitur*: Cic. Verr. II 3, 3 l. -emque (Flacc. 16 ac. 2, 30 ad Q. fr. 1, 1, 22. *al.*). Cypr. sent. episc. praef. p. 436, 5 -is licentia (*cf.* Sacr. Leon. 1104 -em licentiae). *distinguitur*: Cic. dom. 131 non -is . . ., sed l. rep. 1, 68 ex hac nimia l., quam illi solam -em putant. 3, 23 dicitur illa -s, est vero l. (*cf.* Qvint. inst. 3, 8, 48 quae in aliis -s est, in aliis l. vocatur). Liv. 2, 3, 3 l. quaerentes -em aliorum in suam vertisse servitutem (*cf.* 3, 37, 8 l. suam malle quam omnium -em. 27, 31, 6 -em . . . in suam l. verterat). 3, 53, 6 -i . . ., non l. 34, 2, 14 -em, immo l. Tac. dial. 40, 2 quam *l.* stulti -em vocant. hist. 2, 10, 1 in civitate discordi et ob crebras principum mutationes inter -em ac l. incerta. *sim. al.*

I *exempla notionem illustrantia*: **A** *spectat ad ius vel civile vel gentium*: **1** *negatur servitus singulorum hominum*: **a** *strictius respicitur status eius, qui potestati erili non subditus est* (*comprehensa civitate* Cic. Balb. 24 -e, id est civitate . . . donari [*ceterum v. vol. III 1240, 23 sqq.*]; *ea, quae ad potestatem patris, hostium sim. spectant, ad b relegavimus; cf.* Gloss.^{L} V Aa L 343 -s: ingenuitas):
α *sing.*: ① *in univ.* (*exempla selecta*): Naev. com. 74 (*loquitur servus*) quanto -em hanc hic superat servitus! (Varro Men. 174 servitutis et -is. Cic. Scaur. 38 -em a servitute . . . distinguendam. Liv. 28, 39, 5 ex servitute in -em [Fest. p. 340 Lex Salpens. (CIL II 1963) 2, 22 Venvl. dig. 46, 8, 8, 2 Gell. 2, 18, 9. *al.*]. Gaivs dig. 40, 12, 26 ex -e in servitutem [Vlp. dig. 3, 3, 39, 5. 47, 10, 11, 9. *al.*]. *sim. saepius*). Plavt. Capt. 300 patriam et -em perdidi (Cic. div. in Caec. 56 fortunas . . . -emque. Sen. contr. exc. 5, 7, 1. *al.*). 576 si huius . . . reconciliasso in -em filium (*cf.* Epid. 654 sororem in -em . . . opera concilio mea). 699 in -e est ad patrem in patria (Qvint. decl. 340 p. 342, 3 voluntate domini [*saepius ibidem*]. p. 343, 2 in -e est . . ., quisquis caret forma servitutis. *al. cf.* Plin. epist. 4, 10, 4 moretur . . . in -e [Scaev. dig. 40, 4, 29 Men. dig. 40, 12, 29 pr. Vlp. dig. 40, 12, 12, 1. *al.*]). Poen. 134 deberi tibi et -em et multas . . . gratias (Qvint. decl. 343 p. 355, 19. S. C. Rubr. [dig. 40, 5, 26, 7]. Ivlian. dig. 40, 5, 47, 2. 4 Pompon. dig. 40, 1, 13. *al.*). Stich. 751 fugit hoc -s caput (*respicitur pilleus. cf.* Pers. 5, 82 haec . . . -s, hoc nobis pillea donant. Inscr. RevA. VI 10, 1937 p. 387 n. 174 adn. l(ibertatis) p(illeus)). Cic. Caecin. 96 si -s adimi nullo modo possit (99 Val. Max. 6, 3, 3. *al.*). 100 civitas aut -s erepta. Alf. dig. 40, 7, 14 pr. non videri liberum esse *servum*, non enim pro -e . . . eam pecuniam dedisse (Gaivs dig. 40, 7, 31, 1 Vlp. dig. 4, 3, 7, 8. 12, 4, 3, 5 *ex Neratio. al. cf.* Sen. benef. 3, 27, 4 numeraverat [Vlp. dig. 16, 3, 1, 33 *ex Iuliano*]. Iavol. dig. 45, 1, 104 servus pro -e pactus est. *sim. al.*). 44, 7, 20 quamvis domini iussu servus piraticam fecisset, iudicium in eum post -em reddi oportet (Qvint. decl. 318 p. 249, 24 Gaivs dig. 47, 4, 2. Tryph. ad Scaev. dig. 34, 3, 28, 7 nemo . . . ex servitutis actu p. -em tenetur. Vlp. dig. 2, 14, 7, 18 *ex Marcello. al. cf.* Papin. dig. 14, 3, 19, 1 post -em . . . datam. 26, 2, 28, 1 post -em . . . redditam). Verg. ecl. 1, 27 *causa Romam videndi fuit* -s, quae sera . . . respexit inertem *eqs.* (*per prosopopoeiam ut*: Clavd. 8, 613 sollemnia ludit omina -s; . . . famulus . . . iugo laxatus erili *eqs.*). Liv. 24, 14, 8 -is auctorem eis *volonibus* non se fore solum *eqs.* Cels. dig. 35, 1, 49 legatum debebitur et -s obtingit (Gaivs dig. 40, 12, 25, 1 *et saepe apud iurisconsultos*). Ivlian. dig. 40, 7, 13, 2 *servus* alter cessando alterius -em impediet (Pompon. dig. 40, 6, 61 pr. [*ex Iuliano*]. Clem. dig. 40, 9, 24 [*ibid. ex Iuliano*]. Gaivs dig. 40, 9, 29 pr.). CIL II 4186 (= Inscr. Dessau 1868) pub(lici) vicesimae lib(ertatis) p(opuli) R(omani) ark(ario) p(rovinciae) H(ispaniae) c(iterioris) (4187. III 6753 p(rae)p(ositus). 7287 vi⟨li⟩cus, *gr.* εἰκοστῆς ἐλευθερίας ἰκονόμος. V 3351 familiae. *al.*). VI 772 tabul(arius) f(isci) lib(ertatis) et pec(uliorum) (8450 proc(uratori). 8515). *metonymice de hominibus liberis*: Vict. Vit. 1, 25 -em de servitute barbarica liberare (*antea*: multitudo captivitatis). ② *locutiones ad manumissionem vel causam liberalem pertinentes* (*exempla notabiliora*): Plavt. Bacch. 828 tum -em Chrysalo largibere; ego adeo numquam accipiam (*vix de vinculis tantum demendis*). Epid. 726 tibi dabo . . . -em ([*cf. 727* novo liberto, *730* liber esto]. Mil. 1213. Cic. Rab. perd. 31 servo. Liv. 2, 5, 9 -s et civitas data; ille primum dicitur vindicta liberatus. 22, 33, 2. 26, 27, 9. *al. cf.* 32, 22, 10 non -em modo, sed etiam patriam reddiderat. Vlp. dig. 1, 1, 4 est . . . manumissio de manu missio, id est datio -is). Cic. Balb. 24 servos . . . bene de re publica meritos . . . -e, id est civitate publice donari (Tac. ann. 15, 54, 2 Flor. epit. 2, 6, 30 Vlp. dig. 40, 5, 26 pr. *al.*). Varro ling. 6, 64 'adserere manu[m] in -em', cum prendimus ([*in eodem veriloquio*: Fest. p. 340 sertorem . . . dictum a prendendo, quia ⟨cum⟩ cuipiam adserat manum educendi eius gratia ex servitute in -em, vocetur adsertor]. Liv. 3, 45, 2. Qvint. decl. 311 p. 223, 2 [*cf. p. 222, 24* testamento omnes servos manumisit]. Svet. Vit. 10, 2 Vlp. dig. 47, 10, 11, 9. *al.*). Liv. 3, 44, 5 clienti negotium dedit *Appius*, ut virginem in servitutem adsereret neque cederet secundum -em postulantibus vindicias (3, 44, 12 det. Pompon. dig. 1, 2, 2, 24 dixisset. *cf.* Liv. 3, 56, 4 te ab -e in servitutem . . . vindicias non dedisse [3, 57, 5]. Ascon. Corn. p. 60, 21 qui contra -em v. dederit). 3, 45, 11 me vindicantem sponsam in -em (3, 48, 5. 41, 9, 11 ⟨qui⟩ manumitteretur, in -em vindicaretur. Traian. Plin. epist. 10, 66, 2 Vlp. dig. 40, 12, 3 pr. *al. cf.* Scaev. dig. 40, 4, 59, 2 -em sibi vindicare [Vlp. dig. 36, 1, 23, 1 Pavl. dig. 26, 2, 32, 2. 29, 1, 40, 1]). Lex Salpens. (CIL II 1963) 2, 22 si quis . . . servom suom . . . ex servitute in -e⟨m⟩ manumiserit *eqs.* Qvint. decl. 380 p. 424, 24 aeger a servo, cui -em scripserat, venenum petit (p. 425, 3 Vlp. dig. 29, 2, 71 pr. *cf.* Ivlian. dig. 40, 7, 13 pr. si testamento . . . adscripserit ei -em [Call. dig. 48, 10, 15, 2 testamento codicillisve. *al. nude*: Vlp. dig. 24, 1, 21, 1. 36, 1, 18, 3. *al.*]). Ivlian. dig. 40, 4, 17, 2 -s relicta est (40, 4, 18, 1. Pompon. dig. 40, 4, 11 pr. fideicommissa. 40, 4, 41 pr. 2. 40, 5, 34 pr. fideicommisso. *al.*). Scaev. dig. 4, 3, 32 ad -em vindicta manumittendo perduxerat.

β *plur.*: ① *iocose ponitur per hyperbolen*: Plavt. Cas. 504 tribus non conduci possum -bus, quin ego illis . . . comparem magnum malum. ② *spectat ad complures manumittendos* (*saepe de ipsa actione: syn.* manumissio Cod. Theod. 15, 14, 13 Lex Visig. 5, 7, 2; *ex iurisconsultis selecta tantum exempla afferuntur*): Tac. ann. 15, 55, 2 pecunias et -es servis . . . dono datas (Ivlian. dig. 40, 9, 7 pr. 42, 8, 15. Pompon. dig. 40, 4, 40, 1 fideicommissas. 50, 16, 120 legata et -es. Afric. dig. 40, 9, 8, 1. *al. cf.* Ivlian. dig. 40, 5, 47 pr. fideicommissae -es praestari [Vlp. dig. 25, 6, 1, 11 fideicommissarias. *al.*]). Iavol. dig. 32, 77 cum . . . legata repetuntur, -es etiam continentur (Pavl. dig. 50, 16, 80). Ivlian. dig. 29, 4, 22 pr. legatorum . . . et -ium ratio habenda est. 35, 2, 87, 3 -es competent, legata tota praestabuntur (Scaev. dig. 40, 7, 40, 7 legata . . . et -es. Vlp. dig. 40, 4, 32. 40, 5, 4, 2. 40, 5, 24, 11 neque directas -es . . . neque fideicommissarias. *al. cf.* Ivlian. dig. 35, 2, 87, 3 valent [Vlp. dig. 5, 2, 8, 16 ipso iure non valent]. Gaivs dig. 49, 14, 14 cum . . . -es et legata maneant. Vlp. dig. 5, 2, 29, 2 -es atque legata . . . suam habent potestatem. *sim. al.*). 40, 5, 47, 1 non inique senatus consulto -bus succurretur (*cf.* Vlp. dig. 40, 5, 26, 1 subventum fideicommissis -bus). 40, 9, 7 pr. optineri non potest, quo minus lege -es interpellarentur (*cf.* Afric. dig. 40, 9, 8, 1 impediuntur [Marcian. dig. 40, 9, 11, 1. *al.*]. Vlp. dig. 5, 2, 8, 9 Falcidia . . . -es non minuit). Gaivs epit. 1, 1 pr. tria sunt genera -um (*inst. 1, 12* libertinorum, *Ulp. reg. 1, 5* libertorum), quia liberti aut cives Romani sunt aut Latini aut dediticii (1, 1, 4). *al.*

γ *c. adi. vel partic.* (*exempla notabiliora ad α et β pertinentia*): Liv. 24, 15, 6 dubiam (Ivv. 7, 116 Pompon. dig. 31, 11 pr. Pavl. dig. 40, 12, 24, 4 *ex Mela, opp.* certae). 34, 36, 6 inrita (Papin. dig. 40, 9, 25. *cf.* Ivlian. dig. 42, 8, 15 rata [Gaivs dig. 29, 5, 9]. Vlp. reg. 17, 3 -es et legata . . . salva). Sen. dial. 7, 24, 3 iustae (*v. p. 720, 16 sq.*). S. C. Iunc. (dig. 40, 5, 28, 4) fideicommissam (Ivlian. dig. 40, 5, 47 pr. 4 Pompon. dig. 40, 4, 40, 1. 40, 5, 8 Marcell. dig. 40, 5, 56 Scaev. dig. 40, 1, 41, 5. *al. cf.* fideicommissaria *vol. VI 1, 654, 39 sqq.*). Svet. Vesp. 16, 3 gratuita (Cod. Iust. 6, 7, 1 *a. 214*). Ivlian. dig. 29, 7, 2, 2 directa (*v. vol. V 1, 1254, 4 sqq.*). Gaivs inst. 1, 26 pessima . . . -s eorum est, qui dediticiorum numero sunt (*cf. l. 50*). Cod. Iust. 2, 30, 1 (*a. 197*) indebitam. Mod. dig. 35, 1, 53 puram (Cod. Iust. 7, 2, 4, 1 *a. 215*). Cod. Iust. 7, 14, 3 (*imp. Philipp.*) ingenuam (Novell. Anth. 1, 2 Drac. laud. dei 3, 347). Cod. Theod. 5, 7, 2, 1 (= Iust. 8, 50, 20, 2 Const. Sirmond. 16) incolumem. 9, 9, 1, 2 (= Iust. 9, 11, 1, 2) nuda. Interpr. cod. Theod. 4, 8 (7), 1 integra et plena ([directa Cod. Theod.]. Cod. Iust. 7, 7, 1, 2 Vita Caes. Arel. 1, 38). 9, 24, 1 Latinam (Salv. eccl. 3, 33 Cod. Iust. 7, 6 rubr. *al. cf.* Salv. eccl. 3, 31 Romana [Cod. Iust. 7, 6, 1, 1^{c} -em et civitatem R. 7, 6, 1, 4. 8]. Cod. Iust. 7, 5 rubr. dediticia [*cf. l. 42*]. *de eisdem tribus generibus*: Inst. Iust. 1, 5, 3 maiorem . . . minorem . . . inferiorem). Cod. Iust. 7, 7, 1, 1^{b} legitimam (Gloss. l. -s: *νόμιμος ἐλευθερία*). 7, 15, 2 in ecclesiasticis -bus.

b *latius*: Enn. ann. 200 (*Pyrrhus ad Romanos captivos*) quorum virtuti belli fortuna pepercit, eorundem me -i parcere certumst (*de eis, qui in hostium manibus sunt, ut e. g.*: Sen. contr. exc. 8, 4, 2 non aliud Scaevolae Mucio . . . capto contra Porsennam regem -em reliquit quam vilitas sui. Cvrt. 5, 3, 15 omnes et deditos et captos [et] -e atque immunitate donavit). Liv. 34, 2, 14 omnium rerum -em, immo licentiam . . . desiderant *mulieres petentes, ut lex Oppia abrogetur* (*de statu mulierum viris non subiectarum ut*: 34, 7, 12 numquam salvis suis exuitur servitus muliebris, et ipsae -em, quam viduitas et orbitas facit, detestantur. Tert. uxor. 1, 7 l. 11 quid -em oblatam tibi *morte mariti* iterata matrimonii servitute fastidis? Hier. epist. 22, 16, 3 maritorum expertae dominatum viduitatis praeferunt -em. 54, 13, 1 viduarum . . . -e. Cod. Theod. 3, 1, 7 pr. [= Iust. 5, 4, 18 pr.] viduae . . . etiamsi emancipationis -e gaudent). Sen. contr. 2, 5, 12 occidi tyrannum, -em tibi reddidi (*i. liberando e carcere ut*: Hier. epist. 1, 15, 3 imperatorem . . . adit . . ., ut *mulierem* redditam vitae redderet -i). Stat. silv. 5, 2, 69 quem non corrupit . . . novae . . . -s properata togae? (*cf. de liberis emancipatis*: Marcell. dig. 37, 12, 4 patri, qui filium emancipavit, de his, quae -is causa imposita fuerint, praetor nihil edicit *eqs.* [*sim.* Tryph. dig. 37, 15, 10]. Vlp. dig. 35, 1, 92 neque . . . praetor . . . eos *liberos* ad -em tuetur ut servos. Cod. Theod. 8, 14, 1 [*sim.* Iust. 8, 49, 1] filios contumaces . . . emancipatione rescissa damno -is immeritae multare. *al. per comparationem*: Tac. ann. 14, 1, 1 *Neronem* pupillum vocare, qui iussis alienis obnoxius non modo imperii, sed -is etiam indigeret). Qvint. inst. 7, 3, 27 addictus recepta -e ingenuus fit (Calp. decl. 14 numquam sperat -em). Novell. Valent. 31 pr. *colonus* -em, quam nascendo non habuit, fugae sibi adsiduitate defendens (*item de colonis*: Cod. Iust. 4, 21, 19 pr. coloni . . . sibi iniquam forte -em vindicantes. 11, 48, 22, 3 filius *coloni* longinqua -e abutendo *eqs.* 11, 48, 23 pr. nec adscripticiae condicione suppositus . . . aliquis sibi vindicet -em. *al.*). Cod. Iust. 10, 32, 67 pr. -em sibi curialis competere condicionis (*cf. ibid.* 3 curiae -em).

[Kuhlmann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

2 *per similitudinem*: **a** *negatur servitus rei publicae civiumque, qui indicantur passim per gen. vel adi.* (*exempla notabiliora*): *α respiciuntur res externae*: Enn. scaen. 137 (*loq. Praxithea*) -em paro, quibus servitutem mea miseria deprecor. Cato orig. 95[b] *Rhodienses* ne sub ... imperio nostro in servitute nostra essent, -is suae causa in ea sententia fuisse arbitror. CIL I[2] 725 restitutei in maiorum leibert⟨atem⟩ ([*gr. δημοκρατίαν*]. Amm. 30, 7, 9 Svlp. Sev. chron. 1, 24, 3. *cf.* Liv. 29, 21, 7 iis -em ... restituere [35, 36, 7. 39, 34, 3 Vell. 2, 18, 3. *al.*]). Cic. inv. 2, 168 classis, nautae, milites, socii, quibus rebus incolumitatem ac -em retinent civitates (Veg. mil. 3, 10 per *artem bellicam*). Verr. II 5, 114 -e, quam vos sociis dedistis, hac ille in ... supplicio miserrimae servitutis abusus est (Att. 6, 1, 15. Liv. 31, 31, 15 *iuxta*: pacem [perioch. 15]. 33, 34, 10. *al. cf.* 34, 49, 11 redditam [Tac. ann. 12, 58, 2 -s adempta. *al.*]). Font. 27 *Gallia in Fontei calamitate* prope suam immunitatem ac -em positam esse arbitrabatur (Liv. 38, 48, 4 civitatibus datis. Sen. benef. 5, 16, 6 -em cum i. reddiderat). Flacc. 71 Graecorum -e gaudes; ... cur his *Apollonidensibus* per te frui -e sua ... non licet? (Flor. epit. 2, 7, 13 avita -e. *cf.* Liv. 34, 22, 4 Graecia simul pacis -isque perfruens bonis). Pis. 90 ereptam -em populis (Caes. Gall. 1, 17, 4 Sen. clem. 1, 1, 2. *al. cf.* Liv. 33, 38, 6 raptam). nat. deor. 3, 49 pugnantes pro patriae -e ceciderunt (Cvrt. 6, 1, 8 Flor. epit. 1, 11, 5. 3, 10, 4. *al. cf.* Liv. 2, 23, 2 dimicantes [10, 16, 4. 36, 17, 13]. 7, 25, 6 laturos arma. 33, 33, 5 bella gerat [34, 32, 3]. *sim. al.*). off. 3, 48 *ut* -em ... Graeciae classe defenderent (Planc. Cic. fam. 10, 8, 6 *iuxta* salutem. Sall. or. Lep. 4 Liv. 3, 10, 14. 10, 31, 14. *al. cf.* 33, 12, 2 tuendae simul pacis -isque [33, 20, 11. 37, 54, 17 ab servitio regio. 37, 54, 25. *al.*]. Epist. imp. Constant. [CIL III 7000] 3, 13 -is ... privilegium custodire). Caes. Gall. 7, 1, 5 qui ... Galliam in -em vindicent (civ. 2, 21, 1 Hirt. Gall. 8, 1, 3. Nep. Epam. 8, 4 universam Graeciam. *al. cf.* Caes. Gall. 7, 76, 2 -is vindicandae [Liv. 34, 59, 5 a Philippo. *al.*]. Liv. 8, 5, 4 armis ... adserere Latium in -em. Qvint. inst. 6, 5, 8 in adserenda -e rei publicae). Liv. 25, 28, 3 quin ... Siculis cetera cum -e ac legibus suis servarentur (27, 21, 8. 31, 31, 7). 27, 30, 5 regnum *Philippi* ... grave -i futurum (*cf.* 33, 12, 10 -i Graeciae videri graves Macedonum reges). 34, 23, 5 Athenienses, -is quondam duces et auctores (34, 25, 9 *item iuxta* ducem. 36, 31, 5. 38, 32, 8. *al. cf.* 35, 46, 11 vindice -is [CIL III 7061 *de imp. Claudio.* Paneg. 3, 6, 1. Svlp. Sev. chron. 1, 27, 2 et hostium ultorem. *al.*]. Sen. contr. 9, 1, 4 Persicae potentiae vindex, -is publicae adsertor). 39, 37, 13 specie ... aequum est foedus; re apud Achaeos precaria -s, apud Romanos etiam imperium est. Lvcan. 10, 25 (*per prosopopoeiam*) sibi -s umquam si redderet orbem (*27* terras tot posse sub uno esse viro). *metonymice de ipso homine, fere -is vindice*: Arator ad Vigil. 3 publica -s, sanctissime papa Vigili *eqs.* *β respiciuntur res internae*: Ter. Ad. 183 (*loris caeditur leno*) hicin -em aiunt esse aequam omnibus? ([*175* regnumne ... hic tu possides?]. Cic. rep. 1, 47 Sall. [?] rep. 2, 11, 2 Liv. 4, 5, 5. 34, 54, 5 Qvint. decl. 301 p. 185, 17. *al. cf.* Cic. or. frg. A VII 51 Porciam *legem* principium iustissimae -is. Liv. 26, 2, 16 imparem). Cato or. inc. frg. 19 (252 M.) iure, lege, -e, re publica communiter uti oportet (Cic. leg. agr. 2, 86 suo iure -eque. Nep. Milt. 8, 3. *cf.* Cic. fam. 11, 12, 2 abuti). Acc. praetext. 40 Tullius, qui -em civibus stabiliverat (Cic. Catil. 4, 19 Liv. 5, 12, 8. *cf.* 6, 37, 10 stabilem -em). Rhet. Her. 4, 13, 19 -s sublata est (Cic. leg. agr. 2, 24 lege. 2, 29 omne vestrum ius, potestas -sque. 2, 75. *cf.* Verr. II 4, 146 eripi -em [leg. agr. 2, 15. rep. 1, 28 civibus suis. Sall. (?) in Tull. 5 omnium. *al.*]. Manil. 11 imminutam. Rab. perd. 13 violare. dom. 116 oppressa [130 Sall. or. Phil. 3. 6. *al.*]. *sim. saepius*). Cic. Verr. II 3, 6 civium Romanorum iura ac -em sanctam (Liv. 3, 52, 4). 5, 160 quasi luce -is et odore aliquo legum recreatus (Rab. perd. 13). 5, 162 nomen dulce -is (Liv. 24, 21, 3. *cf.* Cic. Catil. 4, 16 dulcissima. Pollio Cic. fam. 10, 31, 3 iucunda. Liv. 1, 17, 3 -is dulcedine. *sim. al.*). Cluent. 146 (*de legibus*) fundamentum -is (Amm. 14, 6, 5. *cf.* Cic. Cluent. 155 -em ... legibus obtinemus. leg. agr. 2, 102 -s in legibus *consistit*). leg. agr. 1, 17 -is ... recuperandae spes (2, 75 Phil. 2, 27. 28. 3, 19. 29. *et saepius. cf.* recipere Brvt. [?] Cic. ad Brut. 1, 16 [9, 24 Sj.], 6 Sall. or. Lep. 27). 2, 4 vindicem ... -is (Sest. 144 Phil. 2, 30 de orat. 2, 199. *al. cf.* leg. agr. 2, 15 praesidem -is custodemque [2, 25. Rab. perd. 12 defensorque. Liv. 6, 37, 2. *al.*]. Rab. perd. 27 parentem. Phil. 10, 18 adiutores. Mat. Cic. fam. 11, 28, 3 auctores [Liv. 34, 41, 3 Qvint. decl. 329 p. 296, 3. *al.*]. Brvt. Cic. ad Brut. 1, 11 [9, 19 Sj.], 1 propugnatorem. Liv. 8, 34, 3 L. Brutum conditorem Romanae -is. *sim. al.*). 2, 9 -em propriam generis ac nominis vestri *sc. Quiritium* (Phil. 6, 19 populi Romani. *cf.* Pis. 15 huic ... populo ... insita). 2, 16 traditam -em ... consule adiutore defendere (Sest. 86 Phil. 3, 37. 39. 4, 1. 8. *al. cf.* Rab. perd. 10 munitam [dom. 80]. Sest. 137 tueri [Vatin. 24 Phil. 4, 2. 10, 23. *al.*]. *sim. saepius*). Flacc. 16 *Graecia* concidit -e immoderata ac licentia contionum (ad Q. fr. 1, 1, 22. *cf.* rep. 1, 68 nimia, maxima. 2, 55 modica. Ps. Sen. mon. 162 immodica). 25 patriae in -em vindicandae (Brut. 212 rem publicam. rep. 1, 48 fam. 2, 5, 2. *et saepe. cf.* Svet. Cal. 60 in asserenda -e [Claud. 10, 3]. Flor. epit. 1, 9, 1 ad vindicandum -is ... decus). *al.* *per prosopopoeiam* (*cf. p. 1311, 46 sq. 1315, 29. supra l. 41 et sub III*): Cic. Planc. 33 ubi illa antiqua -s, quae malis oppressa civilibus extollere iam caput ... debebat? Phil. 3, 28 hodierno die primum ... in possessione[m] -is pedem ponimus (*cf.* rep. 1, 47 nulla alia in civitate, nisi in qua populi potestas summa est, ullum domicilium -s habet. Lvcan. 7, 433 fugiens civile nefas ... -s ... recessit. 7, 580 -s ultima mundi quo steterit ferienda loco). off. 2, 24 timefacta -s. Sall. or. Macri 12 vis tribunicia, telum a maioribus -i paratum (*cf.* Sil. 14, 107 saevit in armis -s *eqs.*). Sen. benef. 5, 15, 6 obmutescat inter militaria signa -s. dial. 9, 5, 3 *Socratis* -em -s *Atheniensium* non tulit. Lvcan. 2, 303 non ante revellar exanimem quam te complectar, Roma; tuumque nomen, -s, et inanem persequar umbram. 3, 114 viribus an possint obsistere iura, ... -s experta. 7, 696 par, quod semper habemus, -s et Caesar erit. Tac. ann. 1, 74, 5 morientis -is (*cf.* Plin. paneg. 57, 4 expirante). Plin. paneg. 36, 4 eodem foro utuntur principatus et -s. 69, 5 illos ingentium virorum nepotes, illos posteros -is nec terret Caesar nec pavet.

b *negatur servitus rerum* (*accedit gen. separat.*: partis servitutis Proc. dig. 8, 6, 16, servitutis Ivlian. dig. 8, 2, 32, 1 Vlp. dig. 23, 5, 6 Pavl. dig. 41, 3, 4, 28): Proc. dig. 8, 6, 16 si quis ... ius aquae ducendae non ducendo eam amisit, ... commodum eius est, per cuius fundum id iter aquae ⟨est⟩, quod non utendo pro parte unius amissum est; -e enim huius partis servitutis fruitur. Ivlian. dig. 8, 2, 32 pr. si aedes meae serviant ... aedibus Publii Maevii, ne altius aedificare mihi liceat, ... -em adversus Publium Maevium usucapiam (*ibid.* 1 Pompon. dig. 8, 2, 7 Gaivs dig. 8, 2, 6 Papin. dig. 8, 4, 17. Pavl. dig. 8, 6, 18, 2 -em aedium suarum. 41, 3, 4, 28). Papin. dig. 8, 3, 34 pr. quoniam non personae, sed praedia deberent, neque adquiri -s neque remitti servitus ... poterit. Vlp. dig. 23, 5, 6 nec -s servitutis urbano praedio dotali debitae competit, ne per hoc deterior condicio praedii fiat. Pavl. dig. 41, 3, 4, 28 -em praestat sublata servitute *usucapio* (*ibid. saepius*).

B *usu vario*: **1** *de hominibus et eorum actionibus sim.*: **a** *in dicendo, scribendo* (*accedit gen.* orationis Plavt. Bacch. 168, dicendi Cic. Cluent. 118. dom. 22 [*? v. l. 44*]. Paneg. 2, 2, 4 tacendique. *al.* [*item gerund.*: Cic. de orat. 3, 19 leg. 1, 36 fam. 9, 22, 1 Verg. Aen. 11, 346. *et saepe*], vocis Cic. Sest. 14 Pvblil. I 62. *al.*, verborum Cic. Cael. 8 Trebon. Cic. fam. 12, 16, 3. *al.*, sermonum Cic. Cael. 49. *al.*, consilii Cvrt. 6, 10, 26. linguae *ibid.* 7, 2, 37. *sim. passim*): *α neglegitur metus, moderatio, pudor* (*praeter statum liberum respicitur etiam qualitas animi, qui arbitrii alieni impatiens est, cf. p. 1316, 53; de usu v.* Qvint. inst. 9, 2, 27 haec *sc. exclamationes* quotiens vera sunt, non sunt in ... forma *figurarum orationis* ...; quod idem dictum sit de oratione libera, quam Cornificius [*Rhet. Her. 4, 36, 48*] licentiam vocat, Graeci *παρρησίαν*. quid enim minus figuratum quam vera -s? Gloss. *παρρησία*): Ⓘ *in univ.* (*exempla selecta*): Plavt. Bacch. 168 hactenus tibi ... -s datast orationis; satis est; ... tace. Cic. S. Rosc. 9 *me* his de rebus ... neque satis libere vociferari posse intellego; nam ... -i tempora sunt impedimento. dom. 22 quod ⌊ei *Catoni* dicendi⌋ (*Halm*, idem *codd.*, *temptaverunt alii alia*) ... -em ademisses (*cf.* Sen. dial. 5, 35, 1 respondisse tibi servum indignaris ...: deinde idem de re publica -em sublatam quereris, quam domi sustulisti [Cvrt. 8, 4, 30 -e sublata]. Cvrt. 7, 2, 37 -em linguae ab auribus credulis remoturus. Avg. civ. 2, 12 tit. auferendo -em poetis [*p. 67, 3 D.* poetis ... negatam esse licentiam]). p. red. ad Quir. 24 mihi ... neque in hominum voluntatibus pro re publica laedendis -em ... defuturam ([*inde* Paneg. 3, 22, 3]. Qvint. decl. 338 p. 333, 15 nec huic -s ex fiducia deerat. Avg. civ. 6, 10 p. 267, 4 D.). Sest. 14 si asperius in quosdam homines invehi vellem, quis non concederet, ut eos ... vocis -e perstringerem? (*item forma* 'cum' -e loqui': Brut. 267 multa cum -e dicebat [Phoebad. c. Arian. 16 l. 27 D.; *deest* 'cum': Cic. fam. 1, 9, 7 animoque maximo. Avg. civ. 15, 14 p. 87, 20 D. prophetantium -e]. Trebon. Cic. fam. 12, 16, 3 in quos tanta -e verborum incurreret. Hor. sat. 1, 4, 5 multa cum -e notabant. Liv. 42, 14, 8 -e intemperanti invectus in regem. Vell. 2, 71, 3 magna cum -e ominatus est. *sim. saepe*). 60 manere -em illam (*sc. Catonis in extraordinarias potestates invehentis*). Cael. 8 quantum a rerum turpitudine abes, tantum te a verborum -e seiungas. Planc. 33 -em equitis Romani se ferre non posse ([*antea*: asperius ... locutus est ..., immo liberius]. Sen. dial. 9, 5, 3. Svet. Vesp. 13 amicorum -em ... lenissime tulit. *cf.* Sen. dial. 5, 13, 4 minime illam *-em* pati [*antea*: ius ... obiurgandi]. *sim. al.*). Brut. 173 summa -s in oratione *Philippo erat.* ac. 2, 30 et licentiam. fam. 1, 9, 20 fructum cepisse ... ex -e mea. Trebon. Cic. fam. 12, 16, 3 qui magis hoc Lucilio licuerit adsumere -is quam nobis? Sen. suas. 7, 2 quid provocatam ... -e tirocinii tui (*i. Ciceronis*) Syllanam potentiam *referam eqs.*? *et saepe.* -s *vitium fit vel vitii simile est*: Hor. epist. 2, 1, 147 -s ... lusit amabiliter, donec iam saevus apertam in rabiem coepit verti iocus (*cf.* Sen. contr. 10 praef. 5 *Labieni* -s tanta, ut -is nomen excederet et, quia passim ... homines ... laniabat, Rabies vocaretur). ars 282 in vitium -s excidit *comoediae.* Qvint. inst. 11, 1, 67 ut -is nostrae ratio reddatur, ne quis nos aut petulantes in laedendis iis ... putet. 12, 9, 13 frequenter ... species -is deducere ad temeritatem solet ... periculosam (*cf.* Amm. 30, 4, 10 -em temeritas ... imitatur). 12, 10, 73 specie -is insanit. Tac. hist. 1, 1, 2 malignitati falsa species -is inest. Amm. 14, 9, 6 -em ... superbiam ratus. Ⓘⓘ *accedunt adi. vel partic. notabiliora*: Cic. Sest. 60 maiorem (ac. 2, 30. Vell. 2, 71, 3 magna. *cf.* Cic. Brut. 173 summa. 267 multa [Hor. sat. 1, 4, 5. *al.*]. Trebon. Cic. fam. 12, 16, 3 tanta [Sen. contr. 10 praef. 5 Mart. 6, 88, 3]. *sim. al.*). Hor. sat. 2, 7, 4 Decembri. Liv. 42, 14, 8 intemperanti (Sen. dial. 2, 19, 2). Sen. contr. 7, 8, 1 peri-

[Kuhlmann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

culosa. *ibid.* inhumana. VELL. 2, 68, 4 immodica et intempestiva (CVRT. 8, 2, 2). VAL. MAX. 6, 2 ext. 2 non solum fortis, sed etiam urbana. SEN. epist. 29, 1 promiscua. CVRT. 8, 5, 13 prompta -s invisa erat. QVINT. inst. 9, 2, 27 vera. 10, 1, 65 facundissimae. TAC. dial. 27, 3 antiqua. hist. 1, 85, 3 suspecta. ann. 4, 35, 1 impunita. TERT. pudic. 14 p. 247, 17 aperta[e]. ARNOB. nat. 4, 29 ingenua. HIL. c. Const. 6 apostolicam. AMM. 16, 10, 13 coalita. SCHOL. Cic. Bob. p. 159, 15 nimia. HIER. hom. Orig. in Luc. 27 p. 158, 24 prophetica. MACR. Sat. 2, 7, 2 asperae. SIDON. epist. 5, 8, 2 salsa.

β neglegitur regula sim. strictior: AETNA 91 debita carminibus -s ista (*sc. deorum facta fingens*), sed omnis in vero mihi cura. SEN. contr. 2 praef. 1 principia, argumenta, narrationes aride dicebantur, in descriptionibus extra legem omnibus verbis, dummodo niterent, permissa -s. QVINT. inst. 4, 1, 59 illud . . . manet, ne quod insolens verbum, ne . . . poetica licentia sumptum in principio deprehendatur . . .; iam calentibus *animis audientium* haec -s feretur *eqs.* 4, 2, 28 -s declamatoribus *est*, ut etiam secundo partis suae loco narrare videantur. 8, 3, 30 fingere *verba* . . . Graecis magis concessum est, qui sonis etiam . . . non dubitavérunt nomina aptare, non alia -e quam ⟨qua⟩ illi primi homines rebus appellationes dederunt. 8, 6, 20 numerorum . . . -s, *qua sing. pro plur. ponitur*. 8, 6, 30 *Cicero* usus est hac -e (*sc. antonomasia*). 10, 1, 28 non per omnia poetas esse oratori sequendos nec -e verborum nec licentia figurarum. 10, 5, 4 verba poetica -e audaciora (FAV. EVL. 19, 5 W. = p. 14, 4 H.).

b *in univ.*: *α pertinet magis ad statum*: Ⓘ *sing.*: Ⓐ *usu vario* (*exempla selecta*): NAEV. com. 10 potiorem . . . habui -em multo quam pecuniam (*nisi ad A*). PLAVT. Mil. 702 si istam (*sc. caelibis*) semel amiseris -em (*cf.* TIB. 2, 4, 2 [*per prosopopoeiam*] mihi servitium video dominamque paratam, iam mihi, -s . . ., vale. PROP. 2, 23, 23 -s . . . nulli iam restat amanti. LIV. 34, 2, 2 domi victa -s nostra impotentia muliebri). SCIP. min. or. frg. (32 M.) Isid. orig. 2, 21, 4 ex innocentia nascitur dignitas, ex dignitate honor, ex honore imperium, ex imperio -s (*liberam in re publica agendi facultatem significare videtur. cf.* CIC. Sest. 69 cum consules provinciarum pactione -em omnem perdidissent. *ibid.* voluntatem semper eandem, -em non eandem semper habuisse. prov. 39 ut C. Iulius . . . hanc provinciam tradat ei, cui minime vos velitis . . ., ei *senatui* ne -em quidem relinquat. *sim. al.*). CIC. Verr. II 3, 3 licentiam -emque vivendi (NOVELL. Maior. 6, 5 *viduae* lascivam v. eligunt -em. *cf.* CAES. Gall. 4, 1, 9 vitae [PORPH. Hor. sat. 1, 6, 114. HIL. in psalm. 2, 16 sensusque]). Cael. 43 partim nimia -s in adulescentia, partim profusa luxuries *eqs.* (*item vergit in vitium libidinis sim.*: PORPH. Hor. carm. 1, 19, 1 renovari sibi amorem . . . instinctu Veneris ac vini adiuvante etiam licentiae -e [*cf. Hor. ibid. 3* lasciva Licentia]. CAPITOL. Pius 3, 7 ob nimiam -em et vivendi facilitatem. PETR. CHRYS. serm. 2 p. 189[B] voluptas luxuriae, adolescentiae -s. CASSIOD. in psalm. 48, 10 desperata -e luxuriant *peccatores. v. etiam l. 39*). parad. 34 quid est . . . -s? potestas vivendi ut velis (*item significat liberam voluntatem*: off. 1, 70 ut . . . -e [liberalitate *var. l.*] uterentur, cuius proprium est sic vivere ut velis. QVINT. decl. 318 p. 250, 25 plena . . . -s relicta est: darem utri vellem. HIL. trin. 7, 19 velle . . . naturae -s est). PVBLIL. B 5 beneficium accipere -em est vendere (*cf.* HOR. epist. 1, 10, 40 qui pauperiem veritus . . . -e caret, dominum vehet improbus *eqs.* QVINT. decl. 298 p. 178, 9 -em et ingenuum pudorem consumpsisti, *parasite* [*infra*: obiectis cibis in istam cecidisti servitutem]. TERT. apol. 39, 16 parasiti adfectant ad gloriam famulandae -is sub auctoramento ventris. AVIAN. fab. 37, 20 -em postposuere gulae). SEN. suas. 7, 3 (*ad Ciceronem*) adsere te potius -i et unum crimen inimico adice, fac moriendo Antonium nocentiorem (*item de morte*: SEN. Ag. 796 -s adest.:: secura vive.:: mihi mori est securitas. Phaedr. 139 fortem facit vicina -s senem. dial. 1, 2, 10. 1, 6, 7. 5, 15, 3. 4. *al.*). SEN. clem. 1, 15, 6 -em sententiae suae redemit (*dubium, utrum gen. an dat., sed v.* TERT. adv. Marc. 2, 9 p. 347, 21 comminatione moriendi, qua . . . regeretur s. -s. *cf.* arbitrii: anim. 20, 5. 22, 1. 38, 6. *et saepe* [*v. etiam p. 1316, 46*]. voluntatis: castit. 2 l. 36 HIL. in Matth. 10, 24 in psalm. 2, 16 GAVDENT. serm. 3, 16 G. *al.*).

vi corporea de libera mobilitate: ANON. de mach. bell. 7 ut omni latere in hostem sagittas impellat sagittarii -em et manus imitata *machina*.

in interpret. vocis gr. ἀπαλλαγή (*v. etiam p. 1318, 10*): CASSIOD. Ios. antiq. 1, 164 deus impedivit desiderium eius *Pharaonis* iniustum aegritudine . . .; cum . . . pro -e sacrificaretur *eqs.* (*gr.* περὶ ἀπαλλαγῆς).

Ⓑ *de -e, quam virtus, sapientia, doctrina praestant*: ENN. scaen. 302 ea -s est, qui pectus purum et firmum gestitat (*item definitur*: SEN. dial. 2, 19, 2 -s est animum superponere iniuriis *eqs.* epist. 37, 4 sapientia, quae sola -s est. 51, 9 quae sit -s, quaeris? nulli rei servire, nulli necessitati, nullis casibus, fortunam in aequum deducere. *sim. al.*). CIC. de orat. 2, 145 me . . . sapientia . . . in -em vindicabit. off. 1, 68 *gloriae cupiditas* eripit -em (liberalitatem *var. l.*), pro qua magnanimis viris omnis debet esse contentio; . . . vacandum . . . omni est animi perturbatione *eqs.* HOR. epist. 1, 18, 8 vult -s dici mera veraque virtus (*vituperatur ut* CYPR. patient. 2 p. 398, 16 insolens adfectatae -is audacia et exerti ac seminudi pectoris inverecunda iactantia *philosophorum*). SEN. dial. 2, 9, 4 salvis vitiis vestris haec sapienti -s quaeritur. 7, 3, 4 sequi perpetuam tranquillitatem, -em depulsis iis, quae aut irritant nos aut territant. 7, 4, 4 exeundum ad -em est; hanc non alia res tribuit quam fortunae neglegentia: tum illud orietur inaestimabile bonum, quies mentis in tuto conlocatae et sublimitas *eqs. al. in script. sacr.*: ITALA Rom. 8, 21 (cod. d *al.* = VVLG.; *item infra in epist. Pauli*) creatura liberabitur a servitute corruptionis in -em gloriae filiorum dei. I Cor. 10, 29 quid . . . -s mea iudicatur ab infideli (aliena *Vulg.*) conscientia? II Cor. 3, 17 ubi . . . spiritus domini, ibi -s. Gal. 2, 4 *falsi fratres* subintroierunt explorare -em nostram, quam habemus in Christo Iesu, ut nos in servitutem redigerent. 4, 31 non sumus ancillae filii, sed liberae: qua -e Christus nos liberavit. 5, 13 vos . . . in -em vocati estis . . .; tantum ne -em in occasionem detis carnis. Iac. 1, 25 (cod. ff, *cf.* VVLG.) qui . . . respexit in legem consummatam -is . . ., hic beatus erit in operibus suis (VVLG. Iac. 2, 12, *ubi* liberalitas *cod. ff*). I Petr. 2, 16 (Aug. spec. 44. *al.* = VVLG.) quasi liberi et non quasi velamen habentes malitiae -em, sed sicut servi dei. *inde apud ecclesiasticos*: MIN. FEL. 37, 1 quam pulchrum spectaculum deo, cum Christianus cum dolore *tormentorum* congreditur . . ., cum -em suam adversus reges . . . erigit *eqs.*! 38, 1 quod . . . sacrificiorum reliquias . . . contemnimus . . ., verae -is adsertio *est* (TERT. spect. 29 p. 27, 23 AVG. civ. 2, 29 p. 96, 10 D. lib. arb. 1, 109 -*s* nulla vera est nisi beatorum et legi aeternae adhaerentium *eqs.* NICET. fid. 2 verissimam). TERT. nat. 1, 4, 15 pro qua -*e* mori novimus. coron. 13 l. 37 si veram putes saeculi -em . . ., redisti in servitutem hominis, . . . amisisti -em Christi (*cf.* GAVDENT. serm. 11, 21 G. Christianae -is [PELAG. in Rom. 13, 1 AVG. doctr. christ. 3, 29. *v. etiam l. 25*]). adv. Marc. 3, 22 p. 415, 8 cum legis obligamenta et onera evangelica iam -e mutarent *apostoli* (*item opponitur legi veteris testamenti*: 5, 3 p. 575, 15 Christianam. p. 577, 7 ut . . . ex fidei -e iustificaretur homo, non ex legis servitute. 5, 4 p. 582, 5 IREN. 3, 10 [11 H.], 5 novam [nullam *codd., an* novellam*?*] -is dispositionem. 3, 12, 14 [17 H.] -is novum testamentum [4, 16, 5 = 4, 28 H. *cf.* 4, 33, 14 = 4, 55, 5 H. novi testamenti -s]. *sim. al.*). IREN. 3, 15, 3 apostoli -is. 3, 19 (20 H.), 1 per filium percipientes -em. CYPR. eleem. 1 p. 373, 9 *Christus* servivit, ut ad -em servientes extraheret. *al.* Ⓒ *de -e affectuum, virtutum, vitiorum* (*v. etiam p. 1315, 43*): CIC. de orat. 1, 226 etiam si corpora capta sint armis . . ., tamen suum ius atque omnium rerum impunitam -em tenere debeat *virtus*. SEN. dial. 11 (12), 19, 3 solent maerentes . . . -em dolori suo quaerere (*cf.* STAT. silv. 2, 1, 15 satiare malis aegrumque dolorem -e doma. Ps. QVINT. decl. 18, 2 *impatientia* -e doloris exaestuat). LVCAN. 2, 145 data -s odiis. QVINT. inst. 11, 2, 45 ad libellum respicere vitiosum, quod -em neglegentiae (*dat.*) facit. TERT. nat. 1, 16, 3 incesta vestra pro sua -e . . . tota caeli conscientia fruuntur. anim. 41, 2 bonum in animo a malo oppressum . . . radiat inventa -e. adv. Marc. 4, 16 p. 470, 17 metu . . . ultionis omnis iniquitas refrenatur, ceterum passim emissa -e dominabitur.

Ⓘⓘ *plur.* (*per congruentiam c. aliis pluralibus factam*): TERT. anim. 24, 4 pro locis et pro institutionibus et pro corpulentiis ac valetudinibus et pro potestatibus . . . et pro -bus arbitrii ex accidentibus constant *affectus sim.* AVG. divers. quaest. 79, 1 p. 91 ut pro cupiditatibus et electionibus suis servitutes eorum *hominum* -esque distribuat *deus* (*per metaphoram locorum p. 1312, 10 sqq. allatorum*). SERM. Corp. Vind. 21, 2 p. 229, 22 totam requiem in illam futuram patriam reservemus et -es ac praesentium inlecebras ⟨ac⟩ cupiditates futurorum desideriis occupemus.

β pertinet magis ad qualitatem mentis, sc. amorem vel studium libere agendi: L. CRASS. or. frg. (41 M.) Cic. de orat. 3, 4 si L. Crassum vis coercere, haec tibi est excidenda lingua, qua vel evolsa spiritu ipso libidinem tuam -s mea refutabit (*cf.* LIV. 2, 56, 8 rudis in militari homine lingua non suppetebat -i animoque. 3, 41, 4 cum -s non ultra vocem excessisset. VAL. MAX. 6, 2 pr. -em . . . vehementis spiritus dictis pariter ac factis testatam . . . non excluserim; quae inter virtutem vitiumque posita *eqs.* SEN. Oed. 525 saepe vel linguā magis . . . muta -s obest. *v. etiam p. 1314, 29 sqq.*). CIC. p. red. in sen. 36 in ea *re publica* defendenda nihil minuam de -e mea pristina, sed etiam adaugebo (*postea*: quid est, quod animum meum frangere . . . possit?). Sest. 88 dolor animi, innata -s . . . fortissimum virum hortabatur. SALL. Iug. 30, 3 C. Memmius, cuius de -e ingenii et odio potentiae nobilitatis supra diximus (*spectat ad 27, 2* vir acer et infestus potentiae nobilitatis). AT. CAP. Gell. 13, 12, 2 agitabat hominem -s quaedam nimia atque vecors. VAL. MAX. 6, 2, 10 -e inflammatus animus (*cf.* TAC. ann. 14, 39, 2 flagrante . . . -e). LAVS Pis. 107 plena pudoris -s animusque mala ferrugine purus. STAT. Theb. 11, 715 indomito sub pectore vivit -s misera. FRONTIN. strat. 1, 11, 4 Romanos eius esse -is, quae contumelia exasperaretur. TAC. hist. 4, 5, 2 *Helvidius Priscus* a Paeto Thrasea gener delectus e moribus soceri nihil aeque ac -em hausit *eqs.* ann. 2, 88, 2 Arminius . . . regnum adfectans -em popularium adversam habuit. *al.*

2 *transfertur* (*saepe sublucente imagine liberi hominis*): **a** *ad animalia*: CIC. leg. agr. 2, 9 -*em* non solum ab hominibus, verum etiam a bestiis expeti . . . videtis (*cf.* rep. 1, 55 -e ne feris quidem quicquam esse dulcius. PHAEDR. 3, 7, 1 [*de lupo et cane*] quam dulcis sit -s . . . proloquar. TAC. hist. 4, 17, 5. Ps. QVINT. decl. 6, 17 nec hominum solum, sed ferarum . . . sensibus . . . ingenita -s). rep. 1, 67 *ut* in . . . tanta -e canes . . . et equi . . . incurrant, ut iis de via decedendum sit. GAIVS inst. 2, 67 (*sim.* dig. 41, 1, 3, 2. 5 pr. INST. Iust. 2, 1, 12) *animal* cum . . . custodiam nostram evaserit et in naturalem se -em receperit, rursus occupantis fit . . .; naturalem autem -em recipere videtur, cum

[Kuhlmann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

... oculos nostros evaserit. APVL. met. 7, 14, 5 meae -i prospexerat suadens, ut rurestribus ... campis ... discurrerem (*item de Lucio asino*: 7, 15, 1 sarcinis ... renuntiaturus nanctaque -e. 7, 15, 3. *cf. de mulabus*: CLAVD. carm. min. 18, 15 nec vinclis famulae nec -e feroces exutae laqueis ... esseda ... trahunt). *c. pron. poss. pro ipso animali libero*: AVIAN. fab. 37, 17 (*loq. leo*) mea cum vacuis -s redditur antris, ... quaelibet arva peto. **b** *ad res et corporis partes*: SEN. benef. 6, 24, 1 ne membra *infantium* -s immatura detorqueat, in rectum exitura constringunt *parentes*. nat. 3, 30, 6 nihil est tam violentum quam magna vis undae; utetur -e permissa et ... quae scindit ... complebit. PLIN. nat. 2, 192 incluso spiritu luctante et ad -em exire nitente (*cf.* CLAVD. rapt. Pros. 1, 175 *ventus* dum scrutatur iter -emque reposcens *eqs.*). 19, 70 -e ... pensili *cucurbitae* concessa. STAT. Theb. 9, 688 castigata iubarum -s (*cf.* CLAVD. rapt. Pros. 2, 149 -em ... comarum iniecta ... frenare corona). QVINT. inst. 10, 3, 22 quod ... caeli -s locorumque amoenitas sublimem animum ... parent ([*cf.* 24 ipsa late circumspiciendi -s]. TERT. adv. Marc. 1, 14 p. 308, 27 -em c. in habitationibus captas). FLOR. Verg. 1, 1 M. mihi ... caput ... arborum amoenitate, euriporum frigore, aeris -e recreanti (GREG. M. moral. 9, 50 p. 886^{D} conditionis suae dignitas ... quasi in a. -e suspenderat *humanum genus aquilae comparatum*. 16, 67 in ... a. -e pendebant *botri*). APVL. met. 9, 15, 3 videre cupiebam ..., si tamen velamentum capitis -em tribuisset meis ... luminibus (*aliter, sc. de arbitrio oculorum*: COD. Theod. 14, 4, 4, 2 pondus ... trutinae examine, non oculorum -e quaeratur). TERT. adv. Marc. 4, 21 p. 488, 3 (*respicitur deut. 25, 4*) bovi ... terenti -em oris ad veniam pabuli ... summovendi ... praecepit. virg. vel. 7, 7 malam illam ... -em capitis (*i. statum non velatum ut*: 9, 4. *cf.* 17, 6 cervicum -s [*antea*: cervices nudae]). CONSVLT. Zacch. 1, 26 p. 33, 3 non ... aurae -em rigor calorque corrumpet *in paradiso*. MACR. somn. 1, 15, 19 admittit aspectum ... pelagi tranquilla -s, qua nullam oculis obicit offensam. MART. CAP. 8, 881 luminis sui -e clarescit *Mercurius* (*cf.* PETR. CHRYS. serm. 77 p. 417^{C} [*allegorice*] *nox* perdidit servitutem, ut in perpetuae lucis proflueret ... -em). CASSIOD. var. 8, 10, 4 ut quod ... verbis didicerat, in camporum -e monstraret (*sc. bellum gerens*).

II *stilistica*: **A** *homoeoprophora et lusus verborum*: **1** *in univ.* (*v. etiam p. 1311, 1 sqq.*): CIC. Verr. II 5, 160 luce -is (Rab. perd. 13. *cf.* LIV. 6, 17, 2 in -em ac lucem [7, 30, 23]). 5, 170 legum -isque (Mil. 77 off. 3, 83 SALL. or. Phil. 10 NEP. Timol. 3, 2. *al. cf.* CIC. leg. agr. 2, 102 -s in legibus *consistit*). Att. 14, 14, 4 licebitne decerni libere? si licuerit, -em esse recuperatam laetabor *eqs.* (PLIN. paneg. 2, 5 -e laetantur. *cf.* LIV. 24, 7, 7 laetam -e [QVINT. decl. 329 p. 295, 27]. SEN. contr. 9, 4, 4 restitutae -is laetitiam. TERT. paenit. 11, 5 -is et laetitiae). fam. 1, 9, 25 -em, qua te scio libentissime frui solere (SEN. dial. 9, 14, 5 -em libenter accepit). SALL. Iug. 41, 5 -em in lubidinem vortere (TAC. ann. 4, 35, 1 non modo -s, etiam libido). PRVD. c. Symm. 1, 335 -s laxior. NOVELL. Maior. 6, 5 lascivam ... -em.
2 *coniungitur c. vocibus eiusdem originis*: CIC. Deiot. 34 liberi (*om. H*) in ... -e nati. ITALA I Macc. 14, 26 (rec. B) liberam -em (PROSP. carm. de ingrat. 1007). Rom. 8, 21 (cod d *al.* = VVLG.) liberabitur ... in -em (Gal. 4, 31 [*ibid.*] -e ... liberavit. VICT. VIT. 1, 25 -em de servitute ... liberare).

B *determinationes*: **1** *locutionum* '-s est', '-em (-is ius CVRT.) dare, habere' *sim.*: **a** *indicatur, in qua re*: CIC. Planc. 15 nulla -s populi in mandandis magistratibus *est* (PETRON. 80, 5 in eligendo fratre. PLIN. nat. 17, 214 non eadem ⟨ut⟩ in vite -s *in arbustis est*). 33 ut quae fuit olim ... in ridendo, nunc ... in plorando non sit concessa -s. CVRT. 3, 12, 16 -is ... in admonendo eo non alius ⟨maius⟩ ius habebat. QVINT. inst. 8, 6, 20 in orando valebit numerorum illa -s. **b** *indicatur, ad quid*: ut: CIC. Planc. 16 *tabella* dat ... eam -em, ut, quod velint, faciant *eqs.* QVINT. inst. 4, 2, 28 -s declamatoribus *est*, ut *eqs.* *inf.*: PROP. 1, 1, 28 sit modo -s, quae velit ira, loqui (LIV. 5, 6, 17 VAL. FL. 1, 601 EPIST. pontif. 255, 1, 1 Migne 13, 1132^{C} CASSIOD. inst. 1, 29, 1). 3, 15, 4 data -s noscere amoris iter (*adde* IVV. 14, 230 patrimonia conduplicare [-ri *var. l.*] dat -em, *si recte defendit et correxit versum suspectum 229 Amyx, ClPh. 36, 1941, 278 sq.*). OPTAT. 2, 7 p. 43, 14 unde velit ire et quo velit accedere habeat -em (HIER. hom. Orig. in Luc. 35 p. 198, 8. 12. VVLG. Tob. 1, 14 quaecumque facere voluisset). COD. Iust. 5, 17, 8, 2 (*a. 449*) repudii auxilio uti ... ei permittimus -em *eqs.* GREG. M. moral. 10, 23 animalia in -e habent et ire, quo appetunt, et quiescere, cum lassantur. *praepos.*: TAC. ann. 3, 51, 2 non senatui -s ad paenitendum erat (EVGRAPH. Ter. Phorm. 289 ad contradicendum. *cf.* HIL. in psalm. 2, 16 ad meritum praemii permissa -s est [*antea*: cum -em nobis voluntatis ad bonitatem promerendam reliquisset]). COD. Theod. 3, 7, 2 (= 9, 7, 5 Iust. 1, 9, 6) -e in accusandum publicis ... vocibus relaxata (*Interpr.* accusationem permissam). *dat.*: AVG. epist. 105, 9 Iulianus ... -em perditioni (perditionis P^{2}, *cf. p. 1318, 2*) parti Donati permisit. **2** *ipsius vocis q. e.* -s: **a** *indicatur, in qua re vel persona et ad quid vel quem: gen.* (*omisimus multa exempla inter gen. possessivum et gen. respectus ambigua velut* CIC. Verr. II 3, 3 vivendi. Cluent. 118 dicendi [*sim. p. 1314, 29 sqq.*]. CAES. Gall. 4, 1, 9 vitae): CIC. de orat. 1, 226 omnium rerum (LIV. 34, 2, 14). SEN. dial. 2, 16, 4 eorum ... -em non relinquimus, quae *eqs.* TERT. nat. 2, 8, 8 -s adoptandorum deorum (*item gerundivum*: HIL. in Matth. 4, 22 dandi repudii. in psalm. 67, 25 COD. Theod. 16, 8, 24 COD. Iust. 2, 3, 15 *a. 259*). monog. 5, 4 ciborum. AVG. c. Gaud. 1, 24, 27 p. 226, 4 perditionis. COD. Theod. 1, 28, 4 suscepti officii. CAES. AREL. reg. virg. 11 p. 7, 27 M. suorum (*sc. filiorum*) -em pro dei amore contempsit *virgo*. INSCR. christ. Leblant II 708, 12 aspectus tui (*sc. dei*) -i gaudere. in *c. abl.*: CIC. Brut. 173 in oratione. fam. 1, 8, 3 in re publica capessenda. Ps. QVINT. decl. 6, 16 in quacumque fortuna beata -s. TERT. pudic. 6 p. 228, 15 in Christo. *inf.*: CIC. ac. 2, 120 quanti -s ... aestimanda est non mihi necesse esse, quod tibi est. **b** *indicatur, a qua re: gen.*: APVL. met. 9, 22, 4 laboris. CASSIOD. Ios. antiq. 2, 331 servitutis (*gr. τὴν ἀπαλλαγὴν τῆς δουλείας*). COD. Iust. 10, 32, 67 pr. curialis ... condicionis (*cf. ibid.* 3 curiae). *adde p. 1314, 13. praepos.*: HIL. ad Const. 1, 6, 2 -em fidei a contagione (et contagionem *var. l.*) Ariani nominis. myst. 1, 29, 4 de servitio. CASSIOD. Ios. antiq. 2, 332 ex hostibus (*cf. gr. ἐκ τούτων ῥυσάμενος*).

C *polyptota*: SEN. dial. 9, 5, 3 -em -s non tulit. *adde l. 32.*

D *oxymora*: SALV. eccl. 3, 33 iugo ... -is (HIL. AREL. vita Honorat. 8 l. 4). PROSP. c. coll. 18, 3 p. 265^{B} servilem ... -em. PETR. CHRYS. serm. 2 p. 189^{C} servam ... -em. CASSIOD. var. 3, 11, 1 -is dominus. 10, 4, 7 ut generalitas sub -e serviret.

III -s *dea* (*cf.* CIC. nat. deor. 2, 61. SERV. Aen. 1, 590 Iuventas dea ipsa sicut -s. *rem tractavit Kock, RE XIII 101 sqq.*): **A** *generatim* (*primitus singuli homines a servitute liberi respici videntur* [PLAVT. Faen. 3 LIV. 24, 16, 19. 45, 15, 5. SERV. auct. Aen. 8, 564 *e Varrone*], *re publica libera pereunte vel perdita fere ad statum civitatis pertinet; praeter inscr. et nummos omnia exempla attulimus*): **1** *absol.*: PLAVT. Faen. 3 quod dixisse dicitur libertus suae patronae, id ego dico ⟨tibi⟩: -⟨s⟩ salve, vapula Papiria. CIC. dom. 108 tua (*i. Clodii*) pulchra -s deos penates ... meos expulit. 110 quae dea est? ... '-s' inquit 'est'. *ibid.* -is simulacrum ... collocabas (*cf.* 131 -is signum posuisti ... simulacrum non libertatis publicae, sed licentiae collocasti [CIL II 2035 VI 471 *a. 68*]. INSCR. Gall. Wuilleumier 240 statuam). 111. 116 ista Tanagraea oppressa libertate -s. Att. 4, 2, 3 hortatur, ... suam -em ut defendant *Quirites*. INSCR. numm. Sydenham n. 906 (*a. 60 a. Chr.: item in nummis liberae rei publicae cadentis* [*inter a. 57 et 42*]: 918. 949. 960. 1287. 1288. 1302—1304). LIV. 24, 16, 19 ut simulacrum celebrati eius diei Gracchus ... pingi iuberet in aede -is (*cf.* PAVL. FEST. p. 121 -is templum). SERV. auct. Aen. 8, 564 (*e Varrone*) in huius *Feroniae* templo Tarracinae sedile lapideum fuit, in quo hic versus incisus erat 'bene meriti servi sedeant, surgant liberi'; quam Varro -em deam dicit. atrium -is (*v. Kroll, RE XIII 103 sq.*): CIC. Mil. 59 Att. 4, 16, 8. OV. fast. 4, 624 atria (*plur. ut*: trist. 3, 72 CASSIOD. var. 8, 10, 11). LIV. 25, 7, 12. 34, 44, 5. 43, 16, 13. 45, 15, 5 ut ... unam *tribum* ... in a. -is sortirentur, in quam omnes, qui servitutem servissent, coicerent. FEST. p. 241 TAC. hist. 1, 31, 2 SVET. Aug. 29, 5 SERV. auct. Aen. 1, 726 INSCR. Année épigr. 1950 p. 15 n. 30 (*a. 437*). CIL VI 1794 (*Theodorici aetate*). *per ellipsin*: GRAN. LIC. p. 10, 3 ad -is. *cf.* ENNOD. opusc. 2, 132 p. 328, 5 in illo sacrario -is. CASSIOD. var. 1, 4, 1 ut -is genius gratam videat turbam senatus. 3, 6, 1 gremio -is (3, 11, 3). 3, 33, 3 penetralia -is. 4, 4, 5. 5, 21, 3 aulam -is (6, 4, 3. 6, 15, 3. 8, 22, 4). 6, 16, 3 curiam -is (9, 25, 3). Iuppiter -s (*cf.* Liber): FAST. ann. Num. Antiat. (NSc. 1921 p. 83 sqq.) April. 13 n(efastus) p(urus) ... Iov(i) Leibert(ati). R. GEST. div. Aug. 19. app. 2 (*suppl. ex gr. Διὸς Ἐλευθερίου*). CIL XI 657 XIV 2579. **2** *c. epithetis* (*aevo imperatorum*): publica: CIL XI 4170^{a} (*a. 32*). INSCR. numm. Mattingly-Sydenham I p. 200 n. 12 (*a. 68/69 ut* p. 203 n. 35. *al.*). II p. 46 n. 267 (*a. 69/70*). p. 68 n. 429 (*a. 71*). p. 223 n. 7 (*a. 96*). *al.* populi Romani: CIL *l. c.* INSCR. numm. *l. c.* I p. 182 n. 9 (*a. 68/69 ut* n. 10. p. 200 n. 11). Augusta: INSCR. numm. *l. c.* I p. 117 n. 33 (*a. 37/41*). p. 130 n. 69 (*a. 41/54*). p. 203 n. 34 (*a. 68/69*). *cf.* Augusti: *ibid.* I p. 228 n. 21^{a} (*a. 69*). II p. 68 n. 428 (*a. 71*). IV 1 p. 107 n. 133 Augg. (*a. 198 ut* p. 160 n. 507). *al.* Aug., Augus(t).: CIL II 2035 INSCR. numm. *l. c.* I p. 203 n. 31—33 (*a. 68/69 ut* p. 205 n. 56—58). III p. 341 n. 1588—1592 (*a. 178*). *al.* restituta: CIL VI 471 (*a. 68*). INSCR. numm. *l. c.* I p. 210 n. 105—107 (*a. 68*). p. 182 n. 9 (*a. 68/69 ut* p. 183 n. 21. p. 191 n. 2. p. 192 n. 5—7). *al.*

B *in fabulis*: PLAVT. Rud. 489 -s, lepida es, quae numquam pedem voluisti in navem cum Herc⟨u⟩le una imponere (*res ceterum ignota; ad sententiam cf. Lucian. merc. cond. 23 οὐ γὰρ ἐθελήσει σοι ἡ Ἐλευθερία συνεισελθεῖν κτλ.* HYG. fab. geneal. 24 ex Iove ... et Iunone Iuventus, -s.

? **CAPVT ALTERVM:** *i. q. liberalitas. vix recte agnoverunt hanc notionem Löfstedt, Beitr. 77 sqq., Verm. Stud. 105, 2 nec non Baehrens, Glotta 5, 1914, 95 sq. aliique. ad notionem originariam referimus*: APVL. met. 9, 22, 1 (*respicitur effrenata audacia adulteri*). VOPISC. Car. 20, 3 (*opp.* castiores ... ludos). IORD. Rom. 229 (*huc traxit Norberg, Eranos 41, 1943, 38 coll. Ruf. Fest. 13* liberalitate; *sed neglexit oppositum* tamen ... subdidit [*cf. Liv. perioch. 70* liberas esse]); *aliter sanandum est* Iul. Val. 2, 37 (regia -e *trad.*, -berali- *Mai inepte*, regali veritate *Ausfeld, RhM. 52, 1897, 559 sensui bene accommodans*). *ceterum haec monemus: 1) voce q. e.* -s, *ubicumque ad animi qualitatem transfertur, animus respicitur non liberalis, sed arbitrii alieni impatiens, v. p. 1316, 53 sqq.; praeterea vox* liberalitas *etiam ipsa usque ad infimam Latinitatem viget. 2)* -s *et* liberalitas *confunduntur in codd. saepe: vix erunt, qui etiam Rhet. Her. 4, 9, 13 Cic. Sull. 73 fin. 2, 84 Lael. 31 ceterisque locis omnibus hanc notionem vindicent. exempla tamen*

[Kuhlmann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

a viris doctis huc relata enumeramus lectoris commoditati succurrentes: Val. Max. 4, 8, 1 (*in initio capitis* 'de liberalitate'). *5, 2 ext. 1. 5, 3 ext. 3 p. 241, 9 Tac. ann. 14, 56, 1 Tert. adv. Marc. 4, 39 p. 556, 22 orat. 7 p. 185, 17. Paneg. 9, 4, 1* (liberalitas *9, 3, 2*). *Amm. 16, 5, 9. Schol. Hor. carm. 2, 2, 1* (liberalitatem *Porph.*). *Paul. Nol. epist. 15, 3 p. 112, 22. Oros. hist. 7, 4, 18* (liberalitate *Suet. Tib. 48, 2*). *Itin. Anton. Plac. recc. AB 33 Vita Fulg. p. 51 L.*

v. Onom. *Kuhlmann.*

lībertīnitās, -ātis *f.* *a* libertinus. *i. q. status libertini*: 1 *proprie ap. iurisconsultos* (*opp.* ingenuitas *vel* ingenuus *praeter l. 23*): Satvrn. dig. 40, 14, 2, 1 qui se ex -e ingenuitati adserant (Vlp. dig. 22, 3, 14 qui se ex -e ingenuum dicat. 40, 16, 2, 3 ex -e se in ingenuitatem petit. Macer dig. 49, 4, 2, 2 qui ex -e in ingenuitatem se defendebat). Vlp. dig. 22, 3, 14 si ... in possessionem -is fuit, ... ipsum oportebit ingenuitatis causam agere docereque se ingenuum esse. Pavl. dig. 4, 8, 32, 7 sive de ingenuitate sive de -e (*var. l.* libertate) quaestio sit (*cf.* Cod. Iust. 3, 3, 2, 1 [*a. 294*] dum ... de i. ... et de -e ... diiudicent. 7, 16, 40 [*a. 293/304*] in liberalibus ... negotiis, sive de -e sive de i. moventur). Cod. Iust. 3, 22, 5 (*a. 294*) si quae causae -is et servitutis ... exorerentur ...; si quae vero ingenuitatis essent *eqs.* 6, 8, 2 (*a. 294*) aureorum usus anulorum ... -is (libertinis *Cuiacius*) quoad vivunt imaginem, non statum ingenuitatis praestat. 7, 14, 13 (*a. 294*). 10, 58 (*a. 293/304*) condicio -is de muneribus civilibus tribuere non potest excusationem. Inst. Iust. 3, 7, 3 iura ingenuitatis et -is. 2 *in imagine*: Ambr. Iac. 1, 3, 12 nec inferiorem putes -em sub Christo quam libertatem esse (*ad rem cf. p. 1323, 25*).

***lībertīnus,** -a, -um. [*a* libertus *sensu originario 'liberti filius', cf. quae affert M. Leumann, Kl. Schr. 76 sq. Sch.*] *de orig. v. l. 46. scribitur* livert- Itala act. 6, 9 (codd. d e). Avson. 200, 14 p. 59 P. Hier. nom. hebr. p. 69, 24. librt- Lex Iul. Pap. (dig. 38, 1, 37 pr.). leibertein- CIL I² 722 (*e codd.; var. ll.* lIbertini, leibertini). lIb- CIL XIV 3015 (*dub., v. infra*). Lex arae Aug. Narb. (cil xii 4333) 1, 17. 36 lIbertInIs. *notatur, ni fallimur,* lIbert(inorum) CIL XIV 3015. Not. Tir. 34, 39 -us. *legitur masc. inde a* Plavto, Calp. hist. 27, CIL I² 722, *fem. inde a* Plavto, Cic., *neutr.* -um genus *sim. inde a* Tac.; *e poetis praeter* Plavt. *habent* Lvcil., Hor., Avson., CE. *abiit in gr. λιβερτῖνος.*

i. q. ad libertatem pertinens, statu liberti praeditus sim.: 1 *usu prisco respicitur liberti filius*: Svet. Claud. 24, 1 ignarus *Claudius erat* temporibus Appi *Claudi* et deinceps aliquamdiu -os dictos non ipsos, qui manu emitterentur, sed ingenuos ex his procreatos. Schol. Ter. Bemb. Ad. 898 plebis ... constat ex servis at⟨que⟩ libertis; nam -os volunt esse iam ingenuos ut pote de civibus Romanis natos. Schol. Ter. p. 105, 31 libertus dicitur qui, cum sit servus, libertati donatur; -us filius liberti. Isid. orig. 9, 4, 47 libertorum ... filii apud antiquos -i appellabantur, quasi de libertis (*var. l.* liberatis) nati; nunc vero -us aut a liberto factus *liber* aut possessus. Gloss. V 369, 5 -i: filii liberati servorum. *exempla non exstare videntur.*

2 *usu communi respicitur ipse libertus, liberta* (Gloss. *ἀπελεύθερος. ἀπελευθέριος. ἀπελευθερικός*): **a** *praemonenda*: *α opposita*: ingenuus, servus, patronus *passim*; domina '*patrona*' Porph. Hor. sat. 1, 5, 55; eques Romanus Cic. leg. 3, 30 Lex arae Aug. Narb. (cil xii 4333) 1, 17. 36 Sen. epist. 31, 11. 44, 6 Svet. Claud. 25, 1 *infra l. 67. cf.* Tert. pall. 4, 8 equestribus. *apponitur* libertus *in subtiliore iuris sermone infra l. 83 sqq.* *β definitiones iurisconsultorum*: Gaivs inst. 1, 10 liberorum hominum alii ingenui sunt, alii -i (*cf.* Marcian. dig. 1, 5, 5 pr.). 1, 11 ingenui sunt, qui liberi nati sunt; -i, qui ex iusta servitute manumissi sunt. 1, 12 -orum ⟨tria sunt genera⟩ (*sc. cives Romani, Latini, dediticii*). Inst. Iust. 1, 5 pr. iure gentium tria hominum genera esse coeperunt, liberi et his contrarium servi et tertium genus -i, qui desierant esse servi. *γ de differentia inter* -um *et* libertum: -us *ponitur cum respectu status libertinitatis,* libertus *cum respectu patroni* (*ita ut accedat vel subaudiatur gen. vel pron. poss.*): Sen. contr. 7, 6, 19 quaerendus mihi erat gener aliquis -us; quid ergo? alieno potius liberto *nubet filia*? CIL XIV 2298 (= CE 990, 1; *post a. 32*) M. Aurelius Cottae Maximi l. Zosimus accensus patroni: -us eram, fateor, sed *eqs.* Svet. Claud. 25, 1 -os, qui se pro equitibus Romanis agerent, publicavit, ingratos ... revocavit in servitutem advocatisque eorum negavit se adversus libertos ipsorum ius dicturum. gramm. 5, 1 *Sevius Nicanor* -um se ... esse per haec indicat: 'Sevius Nicanor Marci libertus *eqs.*' 17, 1 ⟨M.⟩ Verrius Flaccus -us (*12, 1* Cornelius Epicadus ... Sullae ... libertus). Vlp. dig. 40, 14, 6 -um quidem se confitetur, libertum autem Gaii Seii se negat. *quae distinctio aetate recentiore evanescit, ita ut ad* -us *accedat pron. poss. vel gen.*: Pavl. coll. Mos. 4, 3, 3 -um vel suum vel paternum. Macer dig. 1, 18, 16 provincias regentes, comites aut -i eorum. Ps. Avr. Vict. epit. 39, 1 Diocletianus ... Anulini senatoris -us (Evtr. 9, 19, 2). Cod. Iust. 9, 13, 1 pr. licet -ae vel servae alienae sint. libertus *ponitur sine respectu patroni* (*de nonnullis exemplis dubitaveris*): Ter. Eun. 608 Varro frg. Non. p. 483, 38 Cic. de orat. 1, 176 parad. 46 Att. 6, 2, 2 Petron. 45, 4 *p. 1322, 16.* Tac. Germ. 25, 2 Svet. Nero 32, 2 Gaivs inst. 4, 44. epit. 1, 1 pr. (*ponitur mox* -us, *mox* libertus; *locis geminis* inst. 1, 9—12 *semper exstat* -us). Vlp. dig. 1, 1, 4 *p. 1322, 12 (cf. l. 61). al.* *iuxta* -us *ponitur*: Cod. Theod. 4, 6, 7 (*inde* Lex Burg. Rom. 37, 4) si aut de ingenua fuerint naturales *liberi* aut de liberta aut certe liberti⟨na⟩ (4, 6, 8 quae de eorum matribus libertis -isque ... decreta sunt). 8, 13, 1, 1 *p. 1323, 10.*

b *exempla notionem illustrantia selecta*: *α nude ponitur*: Ⓘ *in scriptoribus, legibus*: Plavt. Cist. 38 quia nos -ae sumus ..., ambae meretrices fuimus. Mil. 784 ingenuamne *mulierem* an -am? Poen. 832 equitem, peditem, -um, furem an fugitivom velis, verberatum *eqs.* ('*eques pedes liberos complectuntur ..., deinde -us, denique servorum omne genus*' *Leo*). Cic. or. frg. A VII 9 (*a. 65*) legem ... de -orum suffragiis. Cluent. 52 cum illa defensione usus essem, quae in -orum causis honestissima semper existimata est, Scamandrum patrono esse probatum. 132 Popilium, quod erat -i filius, in senatum non legit (Phil. 3, 17 filia. Liv. 9, 46, 10. *al.*). Sest. 97 quis ergo iste optimus quisque? ... sunt principes consili publici, sunt ..., sunt etiam -i optumates. 110 ut plebicola videretur, -am duxit uxorem (Lex Iul. Pap. [dig. 23, 2, 44 pr.] ne quis *senator* ... u. ... habeto -am. Sen. contr. 7, 6, 17). Varro ling. 8, 83 -i a municipio manumissi. Hor. epod. 14, 15 me -a ... Phryne macerat *amore.* sat. 1, 2, 48 tutior ... merx est in classe secunda, -arum dico (*cf.* Mart. 3, 33, 2 ingenuam malo; ... -a mihi proxima condicio est; extremo est ancilla loco). Liv. 10, 21, 4 seniorum etiam cohortes factae -ique centuriati *sunt.* 43, 3, 4 Latinam eam coloniam *Carteiam* esse -orumque appellari (*cf. Mommsen, Staatsr. III p. XIII¹*). Sen. epist. 86, 7 adhuc plebeias fistulas loquor; quid, cum ad balnea -orum pervenero? Petron. 38, 11 ille qui -i loco iacet (*i. accubat, cf. Friedländer ad l.*). Lex Salpens. (cil ii 1963) 2, 26 qui optumo iure Latini, -i, liberi sunt (*sic interpunctum in inscriptione*). Qvint. decl. 311 p. 224, 5 eum, qui a servitute in libertatem veniat, non esse alio quam -i loco. Gaivs inst. 3, 44 lex Papia cum ... -as tutela patronorum liberaret. *est exemplum hominis divitis et importuni*: Sen. epist. 27, 5 Calvisius Sabinus ... fuit dives; et patrimonium habebat -i et ingenium; numquam vidi hominem beatum indecentius (*cf. infra l. 67*). Ⓘ *in titulis variis*: CIL I² 722 (*a. 82/79 a. Chr.*) L. Cornelio Sullae Feleici dictatori -i. II 1944 omnibus honoribus, quos -i gerere potuerunt, honoratus. 2023 L. Iunio Notho ordo Singiliensium honores, quos cuique plurimos -o, decrevit (2026 quantum cui plurimum -o decrevit). IV 117 princeps -orum.

β iuxta subst.: Ⓘ *homines significantia* (*cf. supra l. 14 sq.; inde a* Liv. *exempla selecta tantum afferuntur*): Calp. hist. 27 Cn. Flavius patre -o natus (Hor. epist. 1, 20, 20 sat. 1, 6, 6. 45. 46 Liv. 9, 46, 1 Val. Max. 2, 5, 2. *al.*). Cic. Verr. II 1, 124 -us homo (1, 127 Catil. 3, 14. 4, 16 Balb. 28. 56 Scaur. 23 Phil. 2, 3 Sen. clem. 1, 9, 10). Varro ling. 8, 83 Romanorum liberti debuerunt dici ... a Roma Romanus, ut nominantur a -is orti publicis servis Romani, qui manumissi *eqs.* (*fort. corruptum*). Liv. 36, 2, 15 in ... classem socios navales -os legeret *praetor.* 39, 13, 2 mulieris -ae (Tac. ann. 15, 57, 2 Svet. Cal. 16, 4). Sen. contr. 2 praef. 5 praeceptores. Plin. nat. 15, 50 inventore. Tac. ann. 15, 72, 2 matre -a ortus (Pavl. sent. 4, 9, 1 matres tam ingenuae quam -ae cives Romanae). Iavol. dig. 28, 8, 11 qui filium -um habebat ...; is filius pupillus -us erat. Svet. Aug. 2, 3 M. Antonius -um ei proavum exprobrat. Gaivs inst. 3, 50 lex Papia duobus liberis honoratae ingenuae patronae, -ae tribus, eadem ... iura dedit (Vlp. reg. 29, 6). Ⓘ *res significantia*: Liv. 42, 27, 3 socios navales -i (liberti *V*) ordinis (43, 12, 9. Svet. gramm. 18, 1 L. Crassicius genere Tarentinus o. -i cognomine Pasicles. Gell. 5, 19, 12 Vir. ill. 73, 3). Plin. nat. 14, 48 Acilius Sthenelus e plebe -a. Tac. ann. 2, 85, 4 quattuor milia -i generis (4, 62, 1 Svet. Aug. 44, 1 Ps. Avr. Vict. epit. 17, 5). Calp. decl. 14 (*filius, qui patrem addictum redemit et manumisit eiusque peculium vindicat, ad fratrem*:) tu illud prius consumpsisti patrimonium, illud amplum ...; ego postulo tenue, -um, quod vix sufficit ipsius funeri. Vlp. dig. 38, 1, 2 pr. -as personas (*ibid. 1* libertos et libertas). coll. Mos. 16, 8, 2 si ... non fuit -us vel stirpis -ae. Mod. dig. 1, 5, 21 homo liber, qui se vendidit, manumissus ... efficitur -ae condicionis (Porph. Hor. sat. 1, 2, 47. Cod. Iust. 7, 20, 2 *a. 294.* 9, 21, 1 *a. 300?* 6, 7, 4 *a. 426.* Cod. Theod. 4, 10, 3 pr.). Avson. 200, 14 p. 59 P. -a ... progenie (Cod. Iust. 1, 4, 24 [= 8, 51, 3] puer ... procreatus ... a -a p.). 265, 3 p. 188 -a ... nuptarum et crimina passus *Claudius* (*i. crimina -orum et uxorum*). *est exemplum magnitudinis* (*cf. supra l. 30*): Mart. 5, 13, 6 -as arca *divitis cuiusdam* flagellat opes.

deriv.: libertinitas. *compos.*: collibertinus. *cf. Onom.*

līberto, -āvī, -ātum, -āre. *a* libertus. *i. q. libertum reddere*: Conc. Hisp. pr. Migne 84, 591C brevem mancipiorum ecclesiae, quos -asse visus fuerat ... Gaudentius episcopus, ... nobis ... obtulerunt, et non solum quos -verat ibidem relegimus, sed etiam *eqs.* Lex Burg. lib. const. 87, 1 ut ante xv aetatis annos eis nec -are (licitum dimitere *cod. unus*) nec vendere nec donare liceat. Lex Visig. 5, 7, 9 si ... ipse, qui manumisit, dicat, quod sub alio placito eum -verit.

***lībertus,** -ī *m. et* **līberta,** -ae *f.* [*quomodo c.* 2. liber *cohaereat, parum liquet. Sch.*] *scribitur* leib- CIL I² 1260. 1301. 1378. 1401 (*e cod.*). 1430. 1591 Inscr. Année épigr. 1960 n. 60 (*s. I a. Chr.*). *al.* liv- CIL XIII 2472 (*a. 487*). VI 2464 (*e cod.*). lev- CIL XIII 2474 b (*a. 501?*). leb- Inscr. Ephem. epigr. 8, 1899 p. 127 n. 495 (*e cod.*). lub- CIL III 1738 Inscr. NSc. 1933 p. 448 n. 32. liib- Inscr. christ. Diehl 4876. lb- CIL X 3646. -birt- CIL XIII 2958. -brt- CIL X 764 (*iuxta* -bert-). -beri- Inscr. NSc. 1928 p. 172. -bet- Inscr. NSc. 1927 p. 411 n. 99. *cum apicibus*: CIL VI 34990 líbertábus (X 2955).

[Bader]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

X 2878 líbertís (2955). 3523 (*e cod.*) -bért-. *al.* I *longa*: CIL I² 1286. 1334 b *bis*. 1355 a 5. 1371. 1378 V 2872. *et saepe*. *de formis: masc.: sing. acc.* -o: CIL XIII 2474 (*a. 501?*) reliquit -o puero nomine Mannone. *plur. nom.* -ei CIL I² 1591 XIII 1941. -is CIL I² 1236 (*e cod.*). -eis CIL I² 1398. 2131 a. *dat.* -eis CIL I² 1278. 1286. 1308. 1313 (*e cod.*). 1330. 1346 -eIs. *al.* -iIs CIL V 7623 (*e cod.*). *acc.* -us (*?*) CIL XIII 2472, 10 (*a. 487*). *fem.: sing. gen.* -aes CIL VI 17091. *dat.* -ai CIL V 2123 (*e cod.*). *plur. nom.* -as CIL I² 1342, 3. 5 (*?*). III 2386, 10. *abl. et dat.* -is TAC. ann. 12, 53, 1 (*var. l.* -a). PLIN. epist. 10, 5, 2. 10, 6, 1 COD. Theod. 4, 6, 8 COD. Iust. 7, 24, 1 CIL IX 461. -abus *testantur* CHAR. gramm. p. 18, 26 B. haec -a, pluraliter his -abus. p. 67, 24 his ... -abus ..., quod iuris periti instituerunt, ambiguitatis secernendae scilicet gratia, ob quod multa sordide ab auctoribus dicta videntur habere rationem (*exempla non afferuntur*). DIOM. gramm. I 304, 24 discernendi sexus gratia contra rationem receptum est. *al. scrib.* -aus CIL I² 1330. -abubus VI 13004. -abis XIV 3031. -eb VI 11473 (*e cod.*). -ebus INSCR. Année épigr. 1957 p. 11 n. 22. *exempla*: CIL I² 1226. 1236. 1277 (-abu). 1278 *et passim in inscr. coniunctum c. masc.* -is; *nude* NOVELL. Iust. 18, 11 CIL VI 27593 IX 4831 X 2946. 3453 XII 4299 INSCR. NSc. 1916 p. 99 n. 26. 1928 p. 173 n. 14. *notatur* l *plerumque in inscr. inde a vetustissimis* CIL I² 399. 31. 33. 64. 90. *al.* (l *inverso* 1548). li CIL I² 1078 (*e cod.*). IV 8797 VI 38603 INSCR. NSc. 1933 p. 448 n. 32. *cf.* CIC. Att. 11, 20, 1. lib CIL I² 994 (*e cod.*). 1162 (*e cod.*). 1802. 2135 (*e cod.*). 2167 LEX Vrson. (CIL I² 594) 95, 18. *et saepe*. liber CIL I² 1277. 1301 X 2567. 4139 INSCR. christ. Diehl 4877 INSCR. Tun. Merlin 142. *al.* libert CIL IV 2983 IX 1999 X 1870. 2275. 2405 INSCR. NSc. 1927 p. 288. *al.* librte (*dat.*) CIL VI 13491 (*e cod., fort. corruptum*). lirta INSCR. Année épigr. 1960 n. 188. libt (*?*) *ibid.* 1967 n. 184. *scriptione plena*: CIL I² 1430. *pluralis notatur*: l CIL I² 1236 (*e cod.*). 1382. VI 38064 P. L. L. (*?; solvendum aut* Publi et Luci libertorum *aut* Publi libertorum). ll CIL VI 38064 (*?, v. supra*). INSCR. Bull. Corr. Hell. 47, 1923 p. 59 n. 17. libb: CIL VII 292 INSCR. Dessau 9021 NSc. 1903 p. 461 n. 1. *cf.* lib CIL I² 1212 II 4564. *al. de formula* -is -abus(que) *notabiliora*: l l CIL VI 8707. 8649 (*e cod.*). IX 5108. INSCR. NSc. 1925 p. 397. lib lib CIL VI 5242. 8582 XIV 527. *al.* lib libr CIL V 936. 937. 8699 VI 9477. *al.* libertis l q INSCR. NSc. 1920 p. 284 n. 2. NOT. Tir. 34, 37 -us. *legitur masc. inde a* CIL I² 399 (*s. fere V exeunte*). 31. 33. 64. 92 *aliisque titulis antiquissimis et* PLAVTO, *fem. inde a* CIL I² 90. 340 *et* PLAVTO; *in poesi habent comici et satirici, praeterea* PHAEDR. 3, 10, 11. 44 STAT. silv. 3 praef. DRAC. Orest. 352. 460 CE 59, 2. 60, 1. 6. 95, 1. 420, 2; *omnino saepius occurrit quam* libertinus (*de differentia v. p. 1319, 61sqq.*). *transit in gr. λίβερτος p. 1323, 17sq.* [*cat.* llibert '*liber*'. *cf. M.-L. 5014 a. G.*]

[*variat in codd. c.* libertinus: SVET. Tib. 76. PAPIN. dig. 1, 9, 9 (-i, *loco gemino* 23, 2, 34, 3 libertini). *confunditur c.* liberi: ALF. dig. 38, 1, 26, 1 GAIVS inst. 1, 165 *bis*. epit. 4, 9 COD. Theod. 9, 6 rubr. *et saepe in codd.* (*restit. pro hac voce* TERT. idol. 17 p. 50, 10); *c.* libertas (*plerumque cas. obl.*): PLAVT. Mil. 1357 Poen. 164 Faen. frg. 1, 2 PAVL. sent. 2, 21A, 13. *al. c.* liberatus: SVET. Tib. 76 VLP. dig. 11, 7, 6 pr. NOVELL. Valent. 25 rubr. *dub. trad.*: TERT. uxor. 2, 8 l. 26 nonnullae *mulieres* se -is (*var. l.* libere) et servis suis conferunt *coniugio* ..., dummodo habeant, a quibus nullum impedimentum libertatis suae timeant.]

i. qui e servitute liberatus est. cf. VLP. dig. 1, 1, 4 *p. 1322, 12.* 38, 16, 3, 1 -um accipere debemus eum, quem quis ex servitute ad civitatem Romanam perduxit sive sponte sive necessitate. RVFIN. *p. 1323, 27.* SCHOL. Ter. *p. 1319, 44.* GLOSS. *ἀπελεύθερος*. V 308, 1/2 liber: qui natus est; -us: qui fit (GLOSS.^{L} III Abstr. LI 6/6a). *v. etiam p. 1319, 61sqq. et ad rem* DIG. 38, 1—5. *Vitucci ap. De Ruggiero, Diz. epigr. IV 905sqq. Pergreffi, Epigraphica 2, 1940, 314sqq. 3, 1941, 110sqq. passim opponuntur* ingenuus, patronus.

I *proprie*: **A** *generatim*: **1** *exempla varia selecta*: **a** *in titulis* (*de nominum ratione v. CIL I² p. 829 Dessau III p. 926sq. Vitucci l. c. 909sqq.*): CIL I² 399 (*s. fere V ex.*) C. Hinoleio(s) C. l. 31 M. Bicoleio(s) V(ibi) l. 33. 64. 92. 90 Atlia A(uli) l(iberta) Lais. 340 Rudia Vergeilia Antulai l. 427 Cn. Iunio(s) C. l. Pobleiios. 688 L. Turius L(uci et) P(ubli et) C(ai) l. Sand(...). 1263, 3 Caecilia A. et Cn. l. Asia. 1308 Sex. Gegani(us) Sex. f. Col. sibei et suis -eis *sepulcrum fecit.* 1334 b C. Quinctilius C. l. Pamphilus ... sibi et patrono et -eis suis posterisque eorum et Faustae l. nostrae. LEX Vrson. (CIL I² 594) 95, 18 gener socer, vitricus privignus, patronus -us. CIL III 2469 D. M. Filin(a)e def(unctae) ann. XVIII nondum -ae. V 3630 sibi et Polyclito sive servo sive -o (*cf.* 5172). 5859 uxori ... et Vrso, Lupo, Leoni -is futuris. VI 8760 (*e cod.*) Helio Actes Aug(usti) -ae -o (*cf.* 644 Cassianus T. Flavi Augusti -i Celadi -us. 8761. 8890. 9030). XIV 32 corpori familiae public(a)e -orum et servorum. **b** *apud scriptores*: PLAVT. Asin. 690 magis decorumst -um potius quam patronum onus in via portare. Curc. 547 nec mihi quidem -us ullust. Mil. 1357 tibi servire malui multo quam alii -us esse. Persa 484 iam manu emisisti mulierem? ... iam -a auctu's? ... iam liberast? Pseud. 176 quam -am fore mihi credam et quam venalem, hodie experiar. TER. Andr. 37 feci ex servo ut esses -us mihi. AFRAN. com. tit. -us. CIC. inv. 1, 109 quod ab iis ... male tractamur ..., a quibus indignum, servis, -is (*var. l.* liberis), clientibus, supplicibus (*eadem subst. eodem ordine* parad. 46 SEN. contr. exc. 5, 2, 1). div.

in Caec. 55 Agonis ... Lilybitana -a Veneris Erycinae. Sest. 76 se ... servorum et -orum corporibus obtexit. Att. 1, 20, 7 enitere per amicos, clientes, hospites, -os denique ac servos tuos, ut scida ne qua depereat. ad Q. fr. 1, 1, 13 -is suis ..., quibus illi *maiores nostri* ... non multo secus ac servis imperabant. BELL. Hisp. 33, 3 familiam et -os convocavit (SALL. Catil. 50, 2 CIL VI 36474). SEN. contr. exc. 3, 4, 1 ad servum et ad dominum, -um et patronum (*cf.* TAC. hist. 1, 2, 3 corrupti in dominos servi, in patronos -i. *sim.* ann. 3, 36, 1). contr. 4 praef. 10 impudicitia in ingenuo crimen est, in servo necessitas, in -o officium (*haec tria genera hominum distinguuntur etiam* VLP. dig. 1, 1, 4 iure gentium tria genera esse coeperint: liberi et his contrarium servi et tertium genus -i, id est hi, qui dexierant esse servi. LEX Burg. lib. const. 5, 1—3. 32, 1—3. 33, 1—3 EDICT. Theodor. 103). VELL. 2, 67, 2 fuisse in proscriptos uxorum fidem summam, -orum mediam, servorum aliquam, filiorum nullam. PETRON. 45, 4 habituri sumus munus *gladiatorium* excellente ...; familia non lanisticia, sed plurimi -i (*gladiatores, qui obligatione dimicandi iam liberati denuo in harenam descendunt, intellegit Heraeus, Kl. Schr. 66, dub. an recte; cf. p. 1305, 7sqq.*). PLIN. paneg. 88, 1 plerique principes, cum essent civium domini, -orum erant servi. GAIVS inst. 1, 165 ex ... lege XII tabularum -arum et inpuberum -orum tutela ad patronos pertinet. VLP. dig. 11, 7, 6 pr. quamvis quidam inscripserint monumentum sibi -isque suis fecisse. CYPR. epist. 15, 4 p. 516, 9 late ... patet, quando dicitur 'communicet ille cum suis' et possunt nobis et viceni et triceni et amplius offerri, qui propinqui et adfines et -i ac domestici esse adseverentur eius. COD. Iust. 5, 27, 1 (*a. 336*) ex ancilla vel ancillae filia vel -a vel -ae filia vel scaenica vel scaenicae filia vel ex tabernaria vel ex tabernarii filia vel humili vel abiecta vel lenonis aut harenarii filia vel quae mercimoniis publicis praefuit susceptos filios (*sim.* 5, 5, 27 *a. 454*).

2 *stilistica, iuncturae sim.*: **a** *iuncturae verbales significantes 'aliquem -um facere' sim.*: PLAVT. Asin. 411 hodie salvere iussi Libanum (*i. te*) -um? iam manu emissu's? Epid. 465 ego illam volo ... facere -am meam, mihi concubina quae sit (Persa 82 Poen. 164). CIC. Mil. 89 lege nova servos nostros -os suos effecisset ([*var. l.* fecisset]. FRG. de iure fisci 12 -ae Caesaris, tam manumissione quam beneficio coniunctionis effectae. VLP. dig. 38, 1, 13, 1. PAVL. sent. 4, 10, 2 filiam ancillam vel -am ex senatus consulto Claudiano effectam. *al.*). GAIVS inst. 1, 35 servus ... meus -us fit (2, 266 non testatoris fit -us, ... sed eius qui manumittit. *al.*). 3, 154 b unus ex sociis communem servum manumittendo liberum faciebat et omnibus -um adquirebat. PAVL. dig. 19, 1, 43 quaero ... cuius sit -a constituta (COD. Iust. 7, 2, 10 *a. 293*).

b *accedunt adiectiva*: **α** *varia* (*exempla selecta, maxime e titulis*): PLAVT. Epid. 727 novo -o. CIL I² 1378 homini ⟨...⟩ssumo maxumae ⟨...⟩ optumo -o. VAL. MAX. 2, 6, 6 convictus a patrono -us ingratus iure libertatis exuitur (GAIVS inst. 3, 49 PAVL. dig. 37, 14, 19 SVLP. SEV. dial. 1, 12, 3). QVINT. inst. 1, 2, 5 fidelem (TERT. idol. 17 p. 50, 10. *cf. l. 54 et* SVET. Nero 47, 1 -orum fidissimis). CIL II 39 merenti (4342 INSCR. NSc. 1917 p. 281 n. 5. *cf. l. 55 et* CIL XIV 4910 merentissimae). 3300 pientissimae (XIV 5145 piissimae). 4158 benemerenti (4299 INSCR. NSc. 1916 p. 103 n. 83. *al.*). 4165 optime de se merito. 6014 dignissimo (XIV 5219). VI 13732 excepta Secundina -a impia adversus ... patronum suum (*cf.* INSCR. NSc. 1924 p. 347 n. 3 excepto Fausto et Sabina malis -is). XI 6480 sanctissimo fidelissimo et omni bono merentissimo et incomparabili. INSCR. NSc. 1915 p. 51 n. 59 karissimae.
β indicatur patronus: CIC. Flacc. 89 Antiochum paternum huius adulescentis -um (VELL. 2, 73, 3 LEX Salpens. [CIL II 1963] l, 16 MART. 7, 62, 3. *al.*). SEN. contr. 7, 6, 19 alieno. TAC. ann. 4, 23, 1 regios. IVLIAN. dig. 38, 2, 11 avitos (VLP. dig. 38, 2, 10, 1. *al.*). 38, 2, 24 communi (GAIVS dig. 23, 2, 46 PAVL. dig. 38, 1, 28. *al.*). AFRIC. dig. 40, 5, 49 orcinum (VLP. reg. 2, 8. *al.*). PAPIN. dig. 48, 2, 2 pr. materni (VLP. frg. Vat. 220 *bis*. dig. 25, 3, 5, 21 PAVL. dig. 38, 2, 18 COD. Iust. 9, 41, 6 *a. 240*). CAPITOL. Pert. 13, 9 aulicos (LAMPR. Comm. 7, 2). INSCR. NSc. 1919 p. 318 n. 56 -is -abusque privatis Vmbriciae Matronice.

c *coniunguntur masc. et fem.* (*passim in formula tritissima inscriptionum sepulcralium* -is -abusque posterisque eorum *vel sim., sed* -is utriusque sexus SCAEV. dig. 31, 88, 14. 34, 1, 20, 1 CIL X 1507 INSCR. NSc. 1917 p. 270 n. 14. *abundanter* -is -abusque utriusque sexus CIL VI 8456. 8518, 14 X 7657): LEX repetund. (CIL I² 583) 33 l⟨eibertus leiberta⟩ve (S. C. Ostor. [dig. 38, 4, 1 pr.] si ... de -o -ave sua significasset, cuius ex liberis suis eum -um eamve -am esse vellet. *ibid.* de eo -o eave -a. LEX Salpens. [CIL II 1963] 1, 16 -os -asve suos suas paternos paternas. CIL X 1111, 5. *al.*). CIL I² 1226 Acchava M. l. Appia sibi et L. Acchavoni M. l. Stabilioni viro suo et -is -abus (*deficiente copula ut* 1277. 1278 sibei -eis -abus. VLP. dig. 38, 3 pr. plenum ius in bonis -orum -arum. *al.*). 1236 -is -abusque nostris (1401. GAIVS inst. 1, 165 hereditates -orum -arumque ... ad patronos liberosve eorum pertinere. *al. cf. l. 81*). 1319 -eis et -abus omnibus postereisque eorum (1330. 1342. 1638 -eis meis et -abus [*cf.* TEST. Galli (CIL XIII 5708) 2, 7 -i mei et -ae, quos et vivos et quos hoc testamento manumisi. INSCR. NSc. 1925 p. 255, 4sq.]. *al.; abundanter* CIL X 6669 [*e cod.*] -is et -abusque [XIV 1098. 3323]). COD. Iust. 6, 6, 6 (*a. 242*) -os sive -as (INST. Iust. 3, 7, 3 ad -i seu -ae vocetur successionem). INST. Iust. 3, 7, 3 -us vel -a (*bis*).

[Bader]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

B *iuxta nomina homines significantia*: ALF. dig. 38, 1, 26 pr. medicus -us. HOR. sat. 2, 3, 122 haec *vina* -us ut ebibat heres, ... custodis? GAIVS inst. 3, 56 -i Latini hominis bona (LEX Visig. 5, 7, 5 homini ingenuo vel -o). 3, 57 in hereditate civium Romanorum -orum (58. 59. 60. *al.*). VLP. frg. Vat. 132 -um procuratorem. COD. Iust. 6, 3, 11 pr. (*a. 238*) quod ex -a muliere nascitur (LEX Visig. 3, 2, 4 *bis* [*postea*: manumissis viris]). 6, 1, 5 (*a. 319*) -is ... artificibus. PS. AVR. VICT. epit. 10, 1 Titus ... matre -a Domitilla nomine genitus (COD. Theod. 4, 6, 8. 8, 13, 1, 1). COD. Theod. 8, 13, 1, 1 (*a. 349*) filios filias ingenuos ingenuas -os -as libertinos libertinas. DRAC. Orest. 460 -us sollers nutritor Orestis (*cf.* 352 Dorylas -us Atridis et ... nutritor erat ... Orestis). GREG. TVR. Mart. 3, 41 p. 642, 19 puella ... ex -is parentibus procreata.

II *in imagine*: LIV. 45, 44, 19 Polybius ... tradit *Prusiam* pilleatum capite raso obviam ⟨ire⟩ legatis solitum -umque se populi Romani ferre; ideo insignia ordinis eius gerere (*Polyb. 30, 18, 3 οἱ προσφάτως ἠλευθερωμένοι παρὰ Ῥωμαίοις, οὓς καλοῦσι λιβέρτους. 4 ὁρᾶτ', ἔφη, τὸν ὑμέτερον λίβερτον ἐμέ. cf. Appian. Mithr. 2, 5 Προυσίας ... ἔφη ῥωμαϊστὶ ... · Ῥωμαίων εἰμὶ λίβερτος', ὅπερ ἐστὶν ἀπελεύθερος*). VELL. 2, 73, 1 *Sex. Pompeius* erat ... -orum suorum -us servorumque servus, speciosis invidens, ut pareret humillimis. PETRON. 41, 4 hic aper *qui pilleatus ad cenam infertur*, cum heri summa cena eum vindicasset, a convivis dimissus ⟨est⟩, itaque hodie tamquam -us in convivium revertitur. ITALA I Cor. 7, 22 (cod. d *al.* = VVLG. [*ubi var. l.* liber]) qui ... in domino vocatus est servus, -us est domini (*gr. ἀπελεύθερος. inde* RVFIN. Orig. in Rom. 1, 1 p. 839[B] is ergo, qui pro nexu coniugii servus vocatus est, -us est domini; -us enim neque ex integro liber neque ex integro servus est).

deriv.: libertinus, liberto. *compos.*: collibertus. *cf. Onom.*

libesticum *v.* ligusticum (*Onom.*). *Bader.*

***libet,** -uit *et* -itum est, -ēre (-ent *sim. p. 1325, 72. 80. 1326, 33 sqq.* libeo *a gramm. fictum l. 45*). [lub- *forma genuina, qua servatur radix* *lubh-, *cf. ind. vet.* lúbhyati *'desiderat', iuxta* *leubh-, *cf. slavon.* ljubъ, *goth.* liufs *'carus'; praeter impers.* lubet *verbum personale exstitisse probatur participio* lubens, *cuius sensus congruit c. ind. vet.* lúbhyati. *Sch.*] *de orig.*: VARRO ling. 6, 47 lubere (lib- *trad.*) ab labendo dictum, quod lubrica mens ac prolabitur, ut dicebant olim (*antea*: volo, *postea*: metuere). *scribitur* lub- CIL IV 9202 *et saepius in codd.* PLAVTI (*et* lub- *et* lib- *A*), CATONIS, TER., VARRONIS, CATVLLI, SALL., *rarius in codd. inde a* RHET. Her., CIC., VERG., HOR.; lib- CIL I[2] 1805 (*si recte suppletur*). S. C. de sumpt. lud. glad. (CIL II 6278) 1 CE 121, 1. 1439, 9. *al. cf.* GLOSS. V 463, 50 lubitum: libitum. *per allitt. iuxta* lud- PLAVT. Amph. 1047 Men. 396 TER. Phorm. 347. *al.*, lic- *v. l. 71.*

de formis: PRISC. gramm. II 561, 11 inveniuntur perfectorum declinationem habentia in usu veterum teste Capro: ... liceo, libeo, oporteo (libeo *affertur etiam* CHAR. gramm. p. 475, 30 B. GRAMM. suppl. 74, 2. *contra* -et *verbum defectivum vel impersonale testantur grammatici inde a* CHAR. gramm. p. 331, 6). CHAR. gramm. p. 331, 20 quaedam perfectum faciunt etiam in hunc modum ..., -tum est (*item de forma perfecti depon.*: DIOM. gramm. I 398, 11 pro eo sane quod est -uit. PHOC. gramm. V 435, 27). *infin.* -ere PLAVT. Amph. 171 Persa 376 sq. CIC. Att. 14, 19, 4 VARRO ling. 6, 47. *al.* -bat CIC. Att. 2, 7, 1 fam. 4, 6, 2 SALL. Iug. 44, 5. *al.* (-ret PLAVT. Merc. 60 CATO orig. 95[b] CIC. S. Rosc. 83. *al.*). -bit PLAVT. Asin. 239. 781 Men. 793 Truc. 212 CATO agr. 5, 5. *al.* -tum est (erat, erit) PLAVT. Asin. 110. 711 Bacch. 1096 Capt. 642 *et saepius* (-uit Epid. 698 Pseud. 348 Rud. 587). TER. Andr. 263 (-uit Eun. 796. *haerent codd. inter utrumque*: Phorm. 643 Ad. 766). CIC. de orat. 2, 348 VARRO ling. 9, 34. *al.* -tum fuerit TER. Andr. 213 Phorm. 970 PLIN. nat. 28, 29. *al.*, foret QVEROL. p. 3, 11 R. NOT. Tir. 21, 104 -et. 22, 3 qua -uit. *legitur inde a* PLAVTO. [*confunditur in codd. c.* iub- (*passim, e. g.* PLAVT. Aul. 153 ENN. scaen. 240), licet (PLAVT. Persa 377 Truc. 212 TER. Andr. 816 Phorm. 643 CIC. de orat. 2, 16. *al.*; *emendatur e* licet TAC. dial. 22, 4 TERT. adv. Hermog. 23, 2). *contextu manco* LVCIL. 1249.]

CAPVT PRIVS: *subiecti locum tenent vel subiecta sunt ea, quae libidinem movent sim.* (GLOSS. *ἀρέσκει. ἡδύ ἐστιν.* placet). *augetur, restringitur e. g. per* magis (PLAVT. Cas. 891 Epid. 692 Persa 660 Trin. 275 TER. Haut. 542 LIV. 5, 46, 11. *al.*), maxime (CIC. fam. 1, 8, 3), minus (CATO agr. 5, 5 CIC. de orat. 2, 16 fam. 13, 5, 3. *al.*). *plus valet quam* volo: PLAVT. Asin. 180. 232. 239 si tu voles ..., ut voles ..., ut voles, ut tibi -bit. *et saepius. iuxta ponuntur*: licet (*saepe per allitt.*) *p. 1368, 55.* placet PLAVT. Stich. 285 SEN. Herc. O. 992 PETRON. 10, 6 PANEG. 3, 29, 4 QVEROL. p. 54, 21 R. *al.* iuvat CIC. fin. 2, 5 AETNA 572 SEN. contr. 7, 3, 10 VAL. MAX. 4, 1, 2. *al.* (meo *sim.*) arbitratu PLAVT. Aul. 647 Bacch. 995 Epid. 689 Men. 949. *al.* CIC. fam. 16, 20. *cf.* arbitrio EDICT. imp. Maximian. Lact. mort. pers. 34, 2 (*Euseb. chron. 8, 17, 7 ὡς ἕκαστος ἐβούλετο, unde Rufin.* pro voluntate sua). *opp.* piget PLAVT. Aul. 211 OV. met. 9, 631 SEN. Phaedr. 637 MART. 7, 51, 2. *al.*

I -et *alicui i. q. libidini est, placet sim.* (POMP. gramm. V 237, 30 '-et mihi', non possum dicere '-et me', puta '-et me illud facere', non est latinum penitus [*sed v. eundem p. 1326, 54*], sed '-et mihi'. *exempla, quibus non indicatur, quis sentiat libidinem, huc congessimus, dubitanter maxime* FVLG. *p. 1325, 79 collata p. 1326, 22*): **A** *indicatur, quid quomodo facere (fieri) -at*: **1** *per structuram verbalem* (*usu q. d. vulgo impersonali*): **a** *verbum ponitur*: **α** *inf.*: Ⓘ *solus* (*praes. passim inde a* PLAVTO, ENN., TER. *accedente dativo vel omisso. perf.*: VERG. georg. 3, 436 ne mihi ... sub divo carpere somnos neu ... -at iacuisse per herbas. LVCAN. 6, 426 SIL. 3, 532. 14, 263 MART. 6, 43, 7. *al.*): Ⓐ *in adlocutione*: ① *forma* '-et (mihi) dicere', *qua fere permissio auditoris petitur: vario modo* (*selecta*): PLAVT. Bacch. 986 -et perlegere has *tabulas.* :: perlege. Epid. 692 mihi magis -et ... te rogitare. :: at nil scies (696 rogita quod -et). Persa 316 inspicere morbum tuum -et. :: ah! ah! abi *eqs.* Trin. 932 -et audire, nisi molestumst. :: quin discupio dicere. CIC. orat. 41 quid de illo *Isocrate* augurer, -et dicere. :: quid tandem? (*Plat. Phaedr. 279a λέγειν ἐθέλω*). OV. met. 10, 556 '-et hac (*i. humo*) requiescere tecum'; et requievit. SEN. Phaedr. 637 -et loqui pigetque. :: quodnam istud malum est? CVRT. 4, 1, 25 '-et scire, inopiam qua patientia tuleris'. tum ille: *eqs. al. affertur propositum in prologo, capite orationis sim.*: PLAVT. Poen. 1 Achillem Aristarchi mihi commentari -et. CIC. Quinct. 48 ante quam doceo id factum non esse, -et mihi ... rem ipsam ... considerare. de orat. 2, 348. *al.* NEP. Pelop. 3, 1 hoc loco -et interponere, etsi seiunctum ab re proposita est, nimia fiducia quantae calamitati soleat esse. LIV. 5, 4, 1 quam hoc consilium ... necessarium fuerit, postea disseram; nunc de ipsa condicione dicere militantium -et. PLIN. nat. 22, 99 -et ... coquendi dare aliquas communes ... observationes ... : *eqs. al.* QVINT. inst. 1, 10, 28 decl. 247 p. 13, 6. *al.* TAC. ann. 3, 55, 1 causas eius mutationis quaerere -et: *eqs. al.* non -et *sim. in praeteritione*: CATO orig. 77 non -et scribere, quod in tabula apud pontificem maximum est. CIC. Cael. 43 ex quibus neminem mihi -et nominare. Phil. 8, 7 de proximo bello civili non -et dicere: ignoro causam, detestor exitum. *al.* OV. epist. 21, 103 neque ... meminive -etve, quidquid ibi vidi, dicere. Pont. 1, 5, 11 LAMPR. Heliog. 1, 3. *al.* ② *forma* 'cur (tibi) -et dicere?', *qua in licentiam auditoris inquiritur*: PLAVT. Cas. 262 qui, malum, homini scutigerulo dare -et? :: quia *eqs.* Curc. 136 quid est quod -et perditum dicere te esse? :: quia *eqs.* Epid. 333 qui tibi -et mihi male loqui? :: quippe *eqs. al.* VAL. FL. 7, 50 cur, age, non templis sacrata avellere dona ..., praedo, -et? Ⓑ *in proposito suo relinquendo*: PLAVT. Trin. 1041 -et adire atque appellare hunc; verum ... metuo, *eqs.* OV. epist. 14, 131 scribere plura -et, sed pondere lassa catenae est manus (19, 161 fast. 3, 723. *al.* VAL. MAX. 5, 2 praef. SEN. Herc. O. 962 SIL. 9, 650 STAT. silv. 5, 2, 81. *al.*).

Ⓘ *acc. c. inf.*: TER. Andr. 958 mihi nunc sic esse hoc verum -et. VARRO Men. 90 (*nisi ad II*) -et me epigrammatia facere et quoniam nomina non memini, quod in solum mihi venerit, ponam. OV. epist. 13, 32 nec mihi pectendos cura est praebere capillos, nec -et aurata corpora veste tegi. PLIN. nat. 17, 68 haec ibi disponuntur, ubi -at esse eas. SVET. Claud. 25, 5 talis ..., qualem esse eum aut expediret illis aut -ret. *subi. infinitivi subauditur ex praedicato*: SEN. Herc. O. 344 (*loq. Deianira*) ire ire ad umbras Herculis nuptam -et, sed non inultam (*333* moriar Herculis ... coniunx). epist. 95, 71 -et admirantem ... dicere: *eqs.* PLIN. nat. 14, 102 sic fit ... sycites ... aut si dulce esse non -at *eqs.* (*cf. Diosc. 5, 31, 1 εἰ δὲ μὴ λίαν αὐτὸ γλυκὺ θέλοις εἶναι*). TERT. anim. 34, 3 ut nusquam discedere depretiatam -ret *sc. Helenam.*

β (sic), ut: SIDON. epist. 7, 9, 7 quoniam vestro sic -tum errori, ut ipse ... episcopum exquiram, *eqs.* GREG. TVR. Franc. praef. -uit ... animo, ut *eqs.*

b *verbum subauditur* (*e verbo primario in enunt. secund. maxime relativo [nisi ad B referas p. 1325, 8. 14. 23. 39 sqq.]; exempla formae* 'quid -et, quod -et, quando -et' *sim. hic non invenies, nisi indicatur vel certius subauditur, cui quid quo tempore sim. facere -at, cetera v. sub compos.* quilibet *etc.*): **α** *forma* 'quid, quod' (*vix ad 2a*), 'quae -et' *sim.*: Ⓘ *pendet ab imperativo, iussivo sim.*: quid: PLAVT. Amph. 396 ut -et q. tibi -et fac (*c. dat. ut*: Bacch. 866 [*postea*: quid vis]. Persa 398 quin tu me ducis ...? vel tu me vende vel face q. tibi -et. Trin. 570). Asin. 107 tu ... aliud cura q. -et. Cas. 301 machinare q. -et quo vis modo (*item* Truc. 676). *al.* TER. Haut. 464 faciat q. (quod *var. l.*) -et: sumat, consumat, perdat. AFRAN. com. 409. RHET. Her. 4, 29, 39 (*antea*: quo pacto vobis videbitur). CIC. fam. 9, 15, 2 (quod *var. l.*). SALL. (?) in Tull. 6 (*cf. Ps. Cic. in Sall. 15* quae volueris). *al. omittitur imperativus in responso*: PLAVT. Persa 604 volo ego hanc percontari. :: a terra ad caelum q. -et. quod: PLAVT. Asin. 232 est ... quod volo loqui. :: dic q. -et. Bacch. 693 compara, fabricare, finge q. -et, conglutina. Rud. 1333 q. tibi -et id mi impera (*c. dat. ut*: TER. Ad. 991 effundite, emite, facite q. vobis -et. CIC. Phil. 1, 33). *al.* TER. Haut. 464 (*var. l., v. supra*). CORNELIA epist. frg. 2 -bit. CIC. Verr. II 2, 70 (vobis *add. codd. plerique*). *al.* quidquid: SALL. Iug. 110, 4 arma, viros, pecuniam, postremo q. animo -et, sume utere. *al.* Ⓘ *alia*: PLAVT. Aul. 751 si ... impune facere quod -at licet (TER. Haut. 643 nihil vident nisi q. -et [-ent *A*]. CIC. Tusc. 4, 44 nihil ... quemquam nisi q. -at praeclare facere posse. QVEROL. p. 3, 11 R. q. -tum foret, destruere. AMBROSIAST. in II Cor. 4, 2 ut id q. sibi -tum est, expleat. *al.*). Truc. 212 loquar ... quae volam et quae -bit (TER. Andr. 263 me ... passus est ... q. meo cumque animo -tumst facere. Phorm. 970 ubi q.[quod *var. l.*] tibi [*om. A*] -tum fuerit ... feceris. SALL. Iug. 31, 26. SALL. [?] rep. 1, 2, 5 omnia q. ... animo -bat. 2, 3, 3 [lug- *trad.*]. PLIN. epist. 9, 19, 5 -uisset. GELL. praef. 2 -tum erat. LACT. opif. 16, 9 omnia ... q.

[Keudel]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-uerit. HEGES. 1, 29, 7 -tum foret). CATO orig. 95[b] *ne* quidquid -ret faceremus (PETRON. 134, 12 vers. 14 [*interpol.?*]. GELL. 20, 1, 21 studio q. -tum est arguendi. *al.*). OV. trist. 3, 7, 41 dat id quodcumque -et fortuna rapitque (SEN. Tro. 335 IVV. 1, 152. *al.*). *al.*

β forma 'deam quam -bit' *sim.*: PLAVT. Asin. 180 *amatorem ut piscem* quo vis pacto condias . . ., verses quo pacto -et. 781 deam invocet sibi quam -bit propitiam, deum nullum. Bacch. 703 quantum -et me poscitote aurum. TER. Haut. 542 mihi . . . addit animum, quo -at magis (*sc. perficere proposita*). RHET. Her. 3, 17, 30. CIC. Att. 13, 28, 3 opto casum illum quem tum timebam, vel quem -bit. SALL. (?) rep. 2, 1, 4 consilium fuit . . . quoius rei -et periculum facere. HOR. epist. 1, 6, 53 cui -et hic fascis dabit (*seq.* cui volet). PANEG. in Mess. 198 OV. Pont. 1, 7, 67 SEN. contr. 9, 2, 12 SCRIB. LARG. 47 PETRON. 18, 6 vers. 2. PLIN. nat. 8, 115 accensi *cornus* . . . utrius -at odore. *al.* *structura permixta*: PLAVT. Rud. 587 quam *crapulam* potavi praeter animi quam -uit sententiam (*locutioni q. e.* praeter animi sententiam *coniungi videntur voces q. s.* praeter quam -uit).

γ forma 'quando, ut, si -et' *sim.*: Ⓘ *varia*: PLAVT. Amph. 123 *Iuppiter* in Amphitruonis vertit sese imaginem . . ., versipellem se facit, quando -et. Asin. 110 ubi eris? :: ubicumque -tum erit animo meo. Aul. 453 coquite, facite, festinate nunciam quantum -et. *al.* Bacch. 751 quid istis ad istunc usust conscriptis modum, ut *eqs.* . . .? :: quia mihi ita -et; . . . mea fiducia opus conduxi et meo periclo rem gero (*pertinaciter dictum in responso ut*: Curc. 627 quia mi -tum est. Epid. 710 Poen. 1308 TER. Andr. 862. *cf. sub B*). *sim. passim, accedente dativo omissove.* Ⓘ ut, sicut -et: *pendet a verbo primario* (*saepius imperativo*): PLAVT. Amph. 396 ut -et quid tibi -et fac (*seq.* utut). 558 ut commodumst et -et quidque facias. 1047 quem omnes mortales . . . ludificant ut -et. Asin. 239 ut voles, ut tibi -bit, nobis legem imponito (*c. dat. ut*: Mil. 706 vivo . . . ut volo atque animo ut -et. Trin. 311. VARRO ling. 9, 34 -tum est. SALL. Iug. 38, 10 sicuti regi -uerat, pax convenit. *al.*). 711. Bacch. 1095 me . . . laceravit, . . . me . . . spoliavit, is me . . . attondit . . ., ut -tumst. *al.* TER. Andr. 310 age, age ut -et. *al.* AFRAN. com. 169 tu . . . cogita, tu finge fabricare ut -et. CIC. Brut. 44 sit sane, inquam, ut -et, de isto. Att. 15, 4, 3 CATVLL. 15, 11. *et saepe* (*augetur*: SEN. dial. 7, 17, 2 temere et ut -et. COLVM. 4, 16, 2 ut -et aut fortuito [HIER. hom. Orig. in Luc. 17 p. 109, 1]). *verbo omisso in responso fere i. q.* '*bene est, consentio*': PLAVT. Most. 856 iam ut -et. TER. Ad. 246 nusquam abeo. :: ut -et (DON.: neglegenter servus respondet). Haut. 738. 780. 934. CIC. Att. 5, 19, 3 'non credo', inquis; ut -et. 7, 1, 9 HOR. epist. 1, 7, 19. 1, 7, 70 ignovisse putato me tibi, si cenas hodie mecum. :: ut -et. QVEROL. p. 37, 20 R. BOETH. cons. 4, 6, 6 W. Ⓜ si, nisi -et (SYNON. Cic. p. 445, 31 si -et, si videtur, si placet, si vacat, si commodum est, si fert animus): *varia*: PLAVT. Aul. 153 face quod te iubet soror. :: si -at *sc. mihi*, faciam. Bacch. 90. 99 ego nolo dare te quicquam. :: sine. :: sino equidem, si -et *sc. tibi*. Most. 1131 ego ibo pro te, si tibi non -et (*c. dat. ut*: Boeot. frg. 1, 7 non estur, nisi Soli -et. PROP. 2, 24[b], 25 si -tum tibi erit. AMBR. c. Aux. 33 si -tum est imperatori). *al.* TER. Andr. 213 si -tum fuerit, causam ceperit. Phorm. 981. CIC. fin. 4, 72 illa . . . non appello mala, sed, si -et, reiectanea. *al.* *pendet ab imperativo, iussivo sim., fere i. q.* '*sīs*' *vel* '*quaeso, oro*': PLAVT. Cas. 1009 redde . . . pallium. :: tene, si -et. Curc. 554 (vivet *trad.*). Epid. 731 Merc. 1002. Most. 772 inspicere volt. :: inspiciat, si -et. *al.* CIC. Tusc. 5, 45 adde . . ., si -et, pernicitatem. LVCAN. 2, 514 CALP. ecl. 6, 59. CE 121, 1 viator audi, si -et, intus veni.

2 *per structuram nominalem*: **a** *pron. vel adi. neutr.*: *α sing.* (*exempla certiora, sc. inf. vix subaudiendo; cetera v. sub 1 b*): PLAVT. Cist. 214 quod -et non -et iam id continuo (CIC. Quinct. 94 sin et poterit Naevius id quod -et, et ei -bit id quod non licet, *eqs.* de orat. 2, 16 Cato 42. *adde* Att. 14, 19, 4 *v. infra*). Most. 296 quod tibi -et idem mihi -et (SEN. contr. 7, 3, 10 non semper i. miseris -et). Trin. 1032 nunc mores nihil⟨i⟩ faciunt quod licet, nisi quod -et (Cist. 214 *et* Most. 296 *v. supra*. RHET. Her. 4, 25, 34 si illis . . . q. -et licet. CIC. Quinct. 94 *v. supra*. fin. 2, 5 PAVL. FEST. p. 116 SVET. Nero 15, 1. *al.*; *fere in parenthesi de eis, quae praecedunt vel sequuntur*: PLAVT. Aul. 260. CIC. fam. 1, 8, 3 id q. mihi maxime -et). OV. trist. 3, 2, 19 nil nisi flere -et. PETRON. 10, 6 quia hoc -et (*seq.* placet. COD. Iust. 10, 44, 3, 1). PLIN. epist. 9, 10, 2 his *in via scriptis* quaedam addidi in villa, cum aliud non -ret. *al.* *inf.*: PLAVT. Amph. 171 quodcumque homini accidit -ere, posse retur. CIC. Att. 14, 19, 4 *ei* facile persuasi mihi id quod rogaret, ne licere quidem, non modo non -ere. SEN. Tro. 336 minimum decet -ere cui multum licet. *β plur.* quae -ent: SVET. Iul. 20, 3 cetera item, q. cuique -uissent, dilargitus est. BASIL. hom. RevBén. 57, 1947 p. 75, 25 q. animis tuis -ta sunt (*seq.* quae laeta sunt . . ., quae delectant). VITAE patr. 7, 44, 11 quaecumque. GREG. M. epist. 2, 50 p. 152, 9.

b *subst., pron. masc.* (*cf. p. 1326, 22*): FVLG. myth. 2, 1 p. 40, 12 sicut rosa delectat quidem, sed celeri motu temporis tollitur, ita et libido -et momentaliter, fugit perenniter. CASSIOD. var. 8, 16, 4 si amoeni recessus et provinciale otium forte -uissent, *eqs.* GREG. TVR. Franc. 3, 30 sumpserant . . . consuetudinem, ut si quis eis de regibus non placuisset, gladio eum adpeterent, et qui -uisset animo, hunc sibi statuerent regem. VEN. FORT. carm. 5, 5, 128 cum -at vivo hostia viva deo. ISID. orig. 20, 2, 17 liba . . . eo quod -ant et placeant.

B *quid quomodo facere (fieri) -at, non indicatur* (*huc referre possis etiam exempla p. 1324, 56 allata, quibus addas* IVV. 3, 159 sic -tum . . . Othoni): PLAVT. Bacch. 1196 quid ago? :: quid agas, rogitas etiam? : : -et et metuo. Cas. 99 quid in urbe reptas? . . . :: -et (*item pertinaciter dictum in responso*: Epid. 698sq. qua fiducia ausu's . . . dicere? : : -uit, ea fiducia. :: ain tu, -uit? Persa 236 Pseud. 348. *al.* TER. Eun. 796 [DON.: superbum et meretricium verbum]). Curc. 129 dic isti. :: ah! :: quid est? ecquid -et? :: -et. *al.* OV. epist. 17, 179 et -et et timeo . . .: in dubio pectora nostra labant. CALP. decl. 16 -uit et licuit; cuius haec, an regis oratio est? *al.* *inf.*: PLAVT. Persa 376sq. -ere tibi per me licere intellego; verum -ere hau liceat, si liceat mihi. *al.*

II -et *aliquem i. q. iuvat, delectat* (*sec. structuram horum verborum; ad usum v.* POMP. *p. 1323, 81; vix huc revocanda sunt exempla quaedam acc. c. inf. p. 1324, 40sqq. allata velut* VARRO Men. 90): **A** *c. inf.*: PRISCILL. tract. 3, 71 -et me unum clamare pro totis. AVG. c. acad. 3, 11, 24 p. 65, 1 ubi regnare vos -et. civ. 1, 3 p. 8, 9 D. non . . . poetas -bat mentiri, sed cordatos homines cogebat veritas confiteri. 7, 24 p. 304, 9 (*iuxta*: piguit). 8, 19 p. 348, 26. 10, 16 p. 427, 13. conf. 3, 2, 3 cum miserum esse neminem -at. *al.* VICT. VIT. 2, 34 vobiscum . . . nos -bat pergere, si liceret. CE 1439, 9 vivere me . . . -uit . . ., mors mihi sola placet. *al.* *inf. subaudito*: AVG. retract. 2, 25, 1 dicens, quidquid eum -uit. **B** *c. subst.*: FVLG. myth. 1 praef. p. 9, 10 -bat me mea captivitas, et licet nostrae vacuissent industriae. **C** *c. pron. neutr.*: AVG. conf. 2, 9, 17 me non -bat id quod furabar, sed quia furabar. contin. 3, 6 si nihil nos contra quod deceret -ret. ord. 2, 11, 34 p. 171, 30 quidquid iucunde sonat, illud ipsum auditum -et atque inlicit. c. Pelag. 1, 2, 5 hoc eis placet, quod eos -et. spir. et litt. 32, 56 quam *iustitiam* non -et nisi quod (*i. id, quod*) licet.

adi. libēns '*quod libet*' *v. p. 1327, 76.*

CAPVT ALTERVM: *subi. est animans libidinem sentiens*, -et *i. q. vult, cupit, desiderat sim.* (*nonnisi tertia pers., etiam plur.; fortasse huc spectant grammatici p. 1323, 36. 45*): **I** *ioco Plautino* (*de* TER. Haut. 643 *p. 1324, 77*): PLAVT. Aul. 491 quo -ant (iub- *var. l.*), nubant, dum dos ne fiat comes. Trin. 211 culpent quem velint, non flocci faciunt, dum illud quod -ant (*A* [*vel* iubeant], -at *cett.*) sciant. **II** *usu sec.* libens *novato*: AVG. civ. 14, 23 p. 48, 15 D. animus in ea libidine *amatoria* nec sibi efficaciter imperat, ut omnino non -at, nec . . . corpori. ALC. AVIT. carm. 4, 12 licitum *esse* quod quisque -ret, credidit. REGVLA mag. 3, 91 ita sanctorum delectantur auditus, ut . . . mens plus -at exultare. ISID. carm. 15, 2 en multos libros gestant haec scrinia nostra; qui cupis, ecce lege, si tua vota -ent.

partic. perf. **libitum.** **1** *plur.* (*pro subst.*): TAC. ann. 6, 1, 2 *servi a Tiberio ad conquirendos iuvenes praepositi* sua . . . ipsi -a velut in captos exercebant. 12, 6, 2 abripi coniuges ad -a Caesarum. 14, 2, 2 *Agrippina* usque ad -a Pallantis provoluta. ITALA Is. 44, 9 (Tert. idol. 4 p. 34, 3) qui faciunt -a sibi, quae illis non proderunt (*gr.* τὰ καταθύμια αὐτῶν, *Vulg.* amantissima eorum). EPIST. pontif. 620 Schwartz p. 54, 20 *animas* contra fidem -is addicendas. **2** *sing.*: GLOSS. II 329, 53 θυμηρές -um. 340, 60 καταθύμιον -um, cordi est. *cf.* libitus.

deriv.: libido, libitus.

compos.: col-, perlibet; qua-, qualis-, quamlibet *et cetera indefinita (v. p. 1324, 57). cf.* ad-, col-, qualibescit; prolubium. *Keudel.*

eiusdem stirpis (*part. praes.*) ***libēns,** -entis *adi.* *de origine et formatione*: POMP. gramm. V 261, 19 -s ab eo quod est libet me *non debuit formari, sed usurpatur; cf.* PRISC. gramm. II 561, 3. *de scriptura*: lub- (*antiquam esse testatur* PRISC. gramm. II 25, 23) *in titulis*: CIL I² 10 (= CE 8). 28. 29. 62. 364b (= CE 2). 388. 1531 (= CE 4). 1763. 1827. 1844. 2183 (= CE 331). 2226. 2289 ?X 8249 (= TAB. devot. Audollent 190), 15. XI 6951 XIII 2246. XIV 4488, 6 (*carmen*). *in codd. antiquissimis: A* PLAVTI (*iuxta* lib-), *A* TER. lyb-: CIL V 6876 (= CE 873; '*pronuntiationi congruens ancipiti*' *Bücheler*). lib- *in titulis*: CIL I² 33. 392. 1792 II 363. 4977 III 611. 1260 *et creberrime ut in codd. vel antiquissimis, e. g. A* PLAVTI (*iuxta* lub-), *MPR* VERG. leb-: CIL II 5728. (*ibid.* lev- *ut* GLOSS. V 536, 49). liv-: CIL VI 30890. X 6012. -bes: CIL I² 1531 (-betes). II 363. 4977 III 7595 (-BHS, *vulgari scriptura*) *et saepe.* *?*-bns: CIL X 8249 (= TAB. devot. Audollent 190), 15. -bs: CIL I² 62. 388 INSCR. Afr. Cagnat-M.-Ch. 99. 480. -biens: CIL II 5728 (*iuxta* levens; '*barbare scriptum*' *editor*). III 611. 3158[b]. 7493 (-bye). 10202. 10453 (-bies). VI 31001 (-bues). 32596. *abbrev. vel concise*: lub, lib: CIL I² 1827. 2289 IX 761 X 1560 XI 6951. lbs: CIL II 4442. l: *in titulis inde ab antiquissimis in formula dedicationis q. e.* v(otum) s(olvit) l(ibens) m(erito) *vel sim. saepissime, etiam* l m *tantum, id quod raro perscribitur; sg.* -s *iuxta* solverunt CIL VI 710. *de formis: longe praevalent nom. sg.* -s *et abl. sg.* -e, -i. *gen. pl.* -ium AMM. 17, 8, 2. *abl.* -e *inde a* PLAVTO *iuxta pronomina passim, iuxta nomen* CE 1036, 8 (*s. I, in fine pentam. dactyl.*) -e animo (-i a. *saepe*). -i *inde a* PLAVTO *iuxta nomina. compar.* -tior, *superl.* -tissimus *inde a* PLAVTO. *cf.* -i satis animo PEREGR. Aeth. 20, 7, valde . . . -s CONC.[S] I 5 p. 161, 32. *produci vid. prima syll. hexam. dactyl. ineunte, in carmine quidem quantitates non semel confundente* CE 1977, 7 libenter.

I *i. q. voluptate affectus, laetus, non invitus sim.* (GLOSS. II 250, 43 αὐθαίρετος -s. 323, 34 ἡδόμενος -s). *plus valet quam* aequus CIC. Cluent. 6 Att. 2, 4, 2 LIV. 29, 8, 6. *iuxta* laetus: *p. 885, 56sqq.*

[B.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

volens: PLAVT. Cas. 869 (*?*, solens *trad.*). SEN. epist. 37, 2 AVG. civ. 2, 11 p. 65, 22 D. trin. 1, 3, 5 FAVST. Aug. c. Faust. 10, 1 p. 310, 18. *cf.* CLAVD. DON. Aen. 6, 460 p. 567, 18 -s aut voluptate. *subi. sunt homines vel animi, mentes sim.*, sol *quasi animans infra l. 54. accedit abl. limit. l. 26 sqq., instrum. l. 53.*

A *praedicative*: **1** *forma* '-s facio *aliquid*': CIL I² 28 dat -s merito (*saepissime, cf. p. 1326, 73*). LIV. ANDR. trag. 9 laudet -s. PLAVT. Amph. 531 non ego te hic -s relinquo. Asin. 615 facio -s (Aul. 420 Bacch. 46 Cas. 607 Poen. 1091. 1093 Trin. 341 TER. Phorm. 565 Ad. 887. 896. *al.*). 645 istud facias . . . :: ego vero et quidem edepol -s (*cf.* TER. Andr. 337 fugin hinc? :: ego vero ac -s [Haut. 763 Eun. 591. *cf. p. 1328, 18*]. *sine copula*: PLAVT. Stich. 373 vidisti? :: -s. Truc. 371 complectere! :: -s). Aul. 496 ausculto -s (Poen. 841 Pseud. 523 Truc. 400). Stich. 288ª Pinacium lascivibundum tam -em (*A*, -ter *P*) currere. Truc. 653 accipio -s (BELL. Afr. 90, 2 SALL. Iug. 104, 3 VERG. Aen. 8, 155). CIC. Verr. II 3, 118 -es an inviti dabant? -es? amabant, credo, Apronium. Mil. 38 gloriam -s agnovisset. CVRIVS Cic. fam. 7, 29, 1 *ut possimus te* -es videre. VERG. Aen. 3, 438 Iunoni cane vota -s. 12, 145. HOR. carm. 3, 4, 29 -s . . . Bosporum temptabo. 3, 9, 24 tecum vivere amem, tecum obeam -s. epist. 1, 14, 44 -s . . . exerceat artem. TIB. 3, 11, 9 cape tura -s. PROP. 1, 2, 28. 2, 24, 27. OV. epist. 20 (21), 242 do . . . -s victas in tua vota manus. met. 9, 244 toto . . . -s mihi pectore grator. 14, 721. LIV. 22, 32, 8 animo ac voluntate eorum, qui -es darent. 27, 8, 5 causam . . . -s reticuissem. 29, 14, 9 traditam . . . -s posteris traderem. PHAEDR. app. 8, 30 corona . . . te dono -s. SEN. Ag. 405 cape dona -s. 806. 933. *al.* *acced. abl. limit.* animo (*cf. infra l. 35*): CIL II 363 INSCR. Eph. epigr. IX (*ad* CIL II) 221 CIL VI 31123. 31152 (*a. 145*). VIII 24152 X 1560 BOETH. in Porph. comm. pr. 2, 32 p. 131, 23.

2 *forma* '-e *aliquo* fit *aliquid*': **a** *de ipsis hominibus*: PLAVT. Amph. 848 me -e facies (Curc. 665 Men. 272 Truc. 361. LVCIL. 1059 [-ter *trad.*]. CIC. de orat. 2, 295 rep. 1, 14 Att. 10, 4, 6. *cf.* CIC. fam. 13, 58 te [13, 59]). CIC. leg. agr. 2, 49 -e illo. Brut. 315 ipsis -bus. Att. 1, 14, 3 quae tam -i senatu laudarentur. 4, 2, 5 -issimis omnibus (ad Q. fr. 3, 3, 2). fam. 13, 65, 1 ut -issimis Graecis nutu quod velis consequare. **b** *de rebus ad hominem pertinentibus*: animo: PLAVT. Cist. 12. Pseud. 1321 -issimo corde atque a. CIC. Verr. I 25 har. resp. 11 Att. 2, 4, 2. 16, 16, 13 BELL. Afr. 33, 1. CIL VI 31148 (*a. 115*). VIII 7956. ITALA II Macc. 3, 9 (rec. M, *cf.* B) bono -i a. (*gr. φιλοφρόνως, recc. LX* bono a., *rec. P et Vulg.* benigne). 14, 43 (recc. BM; *gr. γενναίως, rec. L et Vulg.* audenter). CAPITOL. Opil. 8, 3 PEREGR. Aeth. 5, 12. 20, 7, 21, 3 COD. Theod. 7, 24, 1. *al. cf. l. 26 sqq. 63. deficiente voce q. e.* a. (*ni fallimur*): CIL X 477, 20 (*in titulo gemino 476, 20* libenter). *plur.*: CIC. S. Rosc. 101 Cluent. 6 CAES. civ. 1, 15, 1 EPIT. Alex. 86. *aliis*: AMM. 26, 8, 14 se in . . . provincias effundere -i cunctorum adsensione (*cf.* 31, 6, 6 consensione). AVG. in psalm. 70 serm. 1, 2 deo tota et plena et -i voluntate serviendum est (*antea*: libenter serviendo se in corde liberum faciat). VITA Fulg. p. 11 L. impositam peregrinationem -i voluntate suscepit. **3** *forma* '*aliquem* -em facio': PLAVT. Asin. 268 *quaeram amicos meos*, ut ego illos -iores faciam quam Lubentiast. TER. Ad. 756 hilarum ac -em fac te gnati in nuptiis (DON.: bene addidit 'et -em', multi enim hilares simulantes se non -es sunt. GLOSS. V 536, 38 iocundum). **4** *forma* '*aliquis* -s est': PLAVT. Cist. 681 *viri*, qui semper malo muliebri sunt -es. TERT. adv. Marc. 1, 1 p. 291, 11 *in Scythia est* dies numquam patens, sol numquam -s ('*dicas hanc regionem a sole haud libenter aspici, tam male illic lucet*' *Rigaltius*; liber, liquens, lucens, ridens *coni. viri minus docti*). ITALA Marc. 14, 38 (cod. k) spiritus quidem -s (*gr. πρόθυμον, Vulg.* promptus), caro autem infirmis.

B *attributive* (*nomen subauditur ap.* LIV., PETR. CHRYS.): GRACCH. or. frg. (47 M.) Schol. Cic. Bob. p. 81, 24 haud ⟨scio⟩ an -bus a vobis impetrassem. LIV. 34, 52, 3 senatus extra urbem . . . datus est triumphusque meritus ab -bus decretus. GELL. 19, 9, 1 adulescens . . . ad rem musicam facili ingenio ac -i. TERT. apol. 28, 1 rei divinae faciundae -s animus indicitur (Scap. 2, 2 cum et hostiae ab animo -i expostulentur). ITIN. Alex. 16 Stratona . . . supplicem recipit -i cum venia suum factum. IVL. VAL. 2, 2 p. 68, 11 si praeceptis -em operam commodetis. AMM. 17, 8, 2 frumentum . . . umeris inposuit -ium militum. AVG. nupt. et concup. 1, 30, 33 *si legi dei oboedimus*, non . . . timor est torquens, sed amor -s; ibi sumus veraciter liberi, ubi non delectamur inviti. serm. coll. Morin p. 194, 25 videte -em et dolentem, divitem illum -em et pauperem illum dolentem (*infra*: transiit voluptas, transiit necessitas). AVELL. p. 652, 6 verba . . . -issimis suscipiet auribus. PETR. CHRYS. serm. 31 p. 288ᴬ penes vos (*Pharisaeos*) est de lege, non de voluntate ieiunium; ieiunium non ieiunantem respicit, sed -em; et quis vobis ieiunii fructus est, qui ieiunium ieiunatis invitum?

formas verbales -e(n)t *i. q. cupi(un)t sim. v. p. 1326, 30 sqq.*

II *usu sec.* libet *novato i. q. cum voluptate appetendum, iucundum, quod libet*: Ps. AVG. serm. ed. Mai 1, 3 (= 72, 2) *femina est* pernicies delicata, malum -s, sapida iugulatio. CONC.ˢ II 3, 2 p. 118, 21 -ius est nos mori (*gr. II 1, 2 p. 113, 30 αἱρετώτερον*).

adv. ***libenter,** *compar.* -ius (*inde a* PLAVTO), *superl.* -issimē (*inde a* RHET. Her.). [*corruptum* PRIAP. 46, 6.] *i. q. cum voluptate, voluptuose* (*cf.* VARRO ling. 7, 89 comiter: hilare ac -r. GLOSS. *ἡδέως. iuxta*: cupide CIC. Q. Rosc. 49, studiose CIC. div. in Caec. 39 Att. 16, 16, 15 fam. 15, 11, 1 Q. CIC. pet. 45, hilare CIC. fam. 16, 10, 2. VARRO *supra*. *cf.* Ps. AVG. vit. christ. praef. vellem . . . et -r optarem): **1** *usu sollemni*: **a** *varia exempla*: PLAVT. Asin. 562 ubi . . . sciens -r periuraris. Aul. 537 nimium -r edi sermonem tuom. CATO agr. 4 ruri si recte habitaveris, -ius et saepius venies. CIC. Verr. II 5, 54 -r ait se facere . . .; quid, si hoc verbo non esses usus '-r'? nos . . . invitum te quaestum facere putaremus. *et passim.* -r habere *v. vol. VI 3, 2449, 42 sqq., adde*: ITALA Ier. 6, 20 (Somn. Neron. [Journ. Theol. Stud. 16, 1915] 21 PORPH. Hor. carm. 2, 2, 2 PEREGR. Aeth. 19, 5 FAVSTIN. trin. 2, 2 p. 50ᴮ CLAVD. DON. Aen. 6, 690 p. 598, 15 VEG. mil. 1 praef. HIER. tract. in Is. p. 105, 11 epist. 154, 2 RVFIN. Hier. adv. Rufin. 2, 18 AVG. in psalm. 30, 2 serm. 3, 1. *al.* **b** *notabiliora quaedam*: *α forma* non (haud) -r: PLAVT. Curc. 125 ENN. trag. 290 CIC. S. Rosc. 94. Cluent. 14 discedit . . . ut in tantis iniuriis non invita, ut a viro non -r (Att. 8, 10). Mur. 47 de orat. 2, 305 Att. 6, 1, 2. 13, 49, 1 NEP. Chabr. 3, 2 SEN. dial. 3, 2, 4. *cf.* minus -r CIC. Verr. II 2, 110 Pis. 99. parum -r SEN. epist. 7, 5. *β augetur adverbiis*: satis PLAVT. Pseud. 523ᵇ (*versu suspecto*). bene TER. Eun. 1074. plane CIC. Att. 6, 2, 10. perquam GELL. 16, 1, 1. *γ forma* 'atque (ac, et) -r *sc. illud facio*' (*cf. p. 1327, 11*): PLAVT. Epid. 380 abeamus . . . ad me. :: a. . . . -ius quam abs te sum egressus intus. TER. Eun. 1086 recipimus. :: ac -r. CIC. Phil. 14, 18 ego . . . malis sententiis vinci non possum, bonis forsitan possim et -r. Brut. 211 rep. 2, 64 Tusc. 2, 26 fam. 3, 6, 2 CAES. Cic. Att. 9, 7ᶜ, 1 NEP. Ages. 6, 3. *δ de gradibus*: -r *pro comparativo*: CLEM. ad Cor. 62, 3 haec tanto -r admonuimus, quoniam . . . sciebamus *eqs.* (*gr. τοσούτῳ ἥδιον*). *compar.* -ius *pro positivo*: CASSIOD. hist. 3, 7, 10 (*Socrat. 1, 34 ἀσμένως, quam vocem etiam 3, 4 exstantem transtulit in* -r 6, 43, 2).

2 *colore voluptatis plus minusve debilitato*: MAXIMIN. hom. (RevBén. 40, 1928 73) 23, 27 (*ad Matth. 15, 27* etiam, domine) prout diceret '-r'. AVG. in euang. Ioh. 62, 4 (*ad 13, 27* quod facis, fac citius) o verbum -ius (*i. q. potius*) parati quam irati! o verbum non tam poenam exprimens . . . quam mercedem significans!

in lusu verb. c. 2. liber: PLAVT. Capt. 119 liberi -ius sumus quam servimus. CLAVD. 11, 29 quinon catenas arripiat -s colloque poscat vincula libero. AVG. *p. 1327, 68.*

deriv.: libentia, Libentina. *cf.* libido.

compos.: perlibens.

libīdinārius, -ī *m. a* libido. *i. q. homo libidinosus*: Ps. AVG. serm. 195, 4 utrosque (*et puellas impudicas et filios verenda patris detegentes*) ergo -os hac Moyses sententia ferire voluit simulque adulteros perire mandavit (*affertur deut. 22, 21 sq.*).

libīdinitās (lub- *trad.*), -ātis *f. a* libido. *fere i. q. libido*: LABER. mim. 81 -e labitur (NON. p. 491, 3 *ad l.*: pro lubidine).

libīdinor, -ātus sum, -ārī. *a* libido. [*e coni. dub.*: Ps. ALEX. c. Dind. coll. p. 173, 1 cupiditas . . . mendicat in usum -andi (*ed. Bissaei*; laborandi, lavandi, livoris *codd.*).]

i. q. libidini indulgere (*sc. in rebus veneriis*): **1** *proprie*: PETRON. 138, 6 Paris, dearum -antium iudex (litigantium, licitantium, lividinantium, vitilitigantium *coni. viri docti*). MART. 7, 67, 13 *tribas* cum -atur, non fellat . . ., sed plane medias vorat puellas. SVET. Nero 28, 2 quotiens lectica cum matre veheretur, -tum inceste ac maculis vestis proditum affirmant. TERT. scorp. 3 p. 151, 15 abeunt -tum ad filias Moab (*Itala num. 25, 1 Lugd.* abiit populus fornicari ad filias M., *gr. ἐκπορνεῦσαι*). ITALA Ier. 5, 8 (Greg. Ilib. in cant. 2, 26 l. 204) equi -antes ad uxores proximi sui hinniebant (*gr. ἵπποι θηλυμανεῖς, Iren. 4, 41, 3 = 4, 68, 1 H.* furentes, *Hier. in Zach. 9, 9 p. 1484ᶜ* insanientes, *Vulg.* amatores et emissarii). PORPH. Hor. epod. 12, 11/12 subare proprie sues dicuntur, cum -antur (*cf.* NON. p. 90, 28 catulire: surire vel -ari). ANTH. 149, 11 (*ad causidicum, qui cum equa coierat*) expellas animo nimis . . . mores inlicite -antes. HIL. in psalm. 118 coph 10 p. 528, 11 cum inebriamur, cum -amur. FVLG. aet. mund. p. 165, 21 nec puduit illuc partem turpissimam -ans (-antis *var. l.*) obicere corporis. TRACT. Pelag. p. 126, 18 causa naturae, quae sine intervallo hominem -ari non patitur. IVLIAN. in Iob 24, 21 (Migne suppl. 1, 1638) non poterat animum -antis virtus humanitatis attingere. **2** *poesi vel recitatione impudica*: SCHOL. Pers. ed. Kurz 1, 1 videns Persius multos -ari in scribendo ad hoc tantum, ut favorem populi adquirerent, reprehendendo cum indignatione inchoat (*cf. Pers. 1, 18 sqq.* leges . . . patranti fractus ocello; tunc . . . videas . . . ingentis trepidare Titos, cum carmina lumbum intrant *eqs.*).

libīdinōsē *v.* libidinosus.

***libīdinōsus,** -a, -um. *a* libido. *cf.* VARRO ling. 6, 47 ab lubendo libido, -us. ISID. orig. 10, 160 -us ab eo, quod facit quod libet; -us a Libero, qui puellarum corpore pingitur (c. p. *deest in parte codd. loco corrupto vel manco*). *scrib. in codd.* lub- *hic illic*, libinos- CIC. Verr. II 3, 156 *cod. P.* COD. Theod. 4, 12 (13), 6. NOT. Tir. 42, 88. *legitur inde a* CIC., *ut etiam compar.* -ior, *superl.* -issimus.

1 *i. q. libidinis, voluptatis sim. plenus* (*cf.* LACT. inst. 6, 16, 10 non est . . . morbus . . . libidine commoveri, sed . . . -um esse; . . . qui -us *est*, etiam quod legibus vetatur adfectat. GLOSS. flagitiosus. *ἀχόλαστος. ἡδυπαθής. ἀσελγής. cum gen. rei appetitae* TERT. *p. 1329, 18. 20. 34. m. pro subst. passim*): **a** *generatim*: *α de hominibus* (*Fortuna* SEN.; *ceterum v. et p. 1329, 25*): CIC. Verr. I 13 hominis avarissimi et -issimi. II 1, 82 non legatum populi Romani, sed tyrannum

[B.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-um crudelemque. 2, 192 hominem flagitiosissimum, -issimum nequissimumque. Sull. 71 semper audax, petulans, -us. p. red. in sen. 13 etiamsi agrestem et inhumanum existimares, tamen -um et perditum non putares. 14 quam -us, quam impurus, quam intemperans. Cael. 13 cum -is luxuriose vivere. 55 ex -a domo. Phil. 2, 115 -i, avari, facinerosi verae laudis gustum non habent. 3, 35 -is, petulantibus, impuris, impudicis. 8, 16 -um, impium, audacem, facinerosum. rep. 2, 68 -o et volutabundo in voluptatibus. Tusc. 4, 57 quis . . . potest, in quo libido cupiditasve sit, non -us et cupidus esse *eqs.*? Att. 1, 19, 8 odia . . . -ae et delicatae iuventutis. 6, 3, 1 levis, -us, tagax. *et saepius.* Q. Cic. pet. 8 ambo (*Catilina, Antonius*) a pueritia sicarii, ambo -i, ambo egentes. Nep. Alc. 1, 4 luxuriosus, dissolutus, -us, intemperans. reg. 2, 2 *Dionysius tyrannus Siciliae* minime -us, non luxuriosus. Sen. contr. 2, 7, 9. 9, 2, 16. Val. Max. 9, 2 ext. 3 *Mithridates male tractabat amicos* auctore Gauro spadone -us obsequio, scelestus imperio. Sen. dial. 4, 10, 7. 6, 10, 6 *Fortuna* varia et -a mancipiorumque suorum neglegens domina et poenis et muneribus errabit. 7, 19, 2 Qvint. decl. 293 p. 164, 22. Tert. apol. 47, 3 homines gloriae, ut diximus (*46, 7* qui gloriam captant) et eloquentiae solius -i (*cf. nat. 2, 2, 5* accedente libidine gloriae). resurr. 32 p. 71, 12 divinae potius sapientiae religiosus quam suae -us. Arnob. nat. 2, 48 (*seq.* inconstans, invalidus). *al.* β *de rebus ad homines pertinentibus* (*usus excusari videtur l. 31*): Cic. dom. 4 *tu hoc ad hos transferas,* quos ab inconstantia gravitas, a -a sententia certum . . . ius religionum . . . deterret? (Tusc. 3, 46 -as eius *Epicuri* fuisse sententias). Pis. 66 *hoc viro* nihil scitote esse luxuriosius, nihil -ius *eqs.* 87 liberationes. fin. 5, 62 adulescentiam (Cato 29). Ps. Cic. exil. 21 omnia perpeti, quae volet furor -us. Colvm. 10 praef. 2 cum . . . nostra aetas dapibus -a (-e *A*) pretia constituerit. Petron. 113, 3 expilatum . . . -a migratione navigium (*ad b?*). Qvint. inst. 5, 12, 20 libidinem iuvet . . . effeminati sexus mendacium . . ., quapropter eloquentiam, licet hanc (ut sentio enim, dicam) -am resupina voluptate auditoria probent, nullam esse. Apvl. Plat. 1, 18 furorem . . . -a vita solere evenire (2, 3). Tert. virg. vel. 13, 5 ut hominum gratia fiat, utique primo illicitum, ut gloriae -um; gloria enim illicitum est eis *eqs.* Arnob. nat. 4, 18 -am . . . fictionem *theologorum.* Avg. spir. et litt. 4, 6 non ad luminosae caritatis fructum, sed ad -ae cupiditatis adfectum. nupt. et concup. 1, 15, 17 -a crudelitas vel libido crudelis. 2, 14, 29 voluptatis (Chromat. in Matth. 4, 2 Pomer. 3, 19, 1). Val. Cem. hom. 6, 5 -ae vocis incitamenta. Salon. in eccles. p. 1003^{C} verba -a (*ad 5, 5* ne dederis os tuum *eqs.*). Max. Tavr. serm. 50 a, 4 M. (*ad psalm. 62, 3*) *ieiunantis corpus est terra* inaquosa -is illecebris. *n. pro subst.* Pallad. hist. mon. I 35 p. 321^{C} ad turpia ac -a transferri (*gr. p. 138, 1 B. περιῤῥαγῆναι ἀκολασίᾳ*).

b *speciatim in rebus veneriis* (Gloss. ἐρωτικός. fornicator. *quaedam exempla supra allata velut p. 1328, 84 huc referri posse non negaverimus*): α *de ipsis hominibus, animalibus, partibus corporis*: Cic. Verr. II 3, 77 ad arbitrium -issimae mulieris (Cael. 70 ad m. -ae [libidines et *var. l.*] delicias. Petron. 113, 7. Cod. Theod. 4, 12 [13], 6 si apud -am mulierem plus valuit cupiditas quam libertas). Cael. 38 si vidua *Clodia* libere . . . -a meretricio more viveret. Scaur. 8 matrem. Hor. epod. 10, 23 -us immolabitur caper (*de animali ut*: Firm. err. 9, 2 *et* 3 *de porcis.* Evstath. Basil. hex. 8, 3, 10 -a *est* columba domesticaque gallina [*gr. λάγνιοι*]). Priap. 52, 3 stator hic -us. 63, 14 impudentiae signum, -o tenta pyramis nervo (*de parte corp. ut*: Mart. 12, 95, 6 manibus [Ps. Qvint. decl. 3, 9]. Min. Fel. 28, 10 ore). Sen. contr. 1, 2, 10 -orum turba . . . concurrit ad meretricem novam. Val. Max. 6, 1, 11 -i centurionis supplicium (*qui iuvenem stupraverat*). Sen. dial. 2, 6, 7 perdiderunt . . . -i amores suos et . . . scorta. epist. 83, 20 -us ne cubiculum quidem exspectat. 88, 37 -ior Anacreon an ebriosior vixerit *quaerebat Didymus.* Petron. 94, 5. 129, 4 Circe Polyaeno salutem; si -a essem, quererer decepta. Plin. nat. 11, 229 hoc exemplo (*sc. leporum pilis large ornatorum*) -iores hominum quoque hirtos colligens. 11, 231 -is congeniti *pili* maturius defluunt. Mart. 4, 55, 6. Qvint. inst. 4, 2, 52 si personas convenientes eis, quae facta credi volemus, constituerimus, ut furti reum cupidum, adulterii -um. 6, 3, 64 (*exemplum sententiae praeter opinionem prolatae*) -ior es quam ullus spado. *al.* β *de variis rebus ad homines pertinentibus*: Cic. Tusc. 4, 71 horum omnium (*Alcaei, Anacreontis al.*) -os esse amores videmus (Salon. in prov. p. 985^{C} [*27, 5* amor absconditus] amorem . . . illicitum, id est -um). Val. Max. 4, 3 ext. 1 (*Pericles ad Sophoclem*) oculos a -o aspectu continentes esse debere. 8, 2, 2 trecenta milia nummum ab Otacilia . . ., cum qua commercium libidinis habuerat, expensa fieri sibi passus est . . ., -am liberalitatem debiti nomine colorando. 8, 11 ext. 4 *statuam Praxitelis* a -o cuiusdam complexu parum tutam. 9, 2 ext. 5 -ae amentiae taeterrimum exemplum. Petron. 26, 4 *Quartilla* lusum . . . puerilem -a speculabatur diligentia. Mart. 12, 43, 1 *versus.* Tac. ann. 6, 4, 4 -is vigiliis marcidus. Lampr. Heliog. 19, 3 *vasa* schematibus -issimis inquinata. Vopisc. quatt. tyr. 12, 8 rem . . . satis -am (*sc. se decem una nocte virgines inisse*). Arnob. nat. 4, 22 voluptatibus. 4, 26 furta *Iovis.* Potam. epist. ad Athan. (RevBén. 30, 1913 p. 280, 16) commercia. Prvd. perist. 10, 229 *Venus Adonin* -o plangit adfectu palam. Sidon. carm. 23. 158 carmina per -a notum *Ovidium.* Caes. Arel. serm. 41, 5 p. 175, 24 (*ad Matth. 5, 28*) dum aliquis mulierem animo -o considerat.

2 *i. q. libidinem, sc. in rebus veneriis, efficiens*: Priap. 47, 6 -is incitatus erucis (*cf. Plin. nat. 19, 154* concitatrix . . . veneris).

3 *pro gen. obi.* libidinis: Decl. in Catil. 71 L. Sulpicium . . . propter exiguam notam -ae suspicionis censores removendum e senatu . . . putaverunt.

adv. **libīdinōsē,** *compar.* -ius (Tert.). *i. q. modo libidinoso, incontinenter, arbitrarie sim.*: 1 *generatim* (*cf.* Synon. Cic. p. 430, 25 inique . . . vafre. -e. inaequaliter): Cic. div. in Caec. 38 quae ille -e, quae nefarie . . . fecerit (Verr. I 56 off. 1, 14. 3, 38). Verr. II 4, 84 *simulacrum sustulisti* quam audacter, quam -e, quam impudenter! rep. 2, 63 -e omni imperio . . . praefuerunt *decemviri.* Sall. Catil. 51, 30 bonos et malos -e interficere. Liv. 3, 36, 7 in humiliores -e crudeliterque consulebatur *a decemviris.* Tert. monog. 16, 8 *illi nimio puerperio indulgentes* parent antichristo *ea,* in quae -ius saeviat. Iren. 1, 23, 4 (1, 16, 3 H.) horum *Simonianorum* mystici sacerdotes -e . . . vivunt. Vopisc. quatt. tyr. 13, 1 cum etiam post honores militares [cum] se improbe, -e, tamen fortiter gereret (regeret *trad.*). Arnob. nat. 5, 4 (*prodigia capite quodam expiari posse*) -e hominis inhiatum est cruori. *v. etiam var. lect. p. 1329, 28.* 2 *speciatim in rebus veneriis*: Tert. idol. 2 p. 32, 1 adulterium etiam in concupiscentia designat (*Matth. 5, 28*), si oculum quis impegerit -e et animam commoverit impudice. Mar. Victorin. in Eph. 4, 19 p. 1278^{B} -e vivunt *gentes* et cum impudicitia exercentes . . . voluptatem. Avg. civ. 1, 19 p. 31, 15 D. huius *Lucretiae* corpore cum . . . Tarquinii regis filius -e potitus esset. doctr. christ. 3, 48 quidquid illorum temporum sancti *plurium uxorum mariti* non -e faciebant, quamvis ea facerent, quae hoc tempore nisi per libidinem fieri non possunt (*in eadem fere re* 3, 73 *opp.* officiose). serm. 51, 6, 9 quia -e diligeret *maritus uxorem.* Nicet. virg. laps. 41 -e corpora sua tractaverunt.

libidisco *v.* lividesco. *B.*

***libīdo,** -inis *f.* [*a* libet, *cf.* cupīdo *a* cupio. *Sch.*] *a* libendo *derivatur* Varro ling. 6, 47 frg. Non. p. 64, 15. *et saepe.* *de scriptura: in titulo* lib- (CIL V 5737, 13 = CE 701, 9 *a. 524. v. etiam l. 40*), *in codd. antiquissimis tam* lub- (*e. g. A* Plavti *ubique*) *quam* lib- (*e. g. A* Terentii *ubique praeter* Haut. 201, *V* Liv. 42, 23, 7); *cf.* Vel. gramm. VII 50, 3 libido an lubido? . . . concedamus talia nomina per u scribere ⟨iis⟩, qui antiquorum voluntates sequuntur, ne tamen sic enuntient, quo modo scribunt. Cassiod. gramm. VII 150, 15 (*ex Cornuto*) in antiquiorum multo libris, quam Gaius Caesar est, per u pleraque scripta invenio: . . . lubido (legundum *var. l.*) . . .; melius tamen est et ad enuntiandum et ad scribendum i litteram pro u ponere, in quod iam consuetudo inclinavit. liv- *in titulo* Edict. imp. Diocl. I 20, *in codd. saepe* (*cf.* Prob. app. gramm. IV 201, 4 *de discrimine* inter -em et lividinem). *de formis*: -ei *dat. sing.* Sall. (?) rep. 1, 5, 5. -is *acc. pl.* Cic. Verr. II 3, 60 (*sec.* Non. p. 244, 20). Catvll. 45, 24. *secundam syllabam productam testantur* Prisc. gramm. II 122, 13 Gramm. suppl. 68, 33. 111, 6 (*sed* -o *pro dactylo* Comm. instr. 2, 18 [22], 3). Not. Tir. 42, 87. 88^{a}. *legitur inde a* Plavto (*deest ap.* Enn., Caes. [*et in corpore Caesariano*], Verg., Lvcan., Val. Fl., Stat.), *plur. inde a* L. Crass. or. frg. (45 M.) Cic. de orat. 2, 226 Varro Men. 309 Rhet. Her. 3, 3, 5 Cic. inv. 1, 32. *i. q. impetus appetens id quod libet* (*hic illic significatur voluptas, quae -e explenda percipitur, nec non actio libidinosa, imprimis p. 1333, 67 sqq.; cf.* Prob. app. gramm. IV 201, 4 -em cupiditatem animi [Isid. diff. 1, 331]. Non. p. 453, 16 -em et adpetitum vel aemulationem etiam honestae rei possumus dicere, ut sit -o omne quod libuerit [*cf.* Gloss. V 308, 24 -o et bona est et mala]. *ponitur pro persona p. 1332, 38. 1333, 1; ceterum* Drac. Romul. 10, 570 *iuxta* Furor, Nefas, Impietas, Furiae, Luctus *sim.*): I *absolute*: A *respicitur impetus merus*: 1 *agit in animo*: Plavt. Mil. 1360 eheu, quom venit mi in mentem, ut mores mutandi sient . . .:: fac sis frugi. :: iam non possum, amisi omnem -em. Poen. 145 sine te verberem . . .:: si tibi -o est aut voluptati, sino. Ter. Haut. 201 fortasse aliquantum iniquior erat *pater* praeter eius *filii* -em. Phorm. 716 matura, dum -o eadem haec manet (Don : bene -em posuit pro voluntate hominis incerti ac levis). Hec. 245 scio . . . meum ius esse, ut te cogam quae ego imperem facere, ego tamen patrio animo victus faciam, ut tibi concedam, neque tuae -i adversabor (Don.: -o est quaelibet voluntas temere suscepta). 534 advorsum animi tui (*i. matris*) -em . . . cum illo nupta *filia* (*cf. 538 sq.* negabas nuptam posse filiam tuam te pati cum eo *eqs.*). Cic. inv. 2, 132 ex suo . . . consilio et ex ea ratione, quae in mentem aut in -em venerit, non ex communi praecepto civitatis. Quinct. 14 rationem reddere earum rerum, quas -e, non ratione gesserat. rep. 1, 63 noster populus in pace . . . imperat et ipsis magistratibus . . . in bello sic paret ut regi; valet enim salus plus quam -o (*antea*: in pace . . . licet . . . lascivire). Pvblil. L 9 -o, non iudicium est, quod levitas sapit. Lvcr. 4, 779 quaeritur . . . quare, quod cuique -o venerit, extemplo mens cogitet eius id ipsum. Varro ling. 10, 56 in demonstrando quoniam potius proficisci oportet . . . ab natura rerum quam ab -e hominum *eqs.* (*item in doctrina analogiae* [*syn.* voluntas *10, 51*]: 10, 60 homines imperiti . . . vocabula rebus imponunt, quocumque eos -o invitavit, natura incorrupta . . . est *eqs.* 10, 61 a natura -o humana corrigetur, non a -e natura). Sall. Iug. 86, 2 milites scribere non more maiorum neque ex classibus, sed uti cuiusque *militis* -o erat. Hor. sat. 1, 6, 111 quacumque -o est incedo solus *eqs.* 2, 6, 67 prout cuique -o est, siccat . . . calices conviva solutus legibus insanis *eqs.* Porph. Hor. epist. 1, 18, 69 ('percontatorem fugito') eadem . . . -e prodit et audita, ⟨qua⟩ (audit. et *codd.*), quae audire desiderat,

[Kuhlmann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

perscrutatur. Itin. Alex. 33 Besum ... Oxum flumen navibus superavisse, quas omnes incenderit, ne par sequentis sit -o. Arnob. nat. 3, 34 non indocti ... viri neque quod induxerit -o garrientes *eqs.* Prvd. ham. 776 liber utrique (*sc. Loth uxorique eius*) animus, sed dispar utrique voluntas; dividit huc illuc rapiens sua quemque -o. Avg. civ. 4, 5 p. 152, 12 D. usi voluptatibus quibus voluerunt, quod suggessit -o fecerunt.

-o *fortunae* (*cf. p. 1336, 82*): Sall. Catil. 51, 25 quis reprehendet quod in parricidas rei publicae decretum erit? tempus, dies, fortuna, cuius -o gentibus moderatur. **2** *agit in corpore* (*cf. p. 1336, 50. 60*): Cato agr. 156, 4 (*156, 2* alvum si voles deicere superiorem *eqs.*) bibat sucum deambuletque ...; ubi -o veniet, nausia apprehendet, decumbat purgetque sese. Scrib. Larg. 112 ('ad coeliacos et torminosos') hic *pastillus* etiam incitata -e ipsius morbi ... per clysterem immittitur (*seq.* qui graviter adflicti sunt). Mart. 14, 23, 2 si tibi morosa prurigine verminat auris, arma damus tantis apta -bus (*cf.* Ser. Samm. 86 pruritus ... *levant* cocleae ... minutae, quarum contactu perimetur acerba -o).

B *respicitur impetus c. aliis affectibus, imprimis c. perturbationibus animi (saepe ad corpus spectantibus) vel vitiis connexus (ipsa -o passim hominis vice inducitur quasi agens)*: **1** *definitiones et partitiones notabiliores*: Cic. inv. 1, 32 genus est omnium ... -um cupiditas, eius autem generis sine dubio pars est avaritia. fin. 3, 35 omnes ... eae *animi perturbationes* sunt genere quattuor, partibus plures, aegritudo, formido, -o, quamque Stoici ... *ἡδονήν* appellant, ego malo laetitiam appellare (*eadem partitione* Tusc. 3, 24 sq. 4, 11. 14. *cf. e. g. Zeno, Stoic. vet. frg. I 211 λύπην, φόβον, ἐπιθυμίαν, ἡδονήν*). Tusc. 3, 24 (*non eodem ordine verborum in omnibus codd.*) *perturbationes* duae sunt ex opinione boni, quarum ... altera, quae est inmoderata adpetitio opinati magni boni rationi non obtemperans, vel cupiditas recte vel -o dici potest (*sim.* 4, 11. 12. 14. *cf.* 4, 34 iidem *motus animi* inflammant adpetitione nimia, quam tum cupiditatem, tum -em dicimus). 4, 12 voluntas est, quae quid cum ratione desiderat; quae autem a ratione aversa incitata est vehementius, ea -o est vel cupiditas effrenata, quae in omnibus stultis invenitur. 4, 16 subiecta sunt ... -i ira, excandescentia, odium, inimicitia, discordia, indigentia, desiderium et cetera eius modi (*quae partes -is explicantur* 4, 21 ut ira sit -o poeniendi eius, qui videatur laesisse iniuria *eqs. sim.* Avg. civ. 14, 15 p. 37, 30 D. sqq. Isid. diff. 1, 331. *cf. l. 20*). 4, 44 *Peripatetici non* solum hanc -em *i. iram* laudant ..., sed ipsum illud genus vel -is vel cupiditatis ad summam utilitatem esse dicunt a natura datum: nihil enim quemquam, nisi quod lubeat, praeclare facere posse (*quae doctrina refutatur* 4, 55. 57. *cf.* Ps. Avg. hypomn. 4, 1, 1 *Pelagiani* aiunt -em in homine naturale esse bonum, nec in ea esse quod pudeat; respondemus: -o ... *est* per peccatum primorum hominum accidens malum atque pudendum). Avg. civ. 14, 15 p. 37, 22 D. voluptatem ... praecedit appetitus quidam, qui sentitur in carne quasi cupiditas eius, sicut fames et sitis et ea, quae in genitalibus usitatius -o nominatur, cum hoc sit generale vocabulum omnis cupiditatis (*item coartari dicitur notio* 14, 16 p. 38, 10 D. Isid. diff. 1, 331. *cf. l. 52*). c. Iulian. 6, 18, 53 dixerunt eam *i. -em* quidam philosophi partem animi esse vitiosam; ... sed ego ipsum vitium ... -em dico (*cf.* Op. imperf. in Matth. 15 p. 718 sapientes omne peccatum -em vocant, quia omne peccatum cum delectatione committimus. ideo et circumcidebatur -is membrum *eqs.*). Ps. Avg. hypomn. 4, 2, 2 quaerendum est ..., cur hoc malum ... -o dicatur: sine dubio a libendo, id est a libitu per derivationem -o est nuncupata; sed ais mihi: ergo omne quod libet -o est? respondeo: non omne quod libet -o est, sed omne quod male libet -o est; in bono enim libitu -o dici non potest, sed voluntas; ... in malo vero libitu non voluntas est, sed voluptas.

2 *exempla varia selecta*: **a** *in universum* (*maxime c. respectu voluptatum, oblectationum quarumlibet. cf.* Gloss. II 323, 35 *ἡδονή*. 323, 40 = III 143, 61 *ἡδυπάθεια*): Ter. Andr. 78 ita ut ingeniumst omnium hominum ab labore proclive ad -em, accepit condicionem, dein quaestum *meretricis* occipit (*14* primo ... pudice vitam, parce ac duriter agebat). Haut. 216 *patres filios* ex sua -e moderantur, nunc quae est, non quae olim fuit. L. Crass. or. frg. (45 M.) Cic. de orat. 2, 226 -es totum *patrimonium* dissipaverunt (*cf.* Cic. Pis. 48 cum partim [partem *var. l.*] eius praedae [praedam *var. l.*] profundae -es devorassent, partim ... luxuries. 67 *nihil* praeter -es sumptuosum. Rab. Post. 45 nihil profudisti, nihil ullam in -em contulisti? off. 1, 92 nec -i potius luxuriaeque quam liberalitati ... pareat *res familiaris*. Sall. Catil. 28, 4 -o atque luxuria ex magnis rapinis nihil reliqui fecerat. Hor. epist. 2, 1, 107 minori dicere, per quae crescere res posset, minui damnosa -o. *sim. al.*). Cic. inv. 2, 164 temperantia est rationis in -em atque in alios non rectos impetus animi ... dominatio. Verr. II 2, 55 *Epicrates* cum de Heraclio *fortunis spoliato* cogitaret et istius *Verris* -em nosset (*spectat ad avaritiam ut*: 2, 97 iste qui prae cupiditate neque offici sui ... rationem habuisset umquam, neque ... *patris* voluntatem anteponendam putavit -i suae. Sall. Iug. 15, 5 postquam videt regis largitionem ..., animum a consueta -e continuit [*antea*: avidus ... divitiarum]. *al. cf. supra l. 21*). Cluent. 36 fuit Avillius ... perdita nequitia ..., arte quadam praeditus ad -es adulescentulorum excitandas accommodata (*item respicitur iuvenum lascivia sim.*: dom. 126 adulescentiae [*cf.* iuventutis: Att. 1, 16, 1 Decl. in Catil. 29]. part. 34 adulescentiam procliviorem esse ad -em [*cf.* Cato 36 ut petulantia, ut -o magis est adulescentium quam senum]. off. 1, 122 *adulescentia* a -bus arcenda est

exercendaque in labore. phil. frg. V 74 iuvenilem. Sall. [?] rep. 1, 5, 5. is incessit mos, ut homines adulescentuli ... nihil -ei ... denegare pulcherrimum putent. *al.*). Sull. 25 ita vivere, ut ... ne cupiditati quidem ulli servias, contemnere omnes -es, non auri, non argenti, non ceterarum rerum indigere. p. red. in sen. 15 his *Graeculis* utitur quasi praefectis -um suarum; hi voluptates omnes vestigant ..., hi sunt conditores ... convivii sententiamque dicunt et iudicant, quantum cuique -i tribuendum esse videatur *eqs.* Cael. 12 erant apud illum *Catilinam* inlecebrae -um multae, erant etiam industriae quidam stimuli ac laboris; flagrabant vitia -is apud illum, vigebant etiam studia rei militaris (Liv. 34, 4, 3 in Graeciam Asiamque transcendimus omnibus -um illecebris repletas et regias etiam adtrectamus gazas). Pis. 70 ut omnes hominis -es, omnia stupra, omnia cenarum conviviorumque genera, adulteria denique eius ... versibus expresserit. rep. 6, 1 graves ... dominae cogitationum -es *eqs.* 6, 29 impulsu ... -um voluptatibus oboedientium. Pvblil. L 10 -o cunctos ... domat. Sall. Catil. 51, 2 haud facile animus verum providet, ubi illa *sc. odium, amicitia, ira, misericordia* officiunt, neque quisquam omnium -i simul et usui paruit; (3) ubi intenderis ingenium, valet, si -o possidet, ea dominatur, animus nihil valet; (4) magna mihi copia est memorandi ..., quae ... populi ira aut misericordia impulsi male consuluerint; sed ea malo dicere, quae maiores nostri contra -em animi sui recte ... fecere. Iug. 89, 8 cibus illis advorsus famem atque sitim, non -i neque luxuriae erat (*item spectat imprimis ad cibum e. g.*: Tac. hist. 2, 95, 2 prodigis epulis et sumptu ganeaque satiare inexplebiles Vitellii -es. Firm. math. 8, 20, 4 erunt ... edaces gulae ventrisque -bus servientes). Sen. epist. 90, 19 *luxuria* animum corpori addixit et illius deservire -i iussit ...; itaque hinc textorum, hinc fabrorum officinae sunt, hinc odores coquentium, hinc molles corporis motus docentium mollesque cantus et infractos. Tert. adv. Marc. 1, 27 p. 329, 2 quid non in omnem -em ebullis *eqs.*? ... quid non frequentas ... voluptates circi furentis et caveae saevientis et scaenae lascivientis? (*cf.* Cypr. ad Donat. 7 paratur gladiatorius ludus, ut -em crudelium luminum sanguis oblectet). *et passim.*

b *spectat potius ad amorem, sexus concitationem* (*cf.* Gloss.^{L} V Aa L 419 -o amor, desiderium. Gloss. V 536, 48 -o amoris voluntas. 536, 51 -o amandi voluntas. *v. etiam p. 1331, 46 sqq.*): *α servata vi originaria* (*sc. de impetu, affectu sim.*): Ⓘ *hominum* (*deorum*): Ⓐ *in neutram partem* (*deae specie induitur*: Drac. Romul. 6, 61 iusta -o ..., moderata Voluptas [*inter comites Amoris ut*: 10, 264 blanda]): Ter. Andr. 308 quanto satiust te id dare operam, qui istum amorem ex animo amoveas [tuo], quam id loqui, quo magis -o frustra incendatur tua. 557 dum ... eius *amantis* -o occlusast contumeliis. Haut. 573 multa fert -o, ea facere prohibet tua praesentia. Novivs Atell. 106 huic puellae praecoquis -o inest. Rhet. Her. 2, 2, 3 cupiditatem aut amoris aut eiusmodi -is ... explere (*cf.* Cic. Cael. 49 cum hac *Clodia* siqui adulescens forte fuerit, utrum hic tibi ... adulter an amator, expugnare pudicitiam an explere -em voluisse videatur?). Cic. Sest. 110 non -is causa, sed ut plebicola videretur, libertinam duxit uxorem. Scaur. 6 constat ... illam cum deformitate summa fuisse, tum etiam senectute; quare quae potest ... ulla -is aut amoris esse suspicio? Catvll. 64, 147 simul ac cupidae mentis satiata -o est. Lvcr. 4, 1046 inritata tument loca semine fitque voluntas eicere id, quo se contendit dira -o (*cf.* Hor. sat. 1, 2, 33 simul ac venas inflavit taetra -o, huc *i. ad fornicem* iuvenes aequum est descendere. Priap. 33, 3 Naidas antiqui ... habuere Priapi et quo tenta dei vena subiret erat; nunc ... adeo mea plena -o est *eqs.* 83, 42 rigente nervus excubet -e ... inguina arrigat tumor. Ov. am. 2, 15, 25 [*loq. anulus*] te nuda mea membra -e surgent). 5, 964 conciliabat ... vel mutua quamque cupido vel violenta viri vis atque impensa -o. Hor. carm. 1, 25, 13 cum tibi flagrans amor et -o, quae solet matres furiare equorum, saeviet circa iecur (*item comparatur c. animalium -e*: Ov. ars 1, 281 in pratis admugit femina tauro ...: parcior in nobis *hominibus* nec tam furiosa -o. Arnob. nat. 3, 10 inmundorum quadrupedum ritu in -um furias gestire *deos*. Hier. epist. 64, 21, 4 in morem brutorum animalium -i expositi sunt. hom. Orig. in Luc. 8 p. 49, 18 *personam induimus* hirci, quando ad -em proniores *sumus. al.*). Ov. fast. 1, 413 te ..., inextinctae Silene -is, urunt *Naides*. Sen. dial. 9, 9, 2 cibus famem domet ..., -o qua necesse est fluat. 11 (12), 13, 3 -em non voluptatis causa homini datam, sed propagandi generis (*cf.* Arnob. nat. 7, 35 substituendis per -em prolibus *hominum animaliumque*. Lact. inst. 6, 19, 6 -o ad subolem propagandam *nobis data est*. epit. 57 [62], 3 -o extra legitimum torum non evagetur, sed creandis liberis serviat. Hier. epist. 54, 9, 2 -o insita a deo ob liberorum creationem, si fines suos egressa fuerit, redundat in vitium. *al.*). Plin. nat. 20, 68 semine *lactucae* trito ex vino poto et -um imaginationes in somno compesci (*item de medicamentis sim. -em frenantibus vel excitantibus*: 22, 78 nisi -is causa expetenda *buprestis eqs.* 24, 58 folia *salicis* contrita et pota intemperantiam -is coercent. 26, 95 *orchis herba* ut ... ex aqua pota excitet -em. *al.*). Tert. ieiun. 1 p. 274, 15 spiritalem disciplinam ... gulae frenos imbuentem ... quemadmodum et -i per unicas nuptias. *al.* Ⓑ *in malam partem, pertinet ad impudicitiam, stuprum sim.* (*cf.* Tert. nat. 1, 16, 7 si qua gens concubitu ... ac sexus necessitate, ne dixerim -e et luxuria, caret. anim. 27, 4 concubitum -o, non condicio foedavit; excessus, non status est impudicus *eqs.* adv. Marc. 5, 15 p. 627, 23. *al.* Gloss. III 454, 43 = 489, 55 *ἀσέλγεια. mu-*

[Kuhlmann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

lieris specie induitur: Herm. vulg. sim. 9, 15 [= Pal. sim. 9, 15, 3. *gr.* *Ἀσέλγεια*]. Prvd. psych. 42 Sodomita -o [*opp.* virgo Pudicitia]. 87 lutulenta [*inde* Alc. Avit. carm. 6, 374 foeda]. 98 interfectae. *quaedam continent etiam respectum licentiae, e. g. l. 5 sqq.*): Rhet. Her. 4, 8, 12 matribus familiis et ingenuis sub hostilem -em subiectis (*cf.* Cic. Verr. I 14 in stupris ... nefarias -es commemorare pudore deterreor [*postea*: liberos coniugesque ... integras ab istius petulantia conservare]. II 1, 62 [*ironice*] -es eius ratione aliqua ... continebantur; quam multis istum ingenuis, quam multis matribus familias ... vim attulisse existimatis? 1, 68 ut pudicitiam liberorum servare ab eorum -e tutam non liceret. Mil. 76 a liberis ... et a coniugibus vestris numquam ille effrenatas suas -es cohibuisset. Liv. 3, 45, 8 in liberos ... nostros coniugesque regnum vestrae -i datum. *sim. al.*). 4, 16, 23 nulla facilius ad id maleficium causa quam turpis amor et intemperans -o commovere potuit. Cic. Verr. II 2, 134 in mulierum corruptelis et in omni eius modi luxuria atque nequitia ... Timonidem ... ad istius flagitiosas -es ... natum atque aptum. 5, 32 cicatrices ... ex mulierum morsu, vestigia -is atque nequitiae. 5, 82 *uxorem* vir amabat, verum tamen huius *Verris* -i adversari non poterat ...; quis enim umquam istius -i obstitit? Cluent. 12 *mulieris* importunae nefaria -o (Cael. 47. *cf.* Cluent. 12 *Sassia* ita flagrare coepit amentia, sic inflammata ferri -e *eqs.* Sall. Catil. 25, 3 -o [-e *var. l.*] sic accensa, ut saepius peteret viros quam peteretur *Sempronia*. Hor. epod. 5, 41 masculae -is ... Foliam. *sim. saepe*). prov. 24 qui *Clodius* turpissima -e incensus duas res sanctissimas, religionem et pudicitiam, uno scelere violasset. har. resp. 42 primam ... aetatulam suam ad scurrarum locupletium -es detulit *Clodius* (*item respiciuntur cinaedi*: Planc. 30 ductum esse ab eo in provinciam aliquem -is causa. Phil. 2, 45 puer emptus -is causa. 13, 17 eius pueritia pertulerat -es eorum *eqs.* Phaedr. 4, 15 [16], 14 -o pravo fruitur gaudio. Sen. frg. 34 in regiae -is voluptatem castrati sunt quidam. *sim. al.*). nat. deor. 1, 42 *poetae* -e furentes induxerunt deos feceruntque, ut eorum ... videremus ... effusas in omni intemperantia -es *eqs.* Hor. carm. 4, 12, 8 barbaras regum est ulta -es *Procne*. Liv. 1, 59, 8 de vi ac -e Sex. Tarquinii, de stupro infando Lucretiae. 3, 44, 1 aliud ... nefas ab -e ortum haud minus foedo eventu, quam quod per stuprum caedemque Lucretiae ... Tarquinios expulerat. Sen. epist. 99, 13 aspice illos, qui suam alienamque -em exercent mutuo impudici. Plin. nat. 14, 140 quae vasa adulteriis caelata, tamquam per se parum doceat -es temulentia! ita vina ex -e hauriuntur. Tert. anim. 34, 2 de loco -is publicae (cult. fem. 2, 12, l. 5 mart. 2, 7 spect. 17 p. 19, 2 uxor. 2, 6 l. 5. *al.*). Iren. 4, 31 (48 H.), 1 sine carnis -e *concubuisse* ([*gr. σαρκὸς ἡδονῆς*]. Ps. Hil. hymn. 1, 26 mentis castitas c. vincat -es. Rvfin. Orig. in cant. prol. p. 62, 18 Avg. civ. 1, 25 p. 40, 16 D. 14, 2 p. 6, 11. *al. cf.* 1, 25 p. 40, 11 -i subditum corpus. 13, 24 p. 599, 15 -o membrorum inoboedientium. *sim. al.*). *et saepius.*

Ⓑ *animalium* (Centauri Ov.; *v. etiam p. 1332, 59 sqq. 69*): Hor. epod. 16, 30 quando ... nova ... monstra iunxerit -e mirus amor, iuvet ut tigres subsidere cervis *eqs.* Ov. met. 12, 221 quam vino pectus *Euryti* tam virgine visa ardet et ebrietas geminata -e regnat. Pavl. Fest. p. 101 hirquitalli ... a -e ... hircorum dicti. Fest. p. 310 sues ... ardentissimae -is. Colvm. 6, 24, 4 *vacca* quamvis plena fetu non expletur -e. 6, 27, 3 armentum ... -is exstimulatur furiis. 6, 27, 10 detrita scilla naturalia eius *equae* linuntur, quae res accendit -em (Plin. nat. 8, 164 equarum -o exstinguitur iuba tonsa [*Aristot. hist. anim. p. 572 b 8 ἀποπαύονται τῆς ὁρμῆς*]. Porph. Hor. carm. 1, 25, 11). 6, 37, 1 admissarii furentis in -em (*cf.* 6, 37, 2 clementioris -is *admissarius*). 7, 6, 3 inmodicus -is ... matrem stupro supervenit *caper*. 8, 2, 3 *capi* castrati -is abolendae causa. 8, 2, 14 rixosae -is marem *pumilionem*; nam ... non patitur inire feminas, cum ipse pluribus sufficere non queat. 8, 11, 6 concitantibus -em cibis utriusque sexus *pavonum* accendenda venus est. Plin. nat. 8, 108 *hyaenae* timent -is aemulos (*cf. ibid. hyaenae feminae* gaudent ... copia -is). 8, 112 *cervi* mares relicti *a feminis* rabie -is saeviunt (*de eisdem* 8, 113). *al.*

Ⓒ *rerum*: Plin. nat. 13, 29 incerta ... -e etiam mitioribus se miscent *palmae silvestres*. 17, 134 neque ... animalium tantum est ad coitus aviditas, sed multo maior est terrae ac satorum omnium -o *eqs.*

β transfertur ad: Ⓐ *voluptates vel actiones libidinosas*: Catvll. 45, 24 uno in Septimio fidelis Acme facit delicias -esque (Sen. epist. 77, 6 cogita, quamdiu iam idem facias: cibus, somnus, -o; per hunc circulum curritur. Itala II Cor. 12, 21 [Cypr. epist. 15, 26] non egerunt paenitentiam de inmunditiis, quas fecerunt, et fornicationibus et -bus [*gr. ἀσελγείᾳ, Vulg.* impudicitia]). Ov. met. 9, 483 pro Venus ..., gaudia quanta tuli! quam me manifesta -o contigit! Colvm. 1 praef. 16 noctes ... -bus et ebrietatibus, dies ludo vel somno consumimus. Plin. nat. 22, 86 *limoniam* venerem stimulare in vino ...; florente ea ... mulieres -is avidissimas virosque in coitum pigerrimos (*Hesiod. op. 586 μαχλόταται ... γυναῖκες*). Svet. Tib. 11, 4 uxorem ob -es atque adulteria damnatam. Cal. 41, 1 misit circum fora ... nomenculatores ad invitandos ad -em iuvenes. Flor. epit. 4, 11, 2 pretium -um Romanum imperium petit *Cleopatra ab Antonio* (*cf.* Tert. cult. fem. 1, 2 l. 20 mercedes pro -e *feminis datae gemmae sim.* Lampr. Heliog. 32, 9 cum ... meretricibus sine effectu -is aureos donaret). Apvl. met. 7, 21, 2 illicitas atque incognitas temptas -es (*sc. Lucius asinus erga feminam humani generis*). 10, 4, 5 promissae -is flagitat vadimonium. Tert. cult. fem. 1, 2 l. 30 post -um vaporata momenta. Itala Rom. 13, 13 (Tert. ieiun. 17; *sim.* Iren. 4, 37, 4 [4, 60, 2 H.]) non in ebrietatibus nec in comissationibus nec in cubilibus et -bus *ambulemus* ([*gr. ἀσελγείαις, Vulg.* impudicitiis]. I Petr. 4, 3 [Aug. epist. 29, 10. *al.*] in -bus, desideriis, ebrietate, comissationibus *eqs.* [*gr. ut supra, Vulg.* luxuriis]). Porph. Hor. sat. 1, 8, 39 Pediatius ... mollis evaserat, ut omnem -em cum voluptate pateretur. Lampr. Heliog. 33, 1 -um genera ... invenit. Firm. err. 12, 4 promissae -is praemia (Clavd. Don. Aen. 1, 25 p. 15, 13 iudicium *Paridis* ... corruptum -is praemio. *cf.* 1, 75 p. 29, 23 Paris -is munere provocatus). Ivst. 41, 3, 1 uxores dulcedine variae -is singuli plures habent (Amm. 23, 6, 76 per -es v. caritas dispersa torpescit). Hier. epist. 22, 8, 5 liberorum magis desiderio quam -is. 55, 4, 2 vim patior corporis mei, ad -em ardor impellit, ipsa organa membrorum genitalium et compositio corporis femineos quaerit amplexus. adv. Iovin. 1, 36 p. 260^{C} uxoris, ut ita dixerim, ardentissimam gulam fortuita -o restinguat. *-o corpus infirmat*: Prop. 2, 16, 14 nostro, Venus, o succurre dolori, rumpat ut assiduis membra -bus *rivalis*. Sen. contr. 2, 7, 2 quemadmodum adsidua satietate cottidianae per diem noctemque -is exhaustis viribus perierit *adulter*. Cels. praef. 52 interest ... fatigatio morbum ... fecerit an cibi vinique abundantia, an intemperantia -is. 70 praecipiunt, ut ... vitetur frigus, aestus, satietas, labor, -o (1, 10, 1 ut supra conprensum est, vitare ... -em [*1, 9, 2* venus semper inimica est]. *cf.* Cael. Avr. chron. 4, 7, 105 erunt ... praecavenda ... quae passionem valeant refricare ut frigus, indigestio, -o). Sen. epist. 24, 16 voluptates in tormenta vertuntur, epulae cruditatem adferunt ..., -es pedum, manuum ... depravationes. 59, 17 cum fatigaverunt se vino ac -bus (Colvm. 7, 3, 4 fatigatus -e *aries*). Petron. 81, 6 mutuis -bus attriti. Plin. nat. 23, 48 nec a partu abortuve nec a -e aegrotantibus. Cael. Avr. chron. 5, 2, 29 -o venerea (*inter causas passionum ut* 5, 3, 53). *-es finguntur in artis operibus* (*cf. p. 1333, 39 et.* Plin. nat. 35, 18 Gaius ... -e accensus *Atalanten et Helenam nudas in tabula videns*): Plin. nat. 33, 4 in poculis -es caelare iuvit ac per obscenitates bibere. 35, 72 *Parrhasius* pinxit ... tabellis -es, eo genere petulantis ioci se reficiens. Ⓑ *semen virile* (*cf. p. 1332, 67; dubia*: Sen. contr. 1, 2, 23 *virgo prostituta* dum repellit -em *militis*, manibus excepit [*huc traxit Hagendahl, La prose métrique d'Arnobe 149*]. Schol. Hor. sat. 1, 2, 45 salaces dicuntur libidinosi, quia -o dicitur salsa esse): Tert. resurr. 61 p. 122, 18 forata sunt inferna in viro et in femina, nimirum qua -es fluitent, cur non magis qua ⌊potuum defruta⌋ colentur? (⌊ ⌋ *Gelenius*, potus de fructu *cod. Trecensis*, defluxura *cett.*; *cf.* Hier. c. Ioh. 26 p. 377^{C} [*ex Origene*] ut per inferiores partes vel stercora vel -es effluant). spect. 9 p. 11, 8 Ericthonius Minervae et Vulcani filius et quidem de caduca in terram -e (*in eadem fabula*: Schol. Verg. Bern. georg. 3, 113 [*e Gaudentio*] de Vulcano et Minerva reluctante et -em proiciente in terram puer ... procreatur [*aliter* Serv.: effectum -is proiecit in terram]). Arnob. nat. 5, 9 effusa -o (*5, 10* semina ... effusa).

Ⓑ *spectat potius ad iram, odium, invidiam sim.* (*cf. p. 1331, 33 sqq.*): Gracch. or. frg. (49 M.) Gell. 10, 3, 5 quanta -o quantaque intemperantia sit hominum adulescentium, unum exemplum vobis ostendam: ... ubi id *dictum iocosum cuiusdam bubulci* audivit, ... struppis ... usque adeo verberari iussit, dum animam efflavit. Rhet. Her. 2, 12, 17 aerarium ... conservavi, -i malorum restiti, maiestatem omnem interire non passus sum (*spectat ad factiones ut*: Cic. rep. 1, 65 populus ... si ... optimatium sanguinem gustavit ac totam rem publicam substravit -i suae *eqs.* Sall. Iug. 40, 3 plebes ... quanta ... vi rogationem iusserit, magis odio nobilitatis ... quam cura rei publicae: tanta -o in partibus erat. 40, 5 quaestio exercita aspere violenterque ex ... -e plebis. 41, 5 nobilitas dignitatem, populus libertatem in -em vortere.) Cic. Flacc. 26 nihil religione testatum ... contraque omnia corrupta -e, iracundia, studio ... reperientur. Cael. 2 nisi alicuius intolerabili -e et nimis acerbo odio niteretur *accusator*. Petron. 108, 8 rabies *certaminis* -e perditorum collecta (*cf.* 119 vers. 60 furor et bellum ferroque excita [excisa *codd.*] -o. Sil. 11, 310 sacra -o *Hannibalis interficiendi*. Flor. epit. 4, 2, 46 -em ac rabiem, qua pugnaverat, ipsa novitate volneris praeferebat). Tac. hist. 2, 31, 1 minus Vitellii ignavae voluptates quam Othonis flagrantissimae -es timebantur; addiderat huic terrorem atque odium caedes Galbae *eqs.* ann. 1, 72, 3 Augustus cognitionem de famosis libellis ... tractavit commotus Cassii Severi -e, qua viros feminasque inlustres procacibus scriptis diffamaverat (*item spectat ad maledicendum sim.*: 4, 35, 1 non attingo Graecos, quorum non modo libertas, etiam -o impunita; aut, si quis advertit, dictis dicta ultus est [*postea*: odio aut gratiae]. 5, 4, 3 exercentibus plerisque per occultum atque eo procacius -em ingeniorum. Physiogn. 11 p. 20, 4). Arnob. nat. 1, 26 cum -o incesserit saeva, exuitis nos bonis, ... torquetis, dilaceratis, exuritis *eqs.*? *-o gladii*: Sen. Tro. 285 hoc fecit dolor ... gladiusque ..., cuius infecti semel vecors -o est. *-o ipsius irae*: Sen. dial. 3, 9, 2 *ira* si ... repugnat et non ubi iussa est quiescit, sed -e ferociaque provehitur.

Ⓓ *spectat potius ad licentiam, superbiam sim.*: *α magistratuum aliorumve hominum publica potestate praeditorum*: L. Crass. or. frg. (41 M.) Cic. de orat. 3, 4 (*alloq. consulem*) qua *lingua* vel evolsa spiritu ipso -em tuam libertas mea refutabit. Cic. div. in Caec. 9 in hac -e hominum nocentissimorum (*cf. 7* populatae, vexatae, funditus ever-

[Kuhlmann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

sae provinciae *eqs.*). 57 ad quaestoris -em coercendam (*item attributo indicatur magistratus sim.*: Verr. II 3, 220 ab aratorum voluntate res ad praetoris -em translata est. Cluent. 61 quis tantam -em iudicum ferre potuisset? leg. agr. 2, 14 vis tribunicia . . . -i restitit consulari. dom. 106 -i tribuniciae [Liv. 6, 38, 6 vos t. -o, non potestas regit]. Rab. Post. 1 potestati regiae -ique [25. Tac. ann. 6, 42, 2 populi imperium iuxta libertatem, paucorum dominatio r. -i propior est]. 22 regis [Ivst. 2, 7, 3]. Ivst. 38, 2, 1 praefectorum). Verr. II 1, 120 quae -o istius in iure dicendo fuerit (2, 39). 2, 9 *Siculi* cum omnia sua commoda, iura . . . unius scelere ac -e perdidissent. 2, 40 negavit se ⌊iudices e⌋ (*om. pars codd.*) lege Rupilia sortiturum. quinque iudices, quos commodum ipsi fuit, dedit; . . . quod supplicium dignum -e eius invenias? (*cf.* Pis. 94 iudices iudicabunt ii, quos lex ipsa, non quos hominum -o delegerit). 3, 6 qui iure aequo omnes putat esse oportere, is tibi non infestissimus sit, cum cogitet varietatem -emque decretorum tuorum? 3, 16 te . . . possessiones hereditatum . . . a legibus ad -em tuam transtulisse (*item opp. lex, vel -o pro lege est*: 3, 82 tu, qui omnibus legibus implicatus tenebare, -em tibi tuam pro lege esse voluisti? 3, 117 ut lex esset -o tua. Pis. 94 *supra.* Att. 7, 9, 4 praeteriit tempus non legis, sed -is tuae *i. Caesaris.* Sall. Iug. 31, 7 non lex, verum -o. Sall. [?] rep. 2, 3, 4 -e ac licentia sua pro legibus utuntur. Liv. 3, 9, 5 non ipsos *consules* -em ac licentiam suam pro lege habituros. *al.*). 3, 95 tu sic ordinem senatorium despexisti, sic ad iniurias -esque tuas omnia coaequasti *eqs.* 3, 207 locus . . . iam nullus est . . ., quo non . . . nostrorum hominum -o iniquitasque pervaserit. Manil. 65 difficile est dictu . . . quanto in odio simus apud exteras nationes propter eorum, quos ad eas . . . cum imperio misimus, -es et iniurias. leg. agr. 2, 55 permittitur decemviris ut vendant . . .; o perturbatam rationem, o -em refrenandam *eqs.*! Rab. Post. 11 (*alloq. iudices*) potestis tollere e civitate quem vultis; tabella est, quae dat potestatem; occultat eadem -em. Att. 6, 1, 2 illo imperante exhaustam esse . . . iacturis provinciam . . .; quid dicam . . . de rapinis, de -bus, de contumeliis? fam. 9, 16, 3 quod *futurum* positum sit in alterius (*sc. Caesaris*) voluntate, ne dicam -e. Sall. (?) rep. 2, 11, 6 homines nobiles . . . quaecumque libuit, probare, reprehendere, decernere, ea, uti -o tulit, fecere (*7* superbiam). Liv. 34, 54, 7 quid . . . factum *est*, cur immisceri sibi in cavea patres plebem nollent? . . . novam, superbam -em *eqs.*! Ivv. 8, 135 si . . . rapit ambitio atque -o, si frangis virgas sociorum in sanguine *eqs.* Tac. hist. 5, 9, 3 Antonius Felix per omnem saevitiam ac -em ius regium . . . exercuit. Flor. epit. 4, 12, 31 Vari Quintili -em ac superbiam haud secus quam saevitiam odisse. Cod. Theod. 11, 16, 3 ne -i et commodo potiorum multitudo mediocrium subiecta gravibus . . . adficiatur iniuriis. *β variorum hominum*: Rhet. Her. 4, 13, 19 cum istos, ut absolvant te, rogas, ut peiurent, rogas, . . . ut leges populi Romani tuae -i largiantur, rogas (*cf.* Cic. S. Rosc. 54 quid est aliud . . . legibus . . . abuti ad quaestum atque -em nisi hoc modo accusare?). Cic. Caecin. 76 -is *vox* (*opp.* iuris *ut ibid. iterum et* 77). Flacc. 51 novi genus hominum . . ., novi -em (*postea*: totum . . . convertet atque alia finget *testis. cf.* Arnob. nat. 4, 19 adrogantis est dicere id, quod tibi placeat, esse verum, quod verum animum laedit, id -is et falsitatis arguere). Liv. 28, 24, 9 ab signis abibant *milites*; omnia -e ac licentia militum, nihil instituto ac disciplina militiae gerebatur. Sen. benef. 3, 22, 3 de iniuriis dominorum in servos qui audiat positus est, qui et saevitiam et -em et in praebendis ad victum necessariis avaritiam compescat (*de servorum -e*: Cod. Iust. 4, 27, 2, 1 neque . . . malignitati servorum indulgendum est, ut liceat eis domini iussione contempta sua -e facere stipulationem *eqs.*). Tert. nat. 1, 10, 15 contumeliosissimum admissum est in arbitrio et -e sententiae humanae ⟨loca⟩re honorem divinitatis *eqs.* (*cf.* 2, 8, 1 *populos deorum* -e sumptos, non pro n⟨ec⟩ess⟨itate⟩ veritatis. Avr. Vict. Caes. 33, 25 pari -e in caelestium numerum referuntur aegre exsequiis digni. Prvd. apoth. praef. 17 quid non -o mentis humanae struat *eqs.*? statum lacessunt . . . dei calumniosis litibus *eqs.* Avg. civ. 7, 22 p. 300, 11 D. nisi ut . . . sola -e animae prostitutae multiplicaretur invitatio daemoniorum. *ibid.* l. 17 exaestuans in multa numina -o vesana).

e *spectat potius ad luxuriam, aviditatem rerum pretiosarum*: Cic. Verr. II 4, 14 (*syn.* cupiditas) difficile est finem facere pretio *signorum*, nisi -i feceris (*cf.* Cvrt. 8, 9, 19 *gemmae margaritaeque* aestimantur . . . pretio, quod -o constituit. Plin. nat. 37, 85 singulorum *hominum* . . . -o pretia singulis facit *gemmis*). 4, 39 similis *Eriphylae* istius *Verris* cupiditas, hoc etiam acrior . . . quod illa cupiebat id quod viderat, huius -es non solum oculis, sed etiam auribus excitabantur. 4, 47 ut non unius -em, . . . sed omnium cupidissimorum insanias . . . expleret *artis opera corripiens.* leg. 3, 31 quis . . . ferret istos, cum videret eorum villas signis et tabulis refertas . . ., quis non frangeret eorum -es *eqs.*? Varro rust. 1, 13, 6 fructuosior est . . . fundus propter aedificia, si potius ad anticorum diligentiam quam ad horum luxuriam derigas aedificationem; illi enim faciebant ad fructuum rationem, hi faciunt ad -es indomitas. Sall. Catil. 20, 12 quom tabulas, signa, toreumata emunt . . ., tamen summa -e divitias suas vincere nequeunt. Nep. Ages. 7, 4 quam *domum* qui intrarat, nullum signum -is, nullum luxuriae videre poterat, contra ea plurima patientiae atque abstinentiae. Hor. epist. 1, 1, 85 cui si vitiosa -o fecerit auspicium, *dicit* 'cras ferramenta Teanum tolletis, fabri' (*81* esto aliis alios rebus studiisque teneri). Liv. 34, 6, 10 ut finiret *lex* -em muliebrem (*15* in luxuria et ornatu matronae occupatae erant. *cf.* Tert. cult. fem. 2, 10 l. 17 feminarum). *al.*

II *accedunt structurae indicantes*: **A** *quid libeat, vel quid (quis) -e appetatur*: **1** *inf.* (*sub I v. locos, ubi inf. supplendus esse videtur, ut e. g.* Plavt. Poen. 145 Lvcr. 4, 779): **a** -o (-is; in -e Tert., *ubi praeparatur inf. pronomine*) est: Plavt. Bacch. 416 est -o homini, suo animo obsequi. Epid. 97 qui -ost male loqui? (Poen. 1322 inclementer). 240 id -ost scire. Men. 83 maior -o est fugere et facere nequiter (*cf.* Trin. 865 magis -ost opservare). Persa 121 -o extemplo coepere est convivium. I88 perdere. 808 inridere. Pseud. 552 ludos . . . spectare. Trin. 626 orationem audire. Cic. Tusc. 4, 55 -em . . . laudare cuius est -is? (*item gen.*: Tert. virg. vel. 2, 5 eiusdem -is est videri et videre). Catvll. frg. 2 ligurrire. Ciris 13 modo sit tibi velle -o. Ov. am. 2, 7, 19 peccasse. Tert. anim. 49, 2 erit . . . hoc in daemonum -bus tam auferre somnia quam inferre. Arnob. nat. 1, 22 contendere. 1, 65 quaenam est haec feritas . . ., quae -o tam carnifex, inexpiabile bellum indicere *eqs.*? Avson. 417, 58 p. 278 P. vexare. Martyr. gramm. VII 174, 5 quae *verba* si -o fuerit adhibere (*N*, libitum f. adhiberi *P*).

b *varia*: Sall. Iug. 3, 4 nisi . . . quem . . . perniciosa -o tenet potentiae paucorum . . . libertatem suam gratificari. Sil. 7, 427 cur scire futura -o? Avr. Vict. Caes. 3, 15 cives . . . externos barbarosque in exercitum cogere -o incessit.

2 *gen.*: **a** *gerund.*: Plavt. Trin. 746 huic ducendi *uxorem* interea abscesserit -o. Cic. div. in Caec. 63 violandae necessitudinis. Verr. II 5, 145 crudelitatis exercendae. leg. 3, 34 suffragandi. parad. 6 augendi. Tusc. 3, 11 sic . . . definitur: iracundia ulciscendi -o (4, 44. 79 Avg. quaest. hept. 3, 70). 4, 21 ira sit -o poeniendi . . ., desiderium -o eius, qui nondum adsit, videndi. nat. deor. 2, 128 conmiscendorum corporum (*cf.* Liv. 1, 57, 10 mala -o Lucretiae . . . stuprandae [3, 44, 1 virginis . . . s.]. Schol. Hor. epod. 5, 41 coeundi [Avg. civ. 15, 23 p. 110, 14 D.]. Avg. civ. 15, 16 p. 93, 3 D. concumbendi. gen. ad litt. 3, 13 in -e sive fornicandi sive ipso coniugio inmoderatius abutendi [*opp.* in officio gignendi filios]). off. 1, 54 procreandi. 2, 84 peccandi (Avg. civ. 13, 5 p. 562, 21 D.). Sall. Catil. 2, 2 dominandi (Avg. civ. 1 pr. p. 4, 5 D. 1, 30 p. 47, 29. *al. cf.* Sall. Iug. 81, 1 imperitandi. Clavd. 20, 560 regnandi). 5, 6 rei publicae capiundae. Iug. 24, 2 extinguendi me. 84, 3 cum Mario eundi. Sall. (?) rep. 2, 13, 6 bona -o . . . gratificandi. Liv. 4, 44, 4 usurpandi. 5, 42, 1 delendi urbem. 28, 24, 1 alendi . . . rumores. Sen. dial. 12 (11), 4, 1 ab . . . amara quadam -e dolendi animus recipiendus est. epist. 24, 25 moriendi (Avg. epist. 124, 2). *al.*

b *subst.*: *α rerum*: Sisenna hist. 13 amoris nefarii (*cf.* Sall. Catil. 13, 3 stupri, ganeae ceterique cultus. Plin. nat. 8, 42 coitus. Tert. pudic. 13 p. 244, 6 fornicationis. Lact. opif. 14, 5 rerum veneriarum. Firm. math. 3, 6, 30 lecti. Avg. in psalm. 57, 17 l. 49 adulterii. Drac. laud. dei 2, 313 incesti). Rhet. Her. 3, 3, 5 nimias -es honoris, pecuniae, similium rerum (*cf.* Tert. nat. 2, 2, 5 gloriae [Greg. M. moral. 15, 11]. Avg. conf. 2, 3, 7 libebat facere *res turpes* non solum -e facti verum etiam laudis). Cic. Verr. II 3, 23 ad omnium flagitiorum nefarias -es. Cael. 44 conviviorum ac lustrorum (*cf.* Tac. hist. 2, 62, 1 epularum. Gell. 15, 2, 2 vini. Tert. carn. 4 l. 8 fastidii et gulae. Avr. Vict. Caes. 42, 23 cibi). Tusc. 3, 4 qui pecuniae cupiditate, qui voluptatum -e feruntur (Cato 40 Avg. c. Iulian. 4, 14, 66). Carm. de bell. Aeg. 46 mortis. Mela 2, 83 mendacii ([mendaciis *A*]. Tert. nat. 1, 7, 2. *cf.* Arnob. nat. 1, 4 calumniarum. Amm. 15, 5, 13 falsitatis). Petron. 53, 1 saltationis. Plin. nat. 7, 5 rerum omnium (*cf.* Avg. civ. 14, 16 p. 38, 9 D. multarum . . . rerum. l. 10 cuius rei). 30, 14 citharae tragicique cantus. 35, 106 impetus animi et quaedam artis -o. Sil. 5, 640 -o . . . rabiesque fugae. 11, 597 armorum. Tac. hist. 1, 30, 1 haec (*i. stupra, commissationes, feminae*) . . ., quorum -o ac voluptas penes ipsum sit. Gell. 19, 4, 3 *ut eum* -o urinae lacessat. *al.* *β hominum* (*cf. l. 59*): Cod. Iust. 5, 5, 3, 1 ne decuriones in gremia potentissimarum domorum -e ⌊servarum⌋ (*deest* Theod. 12, 1, 6) ducente confugiant.

B *qua in re -o posita sit*: Sall. Catil. 7, 4 magis . . . in decoris armis . . . quam in scortis atque conviviis -em habebant (Dict. 5, 15 quis *regibus* magis -o desideriumque in femina quam summa militiae potiora forent. *aliter p. 1335, 9*).

C *quo -o tendat*: Sil. 14, 531 vultus in ira semper et ad caedes Cyclopia corde -o (Spart. Pesc. 1, 4 -is effrenatae ad omne genus cupiditatum). Svet. Claud. 33, 2 -is in feminas profusissimae, marum omnino expers *Claudius* (Galba 22 -is in mares pronior *Galba* [*vix ad* pronior *ut* Don. vita Verg. l. 28 Br. -is in pueros pronioris *Vergilius*]. gramm. 23, 5 flagrabat -bus in mulieres *Palaemon.* Avr. Vict. Caes. 2, 1 quaesitissimis in omnem fere aetatem sexumque -bus *Tiberius*). Rvfin. hist. 9, 5, 2 cognita imperatoris . . . erga Christianos -e.

III *iuncturae quasi adverbiales c. praepos. factae, notione q. e. fere 'ut libet' (is cui libet saepe pronomine vel gen. indicatur)*: Cic. S. Rosc. 141 ut ad -em suam liberti . . . nobilium bona . . . vexare possent (Verr. I 30 ad nostrum arbitrium -emque. Font. 36 ad illorum -em. fin. 1, 19. Liv. 9, 30, 2 ad gratiam ac -em. 25, 21, 5 Plin. nat. 7, 145. *al.*). Verr. II 2, 41 iudicibus nulla lege . . ., ex -e istius datis (Catvll. 17, 5 bonus ex tua pons -e fiat. Sall. Catil. 8, 1 res cunctas ex -e magis quam ex vero celebrat [*sc. fortuna ut* Sall. (?) rep. 2, 1, 2]. Iug. 42, 4. 54, 5 or. Phil. 17 Sall. [?] rep. 2, 11, 1 Sen. dial. 3, 17, 7 Mela 3, 27. *al.*). Sall. (?) rep. 1, 1, 1 quasi per -em data *bona varia* (Liv. 25,

[Kuhlmann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

21, 5 instruitur ... acies ad -em militum forte procurrentium ..., deinde per -em aut metum deserentium locum. 39, 47, 2 de iure ... dicto per -em). TERT. adv. Marc. 2, 22 p. 366, 4 secundum -em suam, non secundum religionem dei celebrando *sabbata*. spect. 21 p. 22, 1 malum et bonum pro arbitrio et -e interpretantur (CAPITOL. Gord. 24, 3 aut interemptos aut liberatos pro -e atque mercede. FIRM. err. 8, 3 me pro -e vestra dividitis, pro arbitrii vestri cupiditate laceratis. COD. Theod. 7, 4, 35. 7, 7, 2 pr. NOVELL. Theod. 5, 2 pr. OROS. hist. 2, 8, 5).

homoeoprophora: licentia: CIC. Verr. II 3, 77. 210 LABER. mim. 42 SALL. (?) rep. 2, 3, 4 LIV. 3, 9, 5. 28, 24, 9 SEN. contr. 1, 2, 11 TAC. hist. 1, 12, 2. CENS. 4, 12 licentiae ... -o (*cf.* AVG. in Gal. 51 -is ... licentiam). luxuria, luxuries: CIC. Verr. II 5, 80 Cael. 25. 57 off. 1, 92 SALL. Catil. 28, 4 Iug. 89, 8 VELL. 2, 100, 3 VAL. MAX. 9, 1, 7 QVINT. inst. 12, 1, 8. 12, 10, 47 SVET. Nero 26, 1 Vesp. 11. *al. cf.* luxus: LIV. praef. 12 SEN. nat. 1, 17, 5 FLOR. epit. 4, 11, 1 ARNOB. in psalm. 62 p. 411[A] -is luxum. levitas: CIC. Sest. 20. laetitia: CIC. Tusc. 4, 24. 60. languor: CIC. fam. 16, 27, 1. libertas: TAC. ann. 4, 35, 1.

deriv.: libidinarius, libidinitas, libidinor, libidinosus. *Kuhlmann.*

libiēns *v.* libens. **libitīna** *v. Onom.*

libitīnārius, (-a, -um). *a* Libitina. [*suppletur* LEX locat. Put. (Rend. Ac. Arch. Nap. 41, 1966, 210 sqq.) tit. ⟨de munere publi⟩co libitina⟨rio⟩ (*s. I a. Chr. ex.*).] *m. pro subst. i. qui res ad funus necessarias instruit* (GLOSS.[L] II Philox. LI 22 -us: *ἐνταφιαστής. ad rem cf. Wickert, RE XIII 114. Kaufmann, Die altröm. Miete, 1964, 75 sqq.*): SEN. benef. 6, 38, 4 *eos*, qui captandorum testamentorum artem professi sunt, non putas eadem habere quae dissignatores et -os vota? PETRON. 38, 14 (*11* ille, qui libertini loco iacet, quam bene se habuit) quam honestam negotiationem exercuit, quod illum sic vides! -us fuit; solebat sic cenare quomodo rex *eqs.* (*idem* 78, 6 servus -i [libertinarii *trad.*] illius, qui inter hos [collibertos, suos, omnes *coni. viri docti*] honestissimus erat). VLP. dig. 14, 3, 5, 8 idem *Labeo* ait, si -us (quos graece *νεκροθάπτας* vocant *inseruit F²*. *cf.* GLOSS. *infra*) servum pollinctorem habuerit isque mortuum spoliaverit, dandam in eum quasi institoriam actionem *eqs.* GLOSS. II 300, 19 *ἐνταφιοπώλης* -us. 375, 32 *νεκροθάπτης* vispillio, -us. *pro adi. l. 22.*

libitum *v.* libet.

***libitus,** *sg. acc.* -um, *abl.* -u, *pl. gen.* -uum, *acc.* -ūs *m.* *a* libet (libitum). *scriptura* lub- *in codd. non exstare vid., cf.* GLOSS. V 506, 44 lubitus: libitus *et s. v.* libet *p. 1323, 42. sg. abl.* -u *variat in codd. hic illic c.* -o, *ita ut ea quoque exempla, quibus* -o *sine varia lectione tradi vid., hic congesserimus.*

i. q. libido, arbitrium cum voluptate mixtum: **1** *locutiones adverbiales praepositionales* (*respicitur voluntas ipsius agentis passim, aliena l. 56. 59*): **a** pro -u: CLEDON. gramm. V 25, 9 nostro. EPIST. pontif. Thiel Gelas. 14, 3 suo (COD. Iust. 6, 23, 22 *a. 480.* 12, 49 [50], 10 pr. *a. 485/6.* CASSIOD. var. 5, 14, 3 [-o *ante correcturam ipsius scribae*]. in psalm. 108, 11 l. 172 [-o *trad.*]. AVRELIAN. reg. mon. 23 GREG. M. epist. 9, 203 p. 191, 20. *al. cf.* FVLG. RVSP. c. Fab. frg. 1 tuo). 27, 8 (665 Schwartz p. 29, 3) pro humano -u et saecularis potestatis arbitrio. CONC. Aurel. a. 549 p. 102, 22 quorumcumque. PRIMAS. in apoc. p. 841[B] quae *regna* ... nullum pro -u sui iuris sinerent respirare. p. 858[D] (*ad 8, 12* tertia pars) ne pro -o hoc fieri posse et sine modo ... putaretur, mensurae ... terminum praefigit. **b** ad -us, -um: PRAEDEST. 1, 22 p. 594[B] haeretici ... libros *Origenis* ad suos -us ... mutarunt. 3, 3 p. 638[B] voluit praedestinationem suam servire voluntati diabolicae, ut ad -us daemonum homines ... addiceret inimico (*antea*: ad diaboli desiderium). CASSIOD. var. 3, 17, 4 gentilitas ... vivit ad -um (libidinem *cod. unus*). PELAG. defens. 2 p. 3, 3 haec omittentes, quae tam nimis dura sunt, ut ad -um haereticorum ... a catholicis nunc sacerdotibus ... proferantur. PASS. Caesar. (BHL 1511) 27 ad -us tuos. **c** ex -u: MART. BRAC. ira 3 ira ex proprio -u iudicat (*Sen. dial. 3, 17, 7* ex libidine).

2 *varia exempla*: Ps. AVG. hypomn. 4, 2, 2 *vox q. e.* libido *derivatur* a libendo, id est a -u. *ibid.*: in bono ... -u libido dici non potest, sed voluntas. 4, 4, 4 quae *libido* me ... diversorum -uum malorum ... aculeis impugnat. PETR. CHRYS. serm. 161 p. 624[B] (*antea*: quidquid dominus ... fecerit, iudicium ... est) ad -um domini vocem non habet condicio servitutis. ALC. AVIT. carm. 3, 142 (*loq. deus ad Evam*) -us adsuesce viriles. CASSIOD. Ios. antiq. 17, 242 dummodo inimicitiae suae, quam contra Archelaum gerebat, -um faceret (*gr. ἐπὶ θεραπείᾳ ἔχθρας*).

liblucē *v.* librace. *B.*

***lībo,** -āvī, -ātum, -āre. [*vox potissimum denominativa sicut gr. λοιβᾶται· σπένδει, θύει* (*Hesych.*) *sollemniter a λοιβή* (*ad λείβειν*) *derivatum, cuius soni apud Latinos vestigia non exstant; antiquis* līb̆are *cum* līb̆um *consonabat, incertum an fortuito; vox coniugationis primae si deverbativa esset, potius desideraretur* -ĭ-, *cf.* dīcere: indĭcāre, dūcere: ēdŭcāre *etc. Sch.*] *de orig.*: MARTYR. gramm. VII 197, 3 '-o' a graeco translatum esse confidimus. ISID. orig. 6, 19, 32 -are ... proprie fundere est sumptumque nomen ex Libero quodam, qui in Graecia usum repperit vitis (*cf. Ov. fast. 3, 733 sq.*). liv- ACT. Arv. a. 219, 16. *perfecti formas breviores tantum invenimus* -asti, -assent *sim., ceterum* -asse (CIC. de orat. 1, 218. *al.*) *iuxta* -avisse (SIL. 6, 421), -arunt (NEMES. ecl. 2, 30) *iuxta* -averunt (VVLG. *ter*), -arit (LACT. inst. 5, 13, 8) *iuxta* -averit *sim.* (OV. ars 1, 577. *al.*). NOT. Tir. 109, 26 -at. 109, 30 -tum. *de notione*: ISID. diff. 1, 349 inter -at et immolat; ... '-are' ... quando pateras mero plenas aris fundebant, nam '-are' proprie fundere est (*cf. supra*). GLOSS. *σπένδω.* sacrifico, offero. -at: *ἀπάρχεται.* fundit. -are: degustare vel demere. minuere. tangere. GLOSS.[L] IV Plac. L 7 -are est leviter aliquid contingere, ut si quis invitatus ad convivium vel potum perexiguum quiddam de esca vel potione sumat. V Aa L 365 -vit ...: osculavit (*cf.* 466 litavit *i.* -vit: basiavit *eqs.*). *al. legitur inde a* LIV. ANDR., CATONE, TRAG. inc., RHET. Her., CIC. [*confunditur in codd. c.* libero RHET. Her. 4, 3, 5 CIC. de orat. 1, 159. *al.* (*restituitur* PEREGR. Aeth. 28, 4), libro RHET. Her. *l. c.* MANIL. 2, 56. *al.* (*restit.* -are LVCR. 5, 568; *e coni. vix probab.* CARM. de Iona 24), lito HIER. psalt. sec. Hebr. 16, 4. *al.* (lit- *metro invito* CLAVD. 5, 406 ARATOR act. 2, 350, *at recte* GREG. TVR. dorm. 1; *de* APVL. met. 3, 18, 1 *v. p. 1339, 34*); *restit. pro* limo LVCR. 3, 11 BOETH. herm. sec. 6, 13 p. 459, 14.]

CAPVT PRIVS: *usu originario de genere quodam sacrificii, oblationis*: **I** *indicatur munus vel id, unde munus detrahitur*: **A** *per acc. fere i. q. offerendo demere sive minuere* (*accedit passim dat. eius, qui libatione honoretur, succedentibus rebus l. 32 nec non 73; pro subi. est res l. 30. 83. p. 1339, 11*): **1** *strictius* (*proprie*): **a** *usu communi*: *α potiones, res liquidas* (*gr. resp. σπένδειν, ubi nihil adnotavimus*): Ⓘ *in univ.*: LIV. ANDR. carm. frg. 36 (*contextu parum dilucido; an ad caput alterum?*) carnis (*i. caro*) vinum que, quod -bant, anclabatur (VARRO ling. 6, 21 *Meditrinalium die* v. ⟨novum⟩ et vetus -ari et degustari medicamenti causa. OV. met. 8, 275. PAVL. FEST. p. 65 Iovi [p. 374]. p. 337 quo *vase* v. ... -batur. SEN. Ag. 380. Thy. 984 paternis v. -entur deis, tunc hauriantur. CVRT. 7, 8, 18 patera [8, 10, 34. COD. Iust. 1, 11, 7 pr. *a. 451*]. PANEG. 11, 10, 5 tura poni, v. -ari. *al.*). CATVLL. 66, 82 quam iocunda mihi (*i. comae Berenices*) munera -et onyx (*i. unguenta. cf.* SEN. Oed. 324 -ta Bacchi dona). VERG. georg. 2, 192 qualem *laticem* pateris -amus et auro (OV. met. 8, 275. SIL. 6, 138 cui *hastae* me -are Lyaei ... l.). Aen. 4, 207 cui *Iovi* ... Lenaeum -at honorem. OV. met. 3, 27 petere e vivis -andas fontibus undas. PAVL. FEST. p. 11 quae *aqua* inferis -batur (VVLG. II reg. 23, 16 noluit bibere, sed -vit illam *a.* domino [*similiter* I par. 11, 18. *cf. Ambr. apol. Dav. I 7, 34* profudit]). SEN. Herc. f. 921 cruorem (*var. l.* -e) capitis invisi deis -are. Oed. 565 -at ... lactis liquorem (TAC. ann. 15, 64, 4 *Seneca* respergens proximos servorum addita voce -are se l. illum Iovi liberatori). APVL. met. 11, 20, 4 de penetrali fonte⟨m⟩ petitum. TERT. apol. 25, 5 sanguinem ... lacertos ... castrando -bat (HEGES. 1, 8 p. 12, 12 -tus peremto *Antigono* ... parricidae *Aristobuli* s. [*gr. 1, 82 ἐπικατασπείσαντος, Ps. Rufin.* effudit]. p. 12, 21 quid per partes eis *consanguineis caesis* -o meum s.? [*cf.* Ps. RVFIN.; *gr. 1, 84 ἐπισπείσω*]. CLAVD. 3, 125). ITALA Ezech. 20, 28 (Weing.) -verunt libamina sua ([VVLG. libationes]. VVLG. IV reg. 16, 13 -vit l. et fudit sanguinem. Ier. 19, 13 diis alienis [32, 29]. *al.*). CLAVD. 28, 520 salutato -tis Thybride lymphis. *ponuntur vasa pro eo, quod iis continetur*: VERG. Aen. 7, 133 nunc pateras -ate Iovi ([CLAVD. DON.: vinum fundamus pateris]. CLAVD. 1, 247 p. -are deis). VAL. FL. 1, 193 ter aequoreo -ans carchesia patri (SIL. 11, 300 ante omnis ductor honori nominis augusto -at c. ritu; cetera ... liquorem irrorat mensis turba. STAT. Ach. 1, 680. *cf. p. 1339, 51*). 5, 615 occiduo -at cratera parenti (*postea*: pocula fundit). STAT. silv. 3, 3, 199 assiduas -bo dapes et pocula sacris manibus.

Ⓘ *indicatur 'quo'*: VERG. Aen. 1, 736 in mensam laticum -vit honorem primaque -to summo tenus attigit ore (SEN. Thy. 700 -ta in ignes vina. SIL. 7, 750 in mensam Fabio sacrum -vit honorem). SEN. Oed. 563 sanguinem -at focis (*c. dat. ut*: VAL. FL. 1, 666 hac *patera* pelago -at latices. SIL. 2, 427 infernis ... aris ... cruorem. 12, 328 aris -ate cruores). ITALA gen. 35, 14 (Aug. quaest. hept. 1, 116, *cf.* VVLG.) -vit super eum *titulum* libamen ([AVG. *ad l.*: super lapidem -vit Iacob, non lapidi; non ergo sicut idolatrae solent ... tamquam diis -are lapidibus]. exod. 30, 9 [Lugd.] libationem non -bitis s. illud *altare* [VVLG. nec liba -bitis]). CASSIOD. Ios. antiq. 3, 234 vinum circa aram -ant (*gr. περὶ τὸν βωμόν*). Ⓘ *indicatur 'unde'*: PROP. 4, 4, 15 hinc Tarpeia deae fontem -vit (*i. ad libationem hausit*).

β cibos, varia: Ⓘ *in univ.*: CATO agr. 134, 4 ob struem obmovendam et fertum -andum. VARRO ling. 5, 106 libum, quod ut -retur, priusquam essetur, erat coctum (ACT. lud. saec. Aug. [CIL VI 32323] 143 libis -andis). 5, 120 quod his *patellis* -rent cenam. CIC. leg. 2, 19 certasque fruges certasque bacas sacerdotes publice -anto (ACT. Arv. a. 213, 14 f. -antes. a. 219, 16 f. -tae sunt. CENS. 1, 10 cum perceperant f., antequam vescerentur, deis -are instituerunt). VERG. Aen. 3, 303 dapes et tristia dona ... -bat cineri Andromache (OV. fast. 2, 633 dis generis date tura ... et -ate d. LIV. 39, 43, 4. VAL. FL. 3, 457 summas ... intulit aris -vitque d. SIL. 7, 392 STAT. silv. 3, 3, 199). TIB. 1, 10, 21 seu quis -verat uvam (*var. l.* uva) seu dederat ... spicea serta. OV. met. 8, 275 primitias frugum Cereri, sua vina Lyaeo, Palladios ... latices -asse Minervae (PLIN. nat. 18, 8 ne degustabant quidem novas fruges aut vina, antequam sacerdotes p. -assent. APVL. met. 11, 5, 5 pelago rudem dedicantes carinam p. commeatus -ant mei sacerdotes). fast. 1, 389 exta canum ... Triviae. 1, 647 triumphatae -asti munera gentis. STAT. Theb. 2, 255 virgineas -are comas *Minervae*. 6, 199 viridis nati -are ... ad tua templa genas (MART. 3, 6, 4 *dies* -at florentes ... g.). silv. 4, 6, 76 *Herculi* -vit honores (*cf. 80* cum epulas et cum Lenaea

[Meijer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

dicaret dona). MART. 9, 90, 17 cum ture meroque victimaque -etur tibi ... ad aras secta plurima quadra de placenta. *al.* Ⓘⓘ *indicatur* '*quo*' (*cf.* ad *l. 2. p. 1338, 83*): VERG. Aen. 3, 177 munera -o intemerata focis (GRATT. 441 -ant tura f.). OV. fast. 1, 588 flammis viscera -at ovis (2, 653 -antur singula f.). APVL. met. 11, 16, 9 insuper fluctus -ant intritum lacte confectum. Ⓘⓘⓘ *indicatur* '*unde*': OV. fast. 3, 562 favillae vertice -tas accipiunt ... comas. Pont. 4, 8, 39 quae de parva pauper dis -at acerra, tura.

b *forma plus minusve pleonastica* '*aliquid* -tum fundo' *sim.* (*praevalere videtur notio demendi; cf.* '-ans fundo' *l. 49. 51*): TIB. 1, 1, 14 -tum *pomum* ... ponitur ... deo. PROP. 3, 17, 38 crater ... -tum fundens in tua sacra merum. OV. fast. 5, 627 falcifero -ta seni duo corpora gentis mittite. STAT. Theb. 11, 236 -ta ... tura ferebat. ACT. Arv. a. 87 II 47 fruges -tas ad aram rettulerunt (*similiter* a. 90, 62. a. 91 II 20. *al. cf. p. 1338, 70*).

2 *laxius et in imagine* (*mera vi offerendi*): PROP. 4, 6, 8 carmen ... recentibus aris tibia Mygdoniis -et eburna cadis (*in lusu c. colore fundendi. cf.* PRIAP. 47, 2 -are ... mihi versus [*41, 2* versus mihi dedicet]. VICTRIC. 8 sacrosanctis reliquiis psalmorum verba -emus. ENNOD. dict. 12, 1 p. 461, 18 -emus litterarum numini quod de ipsarum fluxit altaribus. *cf. p. 1342, 1 sqq.*). OV. Pont. 1, 9, 41 lacrimas Celso -amus adempto. STAT. Theb. 11, 286 primitiis ararum (*var. l.* armorum) et rite nefasto -tus *Menoeceus*. TERT. idol. 6 p. 36, 6 illis *idolis* ingenium tuum immolas, illis sudorem tuum -as. patient. 13 p. 20, 11 *patientia* sordes cum angustia victus domino -at. ITALA Phil. 2, 17 (Tert. scorp. 13 p. 176, 13) -or super sacrificium (*gr. σπένδομαι ἐπὶ τῇ θυσίᾳ, Vulg.* immolor. *cf.* II Tim. 4, 6 [Tert. *l. c.* p. 176, 18. *al.*] ego ... -or [*gr. σπένδομαι, var. l. Cypr. testim. 3, 16* immolor, *Vulg.* delibor]. *huc spectare videtur* GLOSS.^{L} II Abav. LI 7 -or: immolor).

B *per abl.*: **1** *sine obi.* (*fere i. q. libationem facere; cf. varias lectiones* TIB. 1, 10, 21 SEN. Herc. f. 921): GANN. carm. frg. 1 hic adoris dat primitias, ibi sanguine -at (MIN. FEL. 22, 9 qui s. suo -at et vulneribus suis supplicat). PLIN. nat. 14, 88 Romulum lacte, non vino -asse ([*seq.* -ari vina]. APVL. met. 3, 18, 1 ⌊-at⌋ vario latice, nunc rore fontano, nunc l. vaccino, nunc melle montano, -at et mulsa [⌊ ⌋ litat *trad.; Apuleium potius repetisse verba quam variasse vidit Robertson ideoque legit utroque loco* litat; *sed actioni describendae aptius videtur verbum -andi, quo insuper etiam clausula melior efficiatur*]. 11, 10, 6 de quo *vasculo* l. -bat). APVL. met. 4, 22, 1 poculis aureis memoriae ... commilitonum vino mero -ant (VOPISC. Tac. 17, 2 quo *v.* -turus ... fuerat. SERV. auct. georg. 4, 379 nymphis -ari v. pontifices negant. *adde l. 33*). **2** *pro obi. accedit locus respersus*: VERG. Aen. 12, 174 tempora ferro summa notant pecudum paterisque altaria -ant. APVL. met. 8, 12, 4 ego sepulchrum (*cod. in rasura, fortasse pro* sepulchro, *quod defendit Helm coll.* 4, 22, 1 *v. l. 39*) ... tuo luminum cruore -bo.

C de (*partitive*): VVLG. Sirach 50, 16 -vit de sanguine uvae (*gr. 50, 15 ἔσπεισεν ἐξ αἵματος*).

II *in univ.* (*fere i. q. libationem facere*): **A** *absolute*: TRAG. inc. 256 funde -ans. VARRO ling. 7, 44 liba, quod -andi causa fiunt. VERG. georg. 2, 529 te -ans, Lenaee, vocat. Aen. 5, 77 hic duo rite mero -ans carchesia Baccho fundit humi, duo lacte novo *eqs.* OV. fast. 6, 163. CLAVD. DON. Aen. 1, 735 p. 142, 8 (*ad* '-to *honore*'). VVLG. Ier. 18, 15.

B *indicatur*: **1** *numen honoratum* (*dat.*): VERG. georg. 4, 381 cape Maeonii carchesia Bacchi: Oceano -emus (SERV. auct: sacrificemus). VAL. MAX. 8, 15, 7 qui ... illi *Mario* tamquam dis immortalibus apud sacra mensae suae -verit (STAT. Theb. 1, 542. MIN. FEL. 32, 3 qui iustitiam *colit*, d. -at. LACT. inst. 2, 1, 11 his -ant, his sacrificant. *al.* VVLG. Ier. 1, 16 d. alienis [7, 18. 19, 4, *ubi Itala Wirc.* sacrificarunt]. *al.*). TAC. ann. 16, 35, 1 postquam cruorem effudit, humum super spargens ... '-amus' inquit 'Iovi liberatori'. VVLG. Ier. 7, 9 Baali (11, 13. 17). MART. CAP. 9, 893 ni per illas *virgines* nefas ... -are numinibus, certe litare penitus abnegatum. *pass. impers.*: MIN. FEL. 38, 1 quibus *daemoniis* -tum est. LACT. inst. 5, 20, 8 quibus *deis* cum lacrimis, cum gemitu, cum sanguine ... -atur. **2** *vas (vix pro eo, quod inest, positum ut p. 1338, 47): abl.*: VERG. Aen. 7, 245 hoc ... auro *i. patera aurea* -bat ad aras (PRVD. perist. 2, 68). LIV. 23, 24, 12 vas ..., quo sollemnibus -rent. PERS. 2, 5 acerra. SIL. 16, 166 qua *patera* divum -bat ad aras (STAT. Theb. 1, 542). ITALA num. 4, 7 (Monac.) libatoria, quibus -ant (*gr. τὰ σπονδεῖα, ἐν οἷς σπένδει, Lugd.* litatoria, quibus litant, *Vulg.* crateras ad liba fundenda). *praepos.*: ITALA exod. 25, 29 (Lugd. *al.*) cyathos, in quibus -bis in eis (*gr. ἐν οἷς σπείσεις ἐν αὐτοῖς, Aug. loc. hept. 2, 115* immolabunt, *Vulg.* in quibus offerenda sunt libamina). **3** *locus respersus*: VERG. Aen. 8, 279 (*iussit Euander 275* vocate deum et date vina) in mensam ... -ant divosque precantur (CLAVD. DON.: infundebant vinum mensis). ARNOB. nat. 7, 30 altaria super ipsa. VVLG. Is. 65, 11 ponitis Fortunae mensam et -atis super eam.

CAPVT ALTERVM: *usu deflexo*: **I** *fere i. q. decerpere* (*significatur actio demendi sive minuendi*): **A** *c. respectu gustandi, fruendi, utendi* (*aliter ac in rebus sacris is ipse, qui -at, oblatione fruitur*): **1** *spectat ad actiones varias*: **a** *singulariter c. obi. rei effectae*: RHET. Her. 4, 3, 5 qui tuo nomine⟨i⟩ velis ex aliorum laboribus -are laudem.

b *usu communi c. obi. rei affectae*: **α** *incorporaliter*: Ⓘ *indicatur* '*unde*': CIC. inv. 2, 4 ex variis ingeniis excellentissima quaeque -vimus (*antea*: excerpsimus). de orat. 1, 159 -andus est ... ex omni genere urbanitatis facetiarum ... lepos. Tusc. 5, 82 -as ... ex omnibus *disciplinis*, quodcumque te maxime ... movet. div. 1, 110 a qua *natura decrum* haustos animos et -tos habemus (2, 26 haustos aut acceptos aut -tos. *cf. e. g. Cato 78* delibatos. *Tusc. 5, 38* decerptus). PRVD. ham. 550 nil de pestiferis opibus ... -ans *anima*. SVLP. SEV. Mart. 1, 5 si quid ex his studiis olim fortasse -assem, totum id ... perdidissem. Ⓘⓘ *c. solo obi.*: CIC. de orat. 1, 218 sit boni oratoris multa auribus accepisse, ... multa etiam legendo percucurrisse, neque ea ut sua possedisse, sed ut aliena -asse (*cf.* TAC. dial. 31, 7 *orator* quasdam artes haurire, omnes -are debet). LYDIA 65 Iuppiter ... cum Iunone ... gaudia -vit. OV. epist. 2, 115 cui *i. a Demophoonte* mea virginitas ... -ta *est* (16, 161 vel mihi *i. a Paride* v. esset -ta vel illud, quod poterat salva virginitate rapi). AVSON. 212, 18 p. 69 P. fucatus honore cathedrae -to tenuis nomine grammatici ... posthac ... defunctus. PRVD. ham. 857 floribus aeternis spirantes -at odores *anima in caelum recepta*. SIDON. carm. 16, 96 te ... succinctos gelido -antem caespite somnos, anachoreta. **β** *corporaliter*: COPA 15 virgineo -ta ... ab amne lilia ... attulit. OV. met. 1, 371 inde *e flumine* ubi -tos inroravere liquores vestibus. PACIAN. (?) sim. carn. p. 118, 14 si ad Evam formandam non ... limus -tus est et terra praesumpta est. *in imagine de poeta, qui in halieuticon carmine condendo tamquam piscator aequora percenset* (*cf.* '*flumina*' *l. 30*): PS. SOL. Pont. 21 *Venus*, da Nerea molli pacatum gaudere freto votisque litata fac saltem primas pelagi -emus harenas.

2 *de cibo vel potu sumendo* (*fere parcius; opp.* ebibere *l. 70*, exinanire *l. 37*; *de* LIV. ANDR. carm. frg. 36 *vide quae p. 1338, 22 monuimus*): **a** *proprie*: **α** *c. obi.*: Ⓘ *solo: flumina, prata sim.*: LVCR. 3, 11 ut apes in saltibus omnia -ant (limant *trad.*), omnia nos itidem depascimur aurea dicta *Epicuri*. VERG. ecl. 5, 26 nulla ... amnem -vit quadrupes, nec graminis attigit herbam. georg. 4, 54 *apes* flumina -ant summa (SERV. auct.: degustant). COLVM. 3, 8, 8 apium ... fontem -antium (*Pallad. 5, 7, 2* bibentium). *ipsum cibum, potum*: VERG. Aen. 3, 354 -bant pocula Bacchi (VAL. FL. 2, 194 dapes et p. AMBR. Hel. 8, 27 *opp.* exinanitur. *al. cf.* MART. 8, 55, 15 -ta dabat *praegustator* roseis carchesia labris). 5, 92 *serpens* -vit ... dapes ([SERV.: leviter gustavit]. HOR. sat. 2, 6, 67 vernas ... pasco -tis d. [SCHOL.: degustatis escis aut deminutis]. VAL. FL. 2, 194. STAT. Ach. 1, 184 d. Baccheaque munera). OV. am. 1, 4, 34 reice -tos illius ore cibos (ars 1, 577 quemcumque c. digitis -verit illa, tu pete. ARATOR act. 2, 1139 sacrum -are c. [*Vulg. act. 27, 33* sumere]). LIV. 25, 16, 3 -to iocinere *ab anguibus* (*antea*: adedere iocur). CVRT. 5, 2, 15 ex qua *mensa* -vit hostis epulas (*cf. 14* vesci). 8, 4, 27 *panem* (PEREGR. Aeth. 28, 4 *in ieiunio* panem ... -ari non potest, nec oleum gustent [*si recte restituit Weber*; liberari *trad., coni. alii alia*]). COLVM. 9, 13, 6 rorem marinum ... *apibus* praebent -andum ([*Pallad. 4, 15, 1* ponitur *solum*]. LACT. Phoen. 111 *Phoenix* ambrosios -at ... r. [*inde Greg. Tur. stell. 12* rore nutrita]). CALP. ecl. 6, 52 gramina. VAL. FL. 1, 740 -to ... sanguine. STAT. silv. 2, 1, 60 inceptas quis ab ore dapes -taque vina auferet ...? (CYPR. GALL. iud. 492 v. et sicera [*cf. Vulg. 13, 4* bibas]). TAC. ann. 13, 16, 2 -ta gustu potio (*cf.* VEN. FORT. vita Radeg. 21, 51 modice -ta sitibunda potatio). CLAVD. 15, 177 -at carnifices epulas incertaque pocula ... haurit. SACR. Leon. 562 dona caelestia (*i. eucharistiam ut* 585 mensae tuae sancta. 1202 mensae tuae beata mysteria [SACR. Gelas. 2, 12 p. 641. *al.*]). GREG. TVR. Franc. 8, 1 prandia data. Ⓘⓘ *additur* '*unde*': SEN. epist. 89, 22 quantulum ... ex istis epulis ... ore -atis (LACT. Phoen. 38 e vivo gurgite -at aquam. VERS. metr. Mar. Victorin. gramm. VI 91, 27 mel quod apes omnibus e floribus -ant). NEMES. ecl. 2, 30 nulla tetigerunt gramina ..., vaccae nullo -arunt amne liquores (*variatur* VERG. ecl. 5, 26 *l. 32*). LACT. inst. 6, 1, 6 exquisitas epulas quasi aliquid inde -turis *deis* offerunt. PRVD. apoth. 432 *Geloni feritas* -tura sacros Christi de sanguine potus (MACR. Sat. 7, 4, 31 de singulis *pulmentis* parva -antur). **β** *pro obi. accedit* ex *sim.* (*partitive*): VARRO Men. 432 quam *ceram* apes ... coegerint ex omnibus floribus -antes (*vix* '*ceram*' *subaudiendum*). AVSON. 455, 2 p. 397 P. nullam *animam* sinit haustum cruoris attingere, nisi ... prius Teresias inde -asset (SACR. Leon. 441 non i. *e cibo sacro* sumentibus nobis ..., sed fideliter -antibus *eqs.*). AMBR. Noe 29, 111 neque iustus vinum ebibit, sed de vino, hoc est de eius portione, -vit. **γ** *absolute*: AMBR. fug. saec. 1, 3 (*in enumeratione sensuum*) os -vit et crimen rettulit, tactus contigit *eqs.*

b *in imagine*: PLIN. nat. 7, 123 variarum artium scientia innumerabiles enituere, quos tamen attingi par sit florem hominum -antibus. SYMM. epist. 1, 13, 4 audisti omnia, sed summo tenus ore -ta (*cf.* VERG. *p. 1338, 55. similiter* ENNOD. epist. 2, 28, 3 p. 70, 11 doctorum epistulas ... summis labiis vix -bat). HIER. epist. 28, 5 haec nos de intimo Hebraeorum fonte -vimus (ACT. Archel. app. 6 *Manichaeorum* haeresis de Pythagorae f. -atur. *cf.* ARATOR ad Parth. 65 sume quod ex nitido -vimus aequore carmen). CLAVD. 5, 406 felix illa manus, talem *i. Rufini* quae prima cruorem hauserit et fessi poenam -verit orbis ('*id est degustaverit, quasi fruatur poena ac supplicio*' *Burmannus*). PS. PROSP. carm. de prov. 875 calicem crucis ac vitae -are verentes vipereum obducto

[Meijer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

potamus melle venenum. Rvric. epist. 1, 8 p. 361, 16 cum de dapibus ipsius (*i. de eius scriptis*) adhuc pauca -assem.

3 *de osculis* (*cf. p. 1338, 7*): **a** *-antur* oscula (*de basiis carpendis accipiendum videtur* [ab ore Sil.], *quamvis hic illic possis etiam 'os' intellegere, colore q. e. 'decerpendo attingere'; vim 'offerendi' subesse intellecto dativo in formis ambiguis l. 9 et 15 vix suspicari licet; ceterum cf.* decerpere *Catull. 68, 127* [ora *Copa 33*] *et* carpere *vol. III 494, 41 sqq.*): Verg. Aen. 1, 256 (*inde* Avson. 354, 11 p. 212 P.) olli subridens *Iuppiter* ... o. -vit natae (Serv.: leviter tetigit. Serv. auct.: vultus natae -vit, id est contigit *eqs. cf. 12, 434* delibans o. [*c. gen. Phaedr. 4, 25, 8 Suet. Aug. 94, 8 Claud. 8, 370*]. *locum imitatur* Sil. 1, 104 olli permulcens genitor caput o. -at). Octavia 731 intermissa. Sil. 6, 421 tangere ... vultus atque o. ab ore -visse tuo. Stat. Theb. 10, 63 *Iuno* pueri Iovis o. -at. Clavd. carm. min. 30, 99. Ven. Fort. carm. 7, 12, 92 labris. Coripp. Ioh. 7, 234 o. vel plantis optans -anda magistri. *adde* Cypr. Gall. gen. 1470 basia -at (*Vulg. 48, 10* deosculatus). *?* Gloss.^{I} II Abav. sa 51 saviolibantes (savia -antes *Lindsay dubitanter*): osculantes. **b** *-antur partes corporis* (*v. quae sub a adnotavimus*): Stat. Theb. 9, 668 -anda ... fratri parcius ora tulit (*Copa 33* decerpens ora puellae). Optat. 1, 16 p. 18, 18 ante spiritalem cibum ... čs ... martyris -are dicebatur. Serv. auct. *v. supra.* *?* **c** *-at* osculum: Greg. Tvr. Mart. 1, 19 qui potuit ... lepram osculo -ante (*nisi vi pass.*) sanare.

4 *de narratione, commemoratione* (*sive pauca e serie, multitudine sim. afferendo sive breviter aliquid perstringendo*): **a** *c. obi.*: *α solo*: Vopisc. Aurelian. 22, 4 omnia libro innectere ... *non* possumus ..., sed ... pauca -anda sunt (Symm. epist. 2, 11 pro tempore p. -vimus, sed fabulis plura servamus). Avson. 419, 61 p. 368 P. ea ... summatim (*postea*: perstringere). Ambr. inst. virg. 6, 42 licet alibi plenius dixerimus, -are nunc satis est causam ... mysterii. Consvlt. Zacch. 1, 29 p. 35, 28 tenui me obiectione ista -asse. 2, 4 p. 53, 30 -tis fastigiis totam lucem in parte luminis intueri et utrumque brevi expositione percurrere. Sidon. epist. 2, 13, 1 primoribus verbis salutatione -ta. Ennod. opusc. 3, 13 p. 334, 1 illud ... -andum esse ..., quod *eqs.* Cassiod. inst. 2, 3, 20 considerandum est ... quod iam ... in rhetorica parte -vimus. *β additur 'unde'* (*per praepos.* de *excepto* Ennod.): Ambr. epist. 41, 5 haec de prophetica lectione -ta sint (Macr. somn. 1, 6, 18 h. de prima septenarii copulatione -ta sint. Boeth. c. Eut. 4, 120 de argumentorum copia. herm. sec. 6, 13 p. 459, 14 hoc ... de plurimis ... argumentis). Hier. hom. Orig. in Ezech. 1, 10 p. 334, 3 aliqua perstringam et ... de toto corpore visionis summa quaeque -bo. Macr. Sat. 1, 2, 20 inter nos ... parva quaedam de hac disputatione -vimus (Consent. gramm. V 353, 18 de quibus *regulis* ... iura q. -vimus). Ennod. opusc. 5, 19 p. 398, 22 ex innumeris in me conlationibus tuis unam -are et ... summotenus adtingere. Cassiod. inst. 1 praef. 6 de artibus ... pauca (Iord. Get. 55 de eius *Caucasi* continuatione p.). Isid. Goth. 2 chron. II p. 268, 24 (*rec. brevior, sim. rec. altera*) aliqua ... gesta de historiis -ta retexere. **b** *pro obi. accedit* de (*partitive*): Ennod. dict. 1, 15 p. 427, 16 -ans de inlustri conversatione tua aliquanta (*vix ἀπὸ κοινοῦ positum*) praetervolo.

B *respectu gustandi sim. plus minusve neglecto significatur actio*: **1** *demendi*: Lvcr. 3, 213 nil ... -tum de toto corpore cernas. 5, 568 nil ... de corpore -b[r]ant flammarum. Prop. 4, 5, 60 dum rugis integer annus, utere, ne quid cras -et ab ore dies. Mart. 9, 76, 5 -ta ... summos ... purpura (*i. barba*) cultros sparserat.

2 *minuendi*: **a** *corporaliter*: *α in univ.*: Lvcr. 3, 716 *anima* partibus amissis quoniam -ta recessit *a corpore*. 5, 260 terra ... -atur et aucta recrescit. *β accedente vel praevalente colore laedendi, violandi sim.*: Sen. Phoen. 175 (*verba Oedipi*) *dextra* parvo caput -vit haustu vixque ... eduxit oculos. Homer. 608 ensis ... exiguo cervicem vulnere -at (*cf. Hom. η 262 τμήδην δ' αὐχέν' ἐπῆλθε. Verg. Aen. 12, 376* lancea ... summum degustat vulnere corpus). Stat. Theb. 8, 527 prohibet *hastam Minerva* paulumque umeri -are sinistri praebuit. Clavd. 26, 162 si bos abductus aratro, si -ta seges. Rvt. Nam. 1, 386 *vilicus* vexatos frutices, pulsatas imputat algas damnaque -tae ... aquae. Max. Tavr. serm. 61 b, 2 M. inpletur uterus *Mariae* nullo -tus amplexu (*infra*: nec ... virginitas violatur *eqs.*). *γ vi attenuata c. colore radendi, perstringendi*: Ov. met. 10, 653 summam celeri pede -at harenam (*postea*: radere. *cf.* carpere *vol. III 494, 5 sqq.; vix huc spectat p. 1340, 26*). Manil. 2, 56 (*allegorice de poeta inauditum carmen condituro*) integra quaeramus ... prata ... undamque ..., quam neque ... gustarint ore volucres ... nec ... Phoebus -verit igni. Stat. Theb. 5, 587 *aura moti fulminis* summas -vit vertice cristas. **b** *incorporaliter*: Liv. 21, 29, 6 nusquam ante -tis viribus Italiam adgrediendam (*cf. 42, 30, 6* inlibatis ... v.). Ps. Cypr. tract. 22 corde ac mente -to peremptus est (liberato *trad.; fort. potius* -tus *legendum ut* 24 corde et mente -tus et dubius. *cf. 21* corpore castus et mente corruptus). Avson. Mos. 412 -ta ... supplens praemia iam veri fastigia reddat *Fortuna* honoris.

II *fere i. q. offerre, donare* (*de osculis -tis v. supra l. 5*): **A** *corporaliter*: Val. Fl. 4, 17 rorem *somniferum* ... detulit inque vagi -vit tempora nati (*sc. inspergendo sec. usum p. 1338, 54 illustratum*). Cypr. Gall. gen. 959 gregibus ... pastores ... -bant tenues latices (*cf. Vulg. 29, 2* ex illo *puteo* adaquabantur pecora). **B** *incorporaliter*: Nemes. cyn. 76 haec vobis nostrae -bunt carmina Musae (Avson. 162, 24 p. 31 P. *avunculo. vergunt ad p. 1339, 17 sqq. ut etiam* Symm. epist. 1, 1, 2 Acyndino ... emmetra verba -vi). Hyd. chron. II p. 22, 96 Suevi ... pacem -ta sibi occasione conturbant.

in lusu verborum c. litare: Ps. Sol. Pont. 20 Pavl. Nol. carm. 19, 268 epist. 23, 31 p. 188, 18. Mart. Cap. 9, 893 (*per distinctionem*). *de* Apvl. met. 3, 18, 1 *v. p. 1339, 34.*

deriv.: libamen, libamentum, libatio, libator, libatoria.

compos.: de-, prae-, prolibo. *cf.* illibabilis, illibatus. *Meijer.*

libonotus, -ī *m.*, *λιβόνοτος.* līb- Anth. *nomen venti* (*cf.* Isid. orig. 13, 11, 7 ipse *austroafricus* et -us *dictus*, quod sit ei libs hinc et inde notus): Vitr. 1, 6, 10 dextra et sinistra austrum leuconotus et altanus flare solet, ⟨circa⟩ africum -us et subvesperus, circa favonium argestes *eqs.* Plin. nat. 2, 120 numerosior ratio ... interiecerat ... inter liba et notum compositum ex utroque medium inter meridiem et hibernum occidentem -um. Apvl. mund. 11 euronotus ...; ex alio latere -us ex duobus unum facit (*gr. μεταξὺ λιβὸς καὶ νότου οἱ μὲν λιβόνοτον, οἱ δὲ λιβοφοίνικα καλοῦσιν*). Anth. 484, 20 -us laevam *noti* calidis attaminat auris; aestibus immensis ardens austro-africus hic est. Serv. auct. georg. 4, 298 *in numero XII ventorum non regionalium inter notum et zephyrum.* Veg. mil. 4, 38 huic *noto* ... a sinistra *iungitur* -us, id est corus. Prisc. Lyd. solut. 10 p. 102, 9 meses ... opponitur per diametrum -o, qui est inter notum et libem. CIL VIII 26652^{h} (*in tabula ventorum ut* Inscr. Stud. Oliver. 2, 1954, 73). *B.*

ˢlībra, ae *f.* [*gr. λίτρα mutuatum ex ital.* *līpra, *quae forma subest Latino* lībra; *v. W. Schulze, Kl. Schr. 276 sq. Sch.*] *de origine*: Metrol. p. 132, 7 dicitur -a quasi libera eo, quod liberaliter pondera cuncta contineat et libret omnia (*sim.* Isid. orig. 16, 25, 20). *abbreviatur* lib CIL III 8114. 9533. 14217^{2} V 337, 8. 8764 VII 180b Veg. mulom. 4, 4, 10 Theod. Prisc. gyn. 26. *et saepe,* l CIL IV 4227 Cato agr. 76. l. 2. 83. 158, 1 (*ap. eundem etiam plene*). *al. notatur* ∧ Metrol. p. 134, 14 (= Isid. orig. 16, 27, 4). Not. Tir. 101, 74 -a. *de notione*: Pavl. Fest. p. 120 *λίτρα* ... -a est (Metrol. I 270, 3 *λίτρα παρὰ Ῥωμαίοις ἑρμηνεύεται λίβρα, ἥτις ἐτυμολογεῖται παρ' αὐτοῖς ἰσότης ἤγουν ἰσοκανονία.* Gloss. *λίτρα*). Avson. 368, 18 p. 95 P. ('de ratione -ae') non aliter *ac as* -a est; ... cuius -ae pars septima septunx? -a igitur, totum si nulla in parte vacillet; ponderis et numeri morumque operumque et aquarum -a, nec est modulus, quem non hoc nomine signes; telluris, medio quae pendet in aere, -a est et solis lunaeque vias sua -a cohercet; -a dii somnique pares determinat horas, -a Caledonios sine litore continet aestus; tu quoque certa mane morum mihi -a meorum. Metrol. p. 139, 19 -a dicitur quicquid per duodenarii numeri perfectionem adimpletur; nam -a dici potest annus, qui constat ... xii mensibus ...; -a esse potest aequinoctialis dies sine sua nocte, qui constat xii horis; ... -a in ponderibus, in mensuris arborum vel spatio terrarum vel statu hominis, per diversas mensuras in duodenario numero comprehendi potest. *cetera v. infra suis locis. legitur inde a* Lege XII tab., Plavto, Catone. [*it.* libbra; *francog.* livre (>*ligur. vet.* livra, *it.* lira), *dial. wall., pic., loth., comit.; francoprov.* livra *etc.; delph. vet.* liura, *delph.* lyǫ́uro, *prov. vet.* li(e)ura, *prov.* líoura, -o *etc. (dial. langued., alvern., lemov., aquitan.); vasc.* liure *etc.; cat.* lliura; *hisp., port.* libra. *cf. M.-L. 5015. Battisti-Alessio III 2220. 2246. Wartburg V 306 sqq. Corominas III 85. Machado^{2} II 1410. G.*] [*falso trad. vid.* Lex Sil. (Fest. p. 246) *pro* librarii.]

I *nomen mensurae*: **A** *ponderis*: **1** *strictius significat unitatem* (*duodecim uncias continentem, cf. vocem q. e.* as; *in pensanda pecunia vel rebus solidis passim, liquidis p. 1343, 11. 20 sq. v. De Ruggiero, Diz. Epigr. s. v.; accedit* pondus *l. 61,* pondo *l. 61 sqq. 68. al.,* ponderis *p. 1343, 23,* pondere *p. 1343, 64, cf. Svennung, Eranos 47, 1949, 65 sqq.*): **a** *in definitione, comparatione ponderum*: Varro ling. 5, 169 as erat -a pondus ([pondo *edd.*]. 5, 174 -am pondo as valebat. 5, 182 asses -as [-ae *Laetus*] pondo erant. Pavl. Fest. p. 98 deni asses, singuli pondo -as, efficiebant denarium. Maecian. distrib. 1 prima divisio solidi, id est -ae, quod as vocatur. 74 *v. infra.* 77 sq. in quas partes as dividitur, in has et -a dispenditur; ⟨dicitur⟩ ita as quidem, seu de divisione solidi, seu de pondere, seu de numerata in aere pecunia agatur; -a autem in pondere. *al.*). Fest. p. 363 trientem tertium pondo coronam auream ...; id significare ait Cincius ... duas -as pondo et trientem. Scrib. Larg. praef. p. 6, 16 aeque ... in -a⟨m⟩ Ⅹ octoginta quattuor apud nos, quot drachmae apud Graecos incurrunt (*84 denarii ut*: Plin. nat. 33, 132 Ps. Cels. epist. 3. *cetera*: Plin. nat. 33, 44 anno urbis CCCCLXXXV ... placuit denarium pro x -is aeris valere. 33, 47 postea placuit Ⅹ xxxx signari ex auri -is, paulatimque principes imminuere pondus. Maecian. distrib. 74 cum ... valeret ... decima pars denarii -am, quae eadem as erat. *al. v.* Pavl. Fest. *supra.* Prisc. *infra*). Lampr. Heliog. 24, 3 centum sestertiis ..., hoc est argenti -is triginta (trecentis *Casaubonus, cf.* Prisc. fig. num. gramm. III 407, 29 sestertius nummus duarum semissis -arum *eqs.*). Epiphan. de mensur. 30 talentum ... existit ... cxxv -arum (Metrol. p. 132, 23 -ae lxxii t. minus faciunt, lxxx medium, cxx maximum. p. 140, 4. *al. v.* Pol. Silv. *infra*). Prisc. fig. num. gramm. III 410, 4 est -a duodecim unciarum, id est denarii lxxii (Metrol. p. 127, 3. 132, 6 as, u. xii, id est -a perfecta. Isid. orig. 16, 25, 20. *al. v. etiam infra*). Pol. Silv. pond. mens. chron. I p. 549, 7 sextula sexta pars -ae, uncia duodecima;

[Collasserc]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

mna -a Graeciae; sexaginta -ae talentum. Exc. metrol. chron. I p. 549 sestarius Atticus . . . olei lib(ram) Romanam is. *al.* *distinguitur a graeca* (*v. etiam* Pol. Silv. *supra*): Prisc. fig. num. gramm. III 408, 20sq. unciae duodecim -a: -a vel mina Attica drachmae septuaginta quinque, -a vel mina Graia drachmae centum quinque (Carm. de pond. 28sqq. *v. etiam* Scrib. Larg. *supra*). 410, 5 lxxxiii -ae Romanae et quattuor unciae . . . centum minas Atticas faciunt.

b *exempla*: **α** *formae* 'farinae (farinam, ex farina) -am': Ⓘ *c. gen.*: Lex XII tab. 3, 4 (Gell. 20, 1, 45) -as farris (*ed. Iunt.*, ferri *trad.*) endo dies dato (Cato agr. 83 Titin. com. 37 Hor. sat. 1, 5, 69. *al.*). Plavt. Pseud. 816 eo lasserpici -am pondo diluont. Cato agr. 75 farinae siligineae -am (*cod. a*, -a *cett.*) . . . indito (76). 85 alicae. 121 casei. 158, 1 mitulorum l(ibras) ii. Varro Men. 283 exorat patrem -am ocellatorum. rust. 2, 4, 15 hordei (Plin. nat. 18, 73. *al.*). Nep. frg. 17 *infra l. 60*. Liv. 26, 36, 6 *relinquant* argenti . . . equi ornamenta et -as pondo *eqs.* (Val. Max. 5, 1, 1d equitibus singulas -as a. . . . dari imperavit. *et saepe, imprimis apud iurisconsultos et in titulis, item* auri *inde a* Plin. nat. 33, 47 [*v. De Ruggiero, Diz. Epigr. s. v.*]. *cf. ibid.* 33, 44 aeris [34, 95. 98 Cod. Theod. 11, 21, 2]). Cels. 6, 6, 17 gummis. Colvm. 2, 10, 35. 5, 9, 14. 6, 6, 2 mellis (12, 12, 1. Scrib. Larg. 16 m. . . . pondo -a. *al.*). 6, 38, 2 olei (Scrib. Larg. 161 *infra l. 53*. Plin. nat. 15, 2. *al. v. etiam l. 2*). *al.; v. etiam infra l. 31.* *c. gen. epexeg.* ponderis: Plin. nat. 9, 64 *mulli* binas . . . -as p. raro . . . exsuperant. Ⓘⓘ *praedicative vel in appositione* (*cf. l. 36*): Cato agr. 109 de ervo farinam facito -as iiii. Colvm. 6, 7, 3 qui teneram laurum coloni -am . . . deterant (*varii coni. varia, sed cf.* Veg. *l. 33*). Plin. nat. 8, 197 *ovium* vellera purpura, cocco, conchylio sesquipedalibus -is infecta. *? acc. e structura soluto* (*cf. l. 38*): Plin. nat. 14, 101 proximum *vinum* fit e milii semine maturi cum ipsa stipula -am quadrantem (*sc.* '*et* q.'; -a quadrante *Pintianus*) in congios duos musti macerato *eqs.* Ⓘⓘⓘ *c. ex*: Plin. nat. 9, 135 summa medicaminum in ⟨. . .⟩ -as vellerum *tingendorum* bucini ducenae ⌊et e⌋ (te *trad.*) pelagio cxi *sc. -ae*. Veg. mulom. 4, 4, 10sq. ex foliis lauri teneris lib. i . . . deterunt . . .; ii lib. ex vinaceis . . . conterunt.

β *formae* 'coronam *trium* -arum (-am *vel* -a pondo, ad -as, de -is)': Ⓘ -am pondo (*c.* esse, valere Varro *p. 1342, 61sqq.*): Liv. 3, 29, 3 *ut* coronam auream dictatori, -am p., decreverit (4, 20, 4 [-a *vel* -ae *trad.*]. *fort. etiam* Fest. p. 363 *v. p. 1342, 68*). *extra structuram* (*cf. Svennung, Eranos 47, 1949, 56sq.*): Liv. 26, 47, 7 paterae aureae fuerunt . . ., -as (-ae, librales *var. ll.*) ferme omnes p. Pavl. Fest. p. 98 *v. p. 1342, 63.* Ⓘⓘ *gen.*: Val. Max. 4, 3, 10 trium -arum aureae coronae (Plin. nat. 33, 38 coronam ex praeda is dedit ⟨ii⟩ l., item L. Lentulus . . . quinque -arum. Svet. Galba 12, 1). Colvm. 6, 17, 4 cacumina quinque -arum. 11, 2, 40 qui *manipuli* sint singuli quaternarum -arum (*c.* esse *ut*: Svet. Aug. 43, 3 *Lycius* erat . . . -arum septemdecim ac vocis immensae. *al.*). Plin. nat. 9, 68 mullum lxxx -arum (Mart. 10, 31, 4). 37, 27 magnitudo amplissima adhuc visa nobis erat *crystalli* . . ., -arum circiter cl. 37, 46 pondus . . . glebae attulit xiii -arum (Cod. Theod. 14, 20, 1. *cf.* 8, 5, 47 pr. onus). Mart. 11, 100, 5 amicam nolo mille -arum (*opp.* subtilem). Treb. Claud. 17, 5 discum . . . argenteum -arum viginti, lancem . . . -arum triginta *eqs. al.* *? Ⓘⓘⓘ *abl.* (*? nom., cf. p. 1342, 61*): Liv. 4, 20, 4 *var. lect. l. 37*. Scrib. Larg. 161 lanam . . . pondo -a (-ae *Rhodius*) vini veteris sextario . . . lavabat (*seq.* adiciebat . . . olei . . . pondo -am). Ⓘⓥ *c. praep.*: Plin. nat. 33, 145 octo *lances habuerunt* ad ccl -as. Itin. Anton. Plac. 14 ibi nascitur dactalum de -a, . . . cetrius (*rec. A*, caedrus *B*) de -as (*sic*) quadraginta.

